2 nens. † Nam iudex debet admittere oēs probationes in causa,siue faciant plenā,siue semiplenā probationē, siue indiciū,vel aliquod adminiculum: vt in l.indicia.C.de rei vendi.allegabatur Bald.ad hoc in l.ordinarij.eod. tit.& Iacob.But.in l.incerti.C.de interdi. ¶Super hoc dubio dicebat do. Anto.de Alexan. viceprotonotarius, ꝙ aliud est quęrere,vtrū exceptio dominij debeat admitti contra agentē recuperandæ possessionis,& tunc clara est decisio,ꝙ nō debet admitti exceptio dominij,per l.si de vi.ff.de iudi.& c.in literis.de rest.spo.cum sim. Aliud est quærere vtrū articuli super dominio per reum se defendētē sint admittendi,vt non dicantur omnino impertinentes in interdicto recuperandæ. Et ad hoc respondet Bal.in l. vnica.C.si de momen. possesio.fuerit appellatum. vbi dicit, ꝙ si iudex non admittit articulos super dominio contra agentē spolio dicit̄ graua-
3 re reū: † quia iudex tales articulos debet admittere in possessorio recuperandæ.etiā quod præiudicent agenti.Pro hoc bene facit ꝙ dicit Angel. in l. si quis ad se fundū.C.ad leg. Iul. de vi ꝙ quando aliquis agit spolio,&

dicit ꝙ fuit spoliatus autore ꝑtore, licet iniustè, admitti debet exceptio de dominio: allegat super hoc Innocentium in c. super hoc. v. colū. de renunti. Et sic cōclusum per oẽs, ꝙ nō dicuntur impertinentes articuli concernentes dominiū præsentati ꝑ reū in causa recuperandę possessionis: sed in fine causæ videbitur quæ ratio habenda sit de exceptione dominij.

ADDITIO.

Nūc omnia solent saluari per clausulam, saluo iure impertinentium: & non admittendorum, de qua vide inferius deci. xxxiij. incipiēte, postquā fuit. Et de exceptione dominij in possessorio recuperandæ, vide Ancha. cōsil. ccv. nu. 12. & Chassaneum consil. xlv. nu. 13. Et Bertrandū parte j. consil. cxii. nu. 9. & parte ij. consil. cxxj. nu. 2. & parte iij. cōsi. cclxxiij. nu. 5.

DECISIO VIII.

De actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 Emptor euincens rē prius sibi obligatā, an possit agere hypothecaria. Pignus habere non pōt, qui dominum irreuocabile habet.
Actio hypothecaria durat in personam dominij, re postmodū euicta.
2 Cessione opus est, vt agi possit ex iure tertij.
Translatio omnium iuriū emptor in instrō emptiōis per q̄ verba fiat
3 Actio hypothecaria est in rem scripta, & transit cum re sine cessione. Ius in rem scriptum non transit sine cessione in actione personali.
4 Euictio venit in assignatione in solutum quam iudex fecit.
Circuitus inutilis vitandus.

QVIDAM Philippus Sicardus fuit fideiussor pro dotibus Galitiæ, & pro ipsis dotibus restituendis obligauit omnia bona sua. Deinde ille Philippus vendidit pręsbytero Tripaldo iiij. modia de terra: postea idem Philippus vendidit partem suę hostarię Angelillo & fratribus, qui emerant aliam partem dictę Hostariæ à Saluatore, qui Saluator emerat à dicto Philippo. Post hęc dictus Philippus vendidit tria alia modia de terra Petrucio nepoti, & hæredi dicti presbyteri Tripaldi. Et in omnibus instrīs venditionum dictus Philip. venditor in casu euictionis obligauit omnia bona sua in forma consueta. Et factis traditionibus dictus presbyter Tripaldus moritur, & ei succedit vt hæres dictus Petrucius cū beneficio inuentarij. Dictus verò Petrucius est debitor Petri Anelli de sancto Patre in certa pecuniarū summa. Et quia ei nō satisfecit, egit assistentia & appretio super dictis vij. modijs de terra possessis per dictum Petruciū debitorē: & obtinuit decretum in magna curia Vicariæ, & fuit inductus possessionem. ¶ Item dictæ Galitiæ fuit etiam præstita assistentia pro dotibus suis super bonis dicti Philippi fideiussoris, & signanter sup dicta hostaria, quæ possidetur per dictū Angelillum: nec non super dictis iiij. modijs de terra venditis dicto presbytero Tripaldo, quę fuerunt pro debito Petrucii adiudicata Petro Anello: & sic tria modia de terra, quæ emit Petrucius, sunt obligata presbytero Tripaldo pro euictione: quia prius sunt bona Philippi ei obligata, quàm Angelillo. Et est sciendum, ꝙ in decreto sacri Consilij in fauorē Galitiæ interposito, dicitur ꝙ breui manu iuxta formā Regiæ pragmaticæ fiet executio contra autores laudatos per dictum Angelillum. Et in hoc iudicio non fuit citatus Petrus Anel-

lus, sed fuit dicta Galitia inducta in possessionem dictæ hostariæ: & in possessionem iiij. modiorum terræ, quam emit dictus presbyter Tripaldus. Et ad instantiam Angelilli fuit breui manu facta executio in illis tribus modijs terræ emptis per dictum Petrucium obligatis dicto Angelillo pro euictione hostariæ. Nunc Petrus Anellus in sacro Consilio petit retractionem executionis factæ ad instantiam Angelilli in dictis tribus modijs de terra ex eo quia dictus Petrus Anellus habet causam à Petrucio, qui fuit hæres presbyteri Tripaldi: cui antequam Angelillus emisset hostariam à Pilippo, Philippus vendidit iiij. modia de terra presbytero Tripaldo:& obligauit sibi de eius hæredibus oïa bona sua, & sic dicta tria modia de terra, & Petrucius est hæres dicti domini Tripaldi, & Petrus Anellus habet causam à dicto Petrucio: ergo in illis tribus modijs pro euictione passa in iiij. modijs emptis per presbyterū Tripaldum præfertur ipse Petrus Anellus in illis tribus modijs de terra, ipso Angelillo posteriori creditor ipsius Phi. habito respectu ad ipsum presbyterum Tripaldum. Et sic petit, ꝙ reponatur in possessionem dictorum trium modiorum de terra: & tollantur dicto Angelillo. ¶ Ex hoc themate resultat dubium: vtrū Petrus Anellus ex persona Petrucij sui debitoris hæredis presbyteri Tripaldi possit habere recursum vigore obligationis factę in instrō venditionis per dictum Philippum dicto presbytero Tripaldo de dictis iiij. modijs de terra, quæ fuerunt euicta ad dicta tria modia de terra capta per dictum Angelillum pro sua euictione, & euincere à dicto Angelillo tanquam prius hypothecata presbytero Tripaldo, & eius hæredibus & successoribus.

1 ¶ * Prima facie videbatur, quòd non, quia dictus Petrucius ex causa emptionis factæ de tribus dictis modijs de terra habuit dominium: & per consequens nō pōt dare hypothecā ex persona presbyteri Tripaldi, cuius est hæres, per l. neque pignus. cū concord. ff. de regu. iur. ¶ In contrarium dicebatur, quòd ex quo illud dominium acquisitum per Petrucium virtute emptionis factæ à Philippo fuit reuocabile: quia fuit euictum ab Angelillo, qui primo emit à Philippo hostariam, & in casu euictionis obligauit oïa bona sua, & sic dictam terrā modiorum trium, consequens est quòd duret hypotheca, secus quando dominium non est reuocabile. text. est & ibi Bar. & cōiter doct. in l. ex sextante §. Latinus Largus. ff. de excep. rei iudi. & Bart. in l. hoc amplius Iuli. ff. de dam. infec. Bart. & Alex. in l. de bitor. ff. ad Trebel. & Bart. & doct. in l. si rem. in princ. ff de pig. acti. & notatur in l. libera quædam Theodora. C. de sententijs & interlo. om. iud. & si diceretur, quòd dictus Petrus Anellus non habet cessionē à Petrucio: quia mediante decreto magnæ curiæ obtinuit assistentiam

2 in septem modijs de terra, † & sine cessione nō pōt agere ex iur. ꝑsbyteri Tripaldi per notata in l. fin. C. de hæred. vel hac. ven. cum concor. & not. Cy. & Bald. in l. fi. C. ꝑ quas perso. & Glo. in l. si pecuniam. ff. si cer. pe. ¶ Ad hoc fuit responsum, ꝙ in instrō, in quo dictus Petrucius constituit se debitorem dicto Petro Anello, obligauit omnia bona sua & iura, & cessit omne ius futurum super bonis habitis & habendis. Et sic isto modo dr̄ habere cessionem. ¶ Secundo modo respōde-

batur, quod quando non esset facta cessio dicto Petro Anello, attento quod actio hypothecaria est in rem scripta, vt in l. pignoris. C. de pigno. ius reale siue in rem scriptum transit sine cessione: vt concludit Barto. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua pl. arc. secus in actione personali: vt distinguit ibi Bart. Et per cōsequēs dictus Petrus Anellus habens causam à Petrucio hærede dicti domini Tripaldi prioris creditoris in casu euictionis poterit se tueri ex prioritate hypothecæ, per l. j. C. si anti-qui. credi. & ibi per Bal. & in l. generaliter. qui po. in pig. habe. & in l. si in solutū. & in l. si à creditore.

¶ Nec ob. quod Petrus Anellus non habet promissionem de euictione à 4 dicto Petrutio. ¶ † Quia respōdet, quod in datione in solutum, quam facit iudex venit euictio: vt in d. l. libera quædam Theodora. de senten. & in terlocutionibus omnium iudicum. & in l. si prędi. & ibi Bar. ff. de euic. & in l. si quis aliā. ff. de solu. & in l. eleganter. ff. de pig. actio. Et propterea fuit pariter conclusum, & votatum: vt euitetur circuitus inutilis: vt in l. dominus testamen. ff. de condi. inde. & in l. cū fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pe. quia si absolueretur Angelillus à petitione Petri Anelli, Petrucius ipse ageret, ex quo fuerunt euicta quatuor modia prædicta assistentia & appretio, ad ista tria modia pro euictione sequuta contra dictum Angelillum possessorem, & euinceret: quia prior in tempore potior in iure. Et postea Petrus Anellus euinceret à Petrutio: & sic vt euitetur iste circuitus, conclusum fuit, quod dictus Angelillus condēnetur ad restituendum dicto Petro Anello dicta tria modia de terra, vna cum fructibus perceptis lite pendente, & expensis præsentis litis.

ADDITIO.

Ad materiam totius decisionis vide j. deci. xvj. & Pet. de Anc. cōs. cxxvj. num. 3. & cccxxxiij. num. 7. Bertrandi parte iij. consi. xlvj. nu. 5. & ccj. nume. 3.

DECISIO IX.

De assecuratione dotis vxoris super bonis patris mariti, q̄ illa pro restitutiōe obligauit

SVMMARIVM.

1 Viro vergente ad inopiā assecuratur in dote sua autore prætore super bonis patris, qui se obligauit cū filio ꝓ restitutiōe illius.

2 Vxor assecurata super bonis viri ꝓ dote, an hēat dominiū illorū.

3 Possessio non auocatur à conuento, cum agitur contra mulierē assecuratam super re patris mariti pro dotibus suis quæ fuerat obligata, licet actor probet dominiū & possessionem conuēti in actione rei vendicationis, & cur.

Fructus rei, super qua mulier est assecurata constante matrimonio, debent seruire oneribus matrimonij.

PATER & filius obligauerunt omnia eorum bona pro dote vxoris dicti filij sui. Post hæc moritur pater constante matrimonio, relictis quinque filijs eius hæredibus. ¶ Et est præmittendū, quod illa vxor dicti filij nominati Petri Saxi: vocatis vocandis, & seruatis seruandis fuit ex decreto S. C. assecurata ꝓ dotibus suis vnciarum octoginta super quadam terra, quæ fuit notarij Rhem patris dictorum filiorum: 1 † quia vir vergebat ad inopiā, iuxta dispōnē l. si constante. solu. mat. & l. vbi adhuc. C. de iur. do. filii no-

tarii Rhenni pro eorum partibus agunt rei vendicatio. contra dictam vxorem Petri Saxi: & dicunt, ꝙ de solutione facienda per eos, habeať ratio in diuisione bonorũ cõis pri cum dicto Petro: ꝓbant de eorum dominio & possessione conuenti.

¶ Vxor dicti Petri conuenta dicit se possidere autore prætore: quia fuit assecurata in dicta terra sibi obligata ꝓ dotibus. ¶ Fuit dubitatũ, an dicta vxor virtute adiudicationis prædictæ habeat dominium il-
2 lius terræ. † Fuit cõclusum per oẽs, ꝙ illa mulier vxor Petri per decretũ assecurationis non habuit dominium dictæ terræ: sed solum fuit ei assignata dicta terra loco custodiæ: vt sonant verba decreti assecurationis: & hoc expressè firmat Bart. in d.l.si cõstante versi. secundo quęro, an mulier consequatur domi-
3 niũ &c.ff.solu. matr. † Et sic notandum est, ꝙ est dare casum, in quo actor probat dominium & possessionem conuenti in actione rei vendicationis: & tamen non auocatur possessio à conuento, eò quia possidet iure pignoris in locum custodiæ: & non tenetur restituere fructus: quia vxor & vir debent alimẽtari constante matrimonio de fructibus illius terræ: super qua dotes sunt assecuratæ, iuxta notata in c. salubriter. de vsu. ¶ Sed quia decretum assecurationis dotiũ dictæ mulieris vxoris Petri dicebat, ꝙ assecuratio fieret in bonis omnium v. filiorum & hæredum: & executio excessit formam decreti: quia assecurauit dictam mulierem super bonis trium filiorum & hæredum dicti notarii Rhenni: & non super bonis v. filiorum, ꝓut dicebat decretum. Fuit omnibus visum, ꝙ dicta vxor Petri Saxi condennetur ad restituendum duas partes dictæ terræ illis tribus filiis notarii Rhenni, actoribus vna cum fructibus debẽdis in ratione computi inter ipsos filios facienda: & ipsa mulier pro duabus partibus prædictis habeat recursum contra bona Petri mariti, & alterius hæredis notarii Rhenni, & ad fructus: & sic fuit per omnes votatum.

DECISIO X.

De alimentis vxori præstandis lite pendente.

SVMMARIVM.

1 Maritus an teneatur ad alimenta per vxorem petita in quæstione dotis restitutæ & lite pendente.
Maritus adulter tenens concubinam tenetur ad alimenta vxori, quæ pp pellicẽ ab eo recessit.
2 Monachus cum Abbate litigans sumptus litis habere debet ab abbate cum alimentis, tã in cã principali, quàm in cã appellationis.
3 Mariti bona pro alimentis vxori ꝓ debitis tacitè sunt obligata.
Vxor etiam si aliunde posset viuere, põt petere se à viro alimentari, quando alimẽta debenť iure actionis, secus si officio iudicis.
4 Filius alimentatus, non põt petere à patre alimenta præterita, nisi fecisset se debitorem alterius pro ipsis alimentis.

VXOR domini Chianci Nauis medici Reginalis, quæ seorsum habitat à viro, petit alimenta ab eo: maritus replicat, ꝙ non teneť: quia sibi satisfactum est de dotibus, & ꝙ habuit multa eius bona. Vxor negat, & petit ꝙ lite pendente ei ꝓui-
1 deať de alimentis. † Quæritur vtrũ maritus lite pendente super alimentis teneatur prestare ipsa alimenta vxori suæ. Videbatur dicendum, ꝙ sic: quia dictus maritus dedit cul-

pam, vt vxor recederet ab eo, quia tenebat concubinam: quo casu teneẽ maritus alimentare vxorem suam extra domum suã, secundum Iacob. de Aret. & Cyn. & Bald. in l. ꝙ in vxorem. C. de nego. gest. ¶ Ad hoc respondeẽ, quòd hoc non constat iudici vt iudici. Dicebatur ꝙ non põt negari, quin non sit dubiũ facti: sed ex quo partium assertione constabat de coniugio, fuit omnibus dñis visum, ꝙ lite hmôi pẽdẽte, maritus teneaẽ præstare alimenta
2 vxori: † sicut dicitur de monacho litigante cũ Abbate, vt debeat habere ab abbate sumptus litis: vt notaẽ per doct. in c. ex parte. de accusatio. Et solet ad hoc allegari Glos. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficioso testamen. & Glos. in l. fi. C. de ordinis cognitio. & notat Archidiaco. xxiii. dis. c. quãquam. & in c. si fortè. de electio. lib. vi. Et Specu. in titu. de censi. in. §. i. Et licet textus in d. §. de inofficioso. loquatur in causa appellationis: tamen idem dicendum est in causa principali. argumen. l. si neget. ff. de liberis agnoscen. &. ff. de iure deliberan. l. si filius. & nota Gloss. in d. l. fi. C. de
3 ordin. cognitio † Pro quibus quidẽ alimentis debitis vxori sunt tacitè bona mariti obligata: vt per Barto. in l. si cũ dotem. §. sinautẽ in sæuissimo. ff. solut. matr. & Specu. in tit. de dona. inter virum & vxorem. §. fin. versi. sed nunquid bona. ¶ Et vnus ex dictis consiliariis subdebat: ꝙ intantũ est hoc verũ, ꝙ etiã si vxor aliunde posset viuere, põt petere se alimentari à viro: vt dicit Bald. in l. de alimentis. C. de transactio. Et hoc fuit dictũ esse verũ, quando alimenta debentur iure actionis, secus quando debenẽ officio iudicis: vt in alimentis quæ debentur filijs à patre: quia si sinat alimentari, non possunt petere alimenta pro tempore preterito. secũdùm Bar. in l. j. C. de mendican. vali. lib. xj. & in l. si quis à liberis. §. sed si fili⁹. ff. de liber. agnoscen. fallit nisi filius fecisset se debitorem, vt se aleret: quia tunc teneretur pater soluere illud debitum contractũ pro alimentis: vt notatur in l. libertis quos. §. j. ff. de alimẽ. lega. ¶ Quare fuit omnibus dominis visum, ꝙ cõdemnetur dictus maritus, ꝓ nunc adsoluẽdum vxori suæ pro alimẽtis & expensis litis ducatos decem: & procedatur in cã iustitia mediãte. Et dũ iste casus idẽ cõtigisset in persona Saccagnini cũ sua vxore, idẽ fuit determinatũ.

ADDITIO.

Super alimẽtis vxoris præstãdis, vide Hipp. de Marsi. in l. j. §. cũ quis latrones. nume. 8. ff. de q̃stio. Et Bertrã dũ parte iij. consilio lxxij. nume. 4. Et an mulier nõ ꝓbẽs viro vxoria obsequia, possit agere ad alimenta denegata, vide Bertrã. ꝑte j. cõsi. cxliij. nu. 3.

DECISIO. XI.

De sorore petente legitimam, alimentanda.

SVMMARIVM.

1 Soror petens legitimam est alimẽtanda etiam in prima instantia.
2 Alimenta, an debeantur, si sententiatũ est super querela testamenti, & pendet appellatio. Intellect⁹ ad l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testa.

SOROR comitis castri petebat ab ipso Comite legitimã bonorũ paternorũ, & interea petebat sibi proui-
1 deri de alimentis. † Dubitabatur, an in ista prima instantia, quãdo agiẽ petitione hæreditatis contra fratrẽ, debeant præstari alimenta lite pendente. ¶ Dubiũ faciebat, quoniã tex. in l. si instituta. §. de inoffi. ff. de inoffi. te-

sta.loquitur qñ erat sententiatũ & pẽ debat appellatio, & erat questio sup q̃rela testi : & lite pendente nihil est innouandũ. ¶In contrariũ fuit allega ta decisio Rotæ, posita sub ti. de iudi. decisi ij. in nouissimis. ad char. xiiij. q̃ incipit, vtrũ filius agens petitione hę
2 reditatis, † quia æquitas dictæ l. si insti tuta, vendicat sibi locũ etiam in prima instantia. Et per istam decisionẽ fuit condemnatus dictus Comes castri ad præstandum sorori suæ ducatos 50. pro nunc lite pendente, & ꝓcedatur in causa iustitia mediante.

DECISIO XII.

De exceptione dominii nõ impediente restitutionẽ rei locatæ, & de duplici probatione semiplena simul iuncta.

SVMMARIVM.

1 Agens remedio l. si quis cõductionis. C. locati. an debeat ꝓbare plene fecisse locationẽ, vel sufficiat ꝓbare semiplenè ꝑ cõfessionẽ factam per inquilinum extra iudicium parte absente.
Remedium l. si quis cõductionis. C. loca. quod remedium sit, & quid requirat.
2 Confessio extra iudiciũ facta parte absente probat semiplenè.
Dictum vnius, dictũ nullius, vt in vno teste de locatione deponẽte.
3 Testis unꝰ ĩteger ꝓbat semiplenè.
Probationes duę semiplenè coniunguntur simul ad faciendã vnã plenam probationem.
Exceptio dominij nõ ĩpedit, quo minus fiat restitutio rei locatæ.

FVIT agitata quæstio inter filiã primi matrimonij actricẽ, & sorores secundi matrimonij, cõuentas super
1 restitutione domus † vigore l. si quis cõductionis. C. loc. ¶Dictę sorores cõuentæ se defendebant, ꝙ domus ista fuit materna. ¶Pro parte agẽtis dicebat, ꝙ talis exceptio non obstat agẽti dicto remedio. l. si quis conductionis. ¶Replicabãt cõuentæ, ꝙ non ꝓbatur, ꝙ ipsæ tenebãt titulo locationis. Ex quo testes deponẽtes, ꝙ ipsæ conuentæ cõfessæ sunt extrà iudiciũ parte absente, ꝙ dictã domũ tenẽt locatã à dicto actore, non ꝓbant nisi se
2 miplenè † quia cõfessio extrà iudiciũ parte absente ꝓbat semiplenè tñ, vt concludunt scribẽtes in l. admonẽdi. ff. de iureiu. Et ꝓbaĩ in l. certũ. §. si quis absente. ff. de confes. Bal. & Salyce. ĩ l. in bonęfidei. C. de re. cre. ¶Nec obstat dictũ vnius testis deponentis de locatione domꝰ : quia dictũ vnius dictũ nullius. ¶Sed in cõtrarium fuit pariter cõclusum, ꝙ ex quo cõstat de cõfessione extra iudiciũ parte absente, quæ inducit semiplenã ꝓbationẽ, vt supradictum est: & patet in c. fi. de successio. ab ĩtesta. & in l. capite quinto ff. de adulterijs. & in l. quæro. ff. de ædil. edic. & constat ꝑ vnum testem
3 de locatione, † & vnus testis semiplenè ꝓbat: vt concluditur ꝑ doc. in d. l. admonendi. & duæ semiplenæ ꝓbationes: sicut est cõfessio extrà iudiciũ parte absente, & vnus testis de veritate coniunguñ, & faciũt vnã plenã ꝓbationẽ : vt firmat Bald. in l. vnica, in prin. C. de cõfes. & ĩ authẽ. rogati. C. de resti. & in rub. de cõtrouer. in vesti. & Saly. ĩ d. l. in bonæfidei. & Alex. in secundo volumine, in cõsi. cxliij. Et sic fuit per omnes cõclusum & votatum, ꝙ dicti cõuenti condẽnentur ad restitutionem dictæ domus locatę saluo iure super proprietate.

DECISIO XIII.

De tutoribus & restitutione bonorum contentorum in inuẽtario, & de præsumptionibus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 Inuētarium tutoris plenam probationem facit contra tutorem.
Esse semper præsumitur, quod in meo posse semel fuit.
2 Præsumptiones multę ostendentes bona inuētarizata fuisse restituta pupillis factis maioribus.
Actio personalis tollitur per præscriptionem triginta annorum.
3 Pręscriptio quadragenaria inducit veritatē & effectum renuntiationis & tacitum consensum, & similis est ei, qui satisfecit. 4.
4 Tempore liberatus similis est ei, qui satisfecit: quia hēt, quod obijciat petitori.
Alienare videtur, qui patitur contra se præscribere.
5 Consensus partis tacitus est in p̄scriptione.
Tempus multa refutat.
6 Præscriptio non habet locum stante præscribentis mala fide.
Bartol⁹ reprobat̄ super p̄scriptiōe.
7 Intellectus & limitatio ad authen. malæ fidei. C. de pręscriptione lōg. temp.
Bona mobilia in inuentario tutoris contenta an possint vsucapi p̱ eius hæredem.
8 Cōpensatio tacita an videatur facta si finita tutela pupillus nō egit contra tutorem p̱ tempus longissimum ad restitutionem bonorum inuentarizatorum, eò quòd debitor tutoris erat.
Exceptio contra præscriptionem nō obstat, quòd ille cōtra quē præscribit̄, præscribentis erat debitor.
9 Exceptio contra regulam quæ iure non cauetur, nulla est.
Amissio rerum vel scripturarū, an videatur probata probato urbis excidio, in quo erant, & an probetur ex coniecturis. 10.
10 Iuramēto partis de scripturis, & tenore an standum, si furtum per testes probetur.
Cōiecturæ ī q̄b⁹ multū operenē.
11 Scripturā penes se habens scire p̄sumitur, quod in ea continetur.
Agnat⁹ si est creditor pupilli, nō potest esse eius tutor. 15.
12 Intellect⁹ ad l. Procula. ff. d̄ ꝓba.
Soror permittēs hęreditatem paternā diu per fratres possideri, an tacitè videatur repudiasse potentiæ succedendi.
13 Repudiatio quando non inducitur per silentium diuturnum.
14 Tutor si est creditor pupilli, potest sibiipsi soluere absque iudicis decreto de bonis pupilli, quæ seruando seruari non possunt.
Iactare suum nemo creditur.
15 Liberalitas in necessitate non venit.
16 Creditor administrans bona sui debitoris p̄sumitur quòd sibi soluit in dubio, & idē de tutore. 18.
17 Inuentarium non conficiens præsumptionem violentam, p̄bet mali animi ad fraudandum.
Administrator in dubio præsumitur fecisse, quòd alij administratores fecissent, alias diceret̄ ī culpa.
Culpa arguit eum; qui non fecit, quod sibi similes fecissent.
18 Culpa nō præsumitur, nisi ꝓbet̄.
Culpa per allegantem probanda.
Experiētia optima rerū magistra
19 Qualitates hoīum ex actibus depræhendunt̄, quæ sunt attēdēdæ.
Liberalitas ex qualitate personæ præsumitur.
Qualitas animi ꝓbanda ex p̄terito in præsenti p̄sumere facit.
Agere prout in nostris præsumimur in alienis.
20 Acquirere multa in breui tempore regulariter non possumus.
Soluisse totum qui sibi potuit, & partem solùm sibi soluit, an inte-

grè solutas præsumatur.

21 Partis agnitio arguit agnitionem totius.
Damnificare sibi velle nemo in dubio præsumitur.
Soluens partem non videtur soluere totũ: & qui partem recipit, potest ad residuum agere.
Satisfactio in recẽti facto melius ꝓbatur quàm in veterato.

22 Iudicium fugiens, de sua iustitia diffidere videtur.
Argumentum de minori ad maius tenet.
Diffidens de modico, de plurimo non confidet.

23 Probatio plena in factis antiquis põt fieri, ꝑ indicia & coniecturas.
Factum excedens annos quadraginta, dicitur factum antiquum.
Probationes factæ ꝑ indicia & cõiecturas dicuntur manifestissimę.

24 Præsumptiuè quod constat, satis dicitur apparere.
Probationes minus sufficientes in facto antiquo sufficiunt.
Sententia diffinitiua in causa ciuili põt ferri ex præsumptionibus tã legis, quàm hominis, & quãdo.
Singula non prosunt, multiplicata iuuant.

25 Probatio contra inuentarium, an possit fieri vltra dispositionem l. fi. C. arbitr. tute.
Debitũ si contrahatur in scriptis, solutio in scriptis probanda est, uel per quinque testes.

26 Probatio per testes an admittat̃ contra inuentarium in causa restitutionis bonorum, & quid si per præsumptiones. nu. seq.
Solutio canonis in contractu emphyteotico scripturam requirente, an possit per testes probari.
Probatio obliqua contra præsumptionem iuris & de iure admittitur, non directa.

27 Rationem reddere tenentes bonorum quæ vsu consumuntur, an sufficiat quòd probent tanto tempore posse corrumpi.

28 Articuli producti in prima instantia, an possint deduci in causa iudicati, & debeant admitti.
Sententia quæ in rem iudicatam transiuit, præsumitur iusta, & facit præsumptionem iuris & de iure, nec potest impugnari.

29 Deo nihil occultum.
Iudicium in rebus ambiguis non debet esse absolutum.
Curia debet satagere in dubijs, vt partes compromittant.
Iudex studere debet ad reducendum partes ad concordiam.

VERTITVR dubium ex quo per sententiam sacri Consilii condẽnatus fuit Iacobus de Canfora, tanquam filius & hæres Petrilli de Canfora, tutoris & patrui Antonelli de Canfora, ad ponendum calculum & rationem de bonis inuentarii per ipsum Petrillum, quæ fuerunt dicti Pagani, & ad restituendum ea bona inuentarizata quæ non sunt restituta. Petuntur ad præsens per dictum Antonellum, hoc est, per eius filios & hæredes ab hæredibus dicti Petrilli tutoris, vt restituat bona inuentarizata, quæ penes eum fuerunt, & non sunt restituta, & eius intentio est probata ex productione inuẽtarii & dictæ sententiæ. † Nam inuentarium tutoris plenam probationem facit contra tutorem: vt est casus in l. fi. C. arbi. tute. & notatur in l. tutor qui repertoriũ. in princi. ff. de administra. tuto. & l. tutores. eo. ti. Cum ergo res inuentarizatæ semel fuerunt in administratione tutoris, & in eius posse, vt asseritur in inuentario, adhuc præsumuntur esse: vt in l. si creditor. C. de pignorati. actio. l. non ignorabit. C. ad exhiben. plene notatur in l. siue possidetis. C. 1

de proba.& in c.cum ad sedem.de restitutio.spolia.cũ simili. ¶Sed ꝓ parte hæredum dicti Petrilli tutoris adducuntur ad præsumẽdum, ꝙ omnia bona contenta in inuentario fuerũt restituta ipsi Antonello filio dicti Pagani,& per consequens ꝙ non teneat̃ ad iteratam solutionẽ, infrà scriptæ
2 probões & ꝓsumptiones. † Et primò adducit̃ antiquitas tẽporis. ¶ Nã ab eo tempore quo fuit finita tutela, seu cura dicti Petrilli tutoris Antonelli transacti sunt anni plus quàm sexaginta. Et ipse Antonellus nũquàm fecit sibi fieri restitutionem dictorũ bonorũ ab hæredibus dicti Petri tutoris. ¶Vnde stante isto silentio creditoris per tempus sexaginta annorũ præsumitur ei satisfactum. Nã & triginta annis præscribitur actio personalis: vt in l. sicut.& l.oẽs.C. de præscrip.xxx.vel xl.anno. Et præscriptio xl.ann. omnem actionem tollit, vt in d.l.sicut.& in c.illud.& in c.ad aures. de præscri.ibi dum dicit, quadragena lis ꝓscriptio oẽm prorsus actionẽ ex-
3 cludit. Ideo dicitur, †ꝙ hoc longissimũ tp̃s inducit veritatẽ.vt notat in l. ii.C.de serui.& aqua. & Bal.in l.liberti.C.de operi.liberto. quia ex silẽtio tanti tp̃is intelligitur fieri tacita renũciatio per eũ qui tacuit.l. apud eum. ff.de censib.l.si eo tp̃e.C.de remissio. pigno. cũ l.cùm in plures,§. locatio. ff.loca.facit quod notat Bal.in l.licet. C.de iure deliberan.& illud quod dr̃, quod ille qui tam longo tp̃e patitur, consentire videtur: vt in l.pen.C. cõmu.diuidun.& C.de rei vendi.l.solẽnibus. Accedat ad hoc quod dicit Andr. de Iser. in præludijs feudorũ possit ꝓ lege allegari. ¶Item nunquam fuit hoc in quæstione deductum, vnde tacito consensu ꝑ tantũ tp̃s videt̃ approbari. ff. de leg. l. sed ea quæ.
4 ¶ †Item quia qui tp̃e liberat̃ similis est ei, qui satisfecit. ff. de administra. tuto.l.si pupillus.§.vlt.vbi dicit text. is autem qui tp̃e liberatus est, dicit Glo.xxx.annis actione tutelæ, non ei similis est, qui nihil hẽt, sed ei qui satisfecit.hẽt.n. quid obijciat petitori. ¶Hinc est quod dicitur, ꝙ alienare videt̃, qui patitur contra se ꝓscribi.ff. de verbo. signi.l.alienationis verbũ.
5 & ibi dicit Dyn.† ꝙ in ꝓscriptiõe est tacitus cõsensus partis. Ideo dicit te. in authẽtico.de tempo.non so.do.circa principium, tp̃s multa quoque refutat.bene facit tex. in l.iustas.C.de iure fisci, lib.x.& l.si tp̃a. C.de fide instrumen. & iure hastæ fisca.lib.x. bene facit ad hoc, ꝙ voluit Alexand.de Imo.in.iii.volu.consi. lix.in.iii.colũ. vbi dicit, vnde patiendo cõtra se pręscribi longissimo tp̃e, vr̃ tacitè cõsentire.d.l.alienationis. & l.longe cũ ibi no.ff.de diuer.& tẽpo.ꝓscrip. Allegat etiã Guil.de Cu. in l.ii.C. de vsu.pro emp. ¶Et si diceret̃ mihi, ꝙ hæredes ipsius Petrilli fuerunt in mala fide volendo præscribere bona Pagani inuẽtarizata,& per consequens Antonelli
6 eius filii & hæredis.†& stante ista mala fide, nullo tp̃e currit ꝓscriptio de iure canonico, vt concludit̃ in c.si diligenti.de ꝓscrip. reprobatis dictis ꝑ Bar.in l.sequit̃.§.si viã.ff.de vsuca. Licet postea remittat decisione Sanctæ matris ecclesiæ: & benefecit: quia in contrarium est cõis conclusio ꝑ multa iura & rationes quæ causa breuitatis omitto. ¶Ad hoc respõdet̃, ex quo sumus in ꝓscriptiõe rerũ mobiliũ, authẽ.malæfidei. C.de ꝓscrip.lon.tẽpo.
7 †non vendicat sibi locum in hoc casu i.in vsuca. rerum mobilium: ex quo tãtum hẽt locum in ꝓscriptione rerũ stabilium: vt dicit ibi Angel.& firmat Alexan.de Imo in l. Põponius.§. cũ quis.ff.de acquir. possess.& in.ii.volu. consi.cxxxiiii. incipiente, in causa & lite vertente.ver.nec huic hẽt obstare &c. ¶Item quia Iacobus filius di-

tri Petrilli potuit vsucaperē bona mobilia in inuentario contenta: vt dicit Ioan. de Imo. in d. l. sequit. §. hæres. & Dyn. in c. possessor. de reg. iur. lib. vi. & Alex. in d. consi. cxxxiiii. ¶ Et si diceretur mihi nimirū si ipse Antonellus finita tutela non egerit contra tutorem vel eius hæredem per tantū tēps longissimum: vt restituat bona inuētarizata: quia ipse Antonellus erat debitor per instrūm liquidum hæredi ipsius Petrilli sui tutoris in vnciis
8 ducentis: † & sic vr̄ inter ipsos facta quædā tacita cōpensatio: licet nunquā fuerit opposita ꝑut requirebatᷓ: vt dicit Bar in l. i. ff. de cōpensatio. Et per consequens adhuc ipse Antonellus est debitor, si illud non soluit, si apparet liquidum instrūm. ¶ Ad hoc respondetᷓ, ꝙ si Antonellus stetit per lx. annos, & a tutore non petiit bona inuentarizata. non ꝓptera sequitᷓ, ꝙ ipse non sit debitor instrumentarius, & hoc debitū non debilitat p̄scriptionem contra eum allegatam: vt suprà dictum est: nec contra p̄scriptionem obstat, ꝙ ille contra quem p̄scribitur, erat debitor p̄scribentis: ergo nō procedit p̄scriptio: quia non memini me legisse talem exceptionem posse op-
9 poni. † Ideo si non reperitᷓ exceptio in iure contra regulā, debemus stare regulæ, quæ vult, ꝙ p̄scriptio longissimi tp̄is excludit oēm actionē: vt suprà ostēsum est. ¶ Secūda p̄sumptio, ꝙ bona inuentarizata fuerunt restituta, est, ꝙ res ista transiuit sub silentio: verisimile est, ꝙ de satisfactione fuerunt factæ scripturæ, & ꝑꝑ saccomannum ciuitatis Neapolitanæ tp̄e ducis Renati fuerunt perditæ: & sic ad probandū amissionem rerum vel scriptu rarum, sufficit probare saccomannū: nam de scripturis statᷓ iuramento par
10 tis, † vt dicit Pau. de Castr. in l. sicut iniquum. C. de fid. instrūorum. vbi dicit, probato furto per testes, tunc statur iuramento partis de scripturis & de tenore: vt notatur in l. si de possessione. C. de ꝓbōnibus. & in l. fin. quando. C. vnde vi. & notatᷓ in l. testium. C. de testibus. vnde ꝓbato saccomanno, amissio rerum ꝓbatᷓ ex cōiecturis: vt dicit Ang. in l. si quis ex argentariis. §. p̄tor. ff. de edē. & in istis multum operantur coniecturæ & verisimilitudines: & sic stante dicto casu disprobationis, & silentio longissimi tp̄is, arguitur de satisfactione bonorum cōtentorū in inuentario. ¶ Tertiò ad p̄sumendū satisfactionem bonorum in inuentario cōtētorū, adducitur: nam ipse Antonius filius p̄fati Pagani habuit penes se inuentarium suorum bonorum: & sic habuit notitiā, ꝙ tutor eius debebat illa bona si
11 bi restituere: † quia qui hēt scripturā penes se, p̄sumitur scire contenta in ea. vt in l. non est ferendus. & ibi Bal. ff. de transactionibus. ¶ Item erat patruus dicti Iacobi filii dicti Petrilli, & sic erat coniunctio sanguinis. Itē stetit per lx. annos, & non petiit restitutionem bonorum contentorum in inuentario. Accedit ꝙ dictus Antonius erat debitor Petrilli instrumentarius in vnciis ducentis, & ipse Antonius fuit administrator bonorū Iacobi filii dicti Petrilli. Et sic habebant cōia negotia inter eos. Certè prima facie pōt dicī, ꝙ militet hoc casu dispositio l. Procula. ff. de ꝓbōnibus: vt videatᷓ tacitè facta remissio inter eos.
12 † Nā volunt Doctores ꝙ resultet p̄sumptio p̄dicta per dictā legē Procula requiruntur tria copulatiuæ.

¶ Primo taciturnitas longi temporis.

¶ Secundò coniunctio sanguinis.

¶ Tertiò calculatio rationis sæpius inter eos facta, absque eo, ꝙ de illo debito in rationem fuerit facta mentio. Aliàs illa duo sine hoc tertio non sufficiunt: vt declarat Bartō. in l. libertis quos. §. i. ff. de alime. & ciba. leg. Bart.

Bal.Saly. & Flo. in d.l.procula. Bart. & alii in l.dotem.ff. sol.mat.Bal.in l. cũ ꝓponas.la i.& in l si certis an.in v. colũ.C. de pact.Pro hoc allego optimam decisionem Ang. & Io.de Imo. in l.recusari.ff.de acqui. hęre.vbi dicũt,quòd si soror permisit hæreditatem paternã diu possideri per fratres, & cum egebat aliquo,petebat ab eis, vt à fratribus suis exclusa, quòd videtur repudiasse potentiæ succedendi, non ex solo cursu tp̃is.quia non præscribitur nisi longissimo tp̃e:vt in l.licet,C.e.sed intelligit repudiasse tacitè per d.l.Procula.quod intelligo dicit Io.de Imo. si non errauit in iure, per id quod habet in l. Claudius.eo. tit.Secus dicit,si diu soluit, & cũ fratribus nihil habuit cõmune quia nihil ab eis petiit,nec cũ eis rationẽ cal

13 culauit de aliquibus gestis. † Nã tũc diuturnum silentiũ non inducit repudiationem,per d.l licet. ¶ Retulit cõmissarius,quòd ex ꝓcessu apparet esse ꝓbatũ,quòd ille Iacob. qui erat debitor Antonelli per inuentarium, erat sub cura & gubernatione Antonelli,& omnia reponebat in eius manu. Et ipse Antonellus gubernabat eius bona: & omnia erant sub ptãte ipsius Antonelli. Et ipse Antonellus fecit expensas in ducenda vxore Iacobi.Et in articulis ipsius Antonelli dicit,quòd ipse petiit calculum,licet non ꝓbet.Satis põt dici largo modo quòd in hoc casu militet decisio d. l. Procula.sed in veritate & strictè deficit illud tertium requisitum.s.calculatio rõnis sæpius facta: & de illo debito non fuit facta mentio:sed tamẽ loco calculationis sunt omnia supra dicta.Tamen quia non habeo legem, ꝙ pdicta sunt loco calculationis. Ideo cõcludo in puncto iuris,quòd l. Procula.non habet locũ in casu nr̃o.¶Adducitur quartò, quòd p̃sumendũ sit, quòd fuit satisfactus Antonellus de bonis inuentarizatis, ex eo,quòd oĩa bona ipsius Iacobi fuerunt administrata per ipsum Antonellum:& Iacobus ei p̃stabat obedientiã. Ita, quòd etiã bona quæ habuit Iacobus in dotem à sua vxore peruenerunt in posse Antonel.Ergo p̃sumẽdũ est, quòd omnia bona inuentarizata peruenerũt in posse Antonelli:quia Antonellus habens bona Iacobi in sua administratione & posse, poterat sibiipsi

14 soluere & satisfacere. † Nec est p̃sumendum, quòd voluisset iactare suũ. l.cum de indebito.ff.de ꝓbõnibus.l. eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigu. actio l.si cum aurum.ff.de solut.poterat.n.ipse Antonellus vt tutor Iacobi,& eius creditor ꝑtextu inuentarii ꝓpria autoritate sibiipsi satisfacere absque decreto iudicis:vt ex tex.in l. fistulas.§.fundũ.& ibi Glos.ff.de contrahen.emp. Idem voluit Bal.in l.cũ ipse.in fi.C.de contrahenda emp.Vbi dicit,quòd tutor põt sibi soluere de rebus pupilli,quæ non possunt seruãdo seruari,: ꝓut erant bona descripta in inuentario.Itẽ de re ipsa debita sicut:sunt bona inuentarizata, poterat sibi soluere ex quo oĩa peruenerunt in eius posse, per d.§.fundũ,secundũ

15 Bal.in d.l.cum ipse.¶† Fateor tamẽ, quòd si agnatus est creditor pupilli, ꝙ non possit esse eius tutor, per textum in authẽ. minoris debitor.C.qui dare tut.po. ¶ Nec obstat, si diceret, ꝙ non videbat dictus Antonel.iactare suum, si non sibi satisfaciet, licet poterat satisfacere,ex quo habeat bona debitoris in manu sua,& voluit expectare.¶Quia respondet,quod ꝓbatur in ꝓcessu, quòd ipse Antonellus erat in necessitate & paupertate. Et non præsumitur,quòd in necessitate quis sit liberalis:vt in l. rem legatam. ff.de adimẽ.leg.no.in l.si vsusfructus. ff.de iure dot.Imò p̃sumit,quòd ipse Antonel.qui administrabat oĩa bona

16 Iacobi,† quòd deduxerit de illis bonis id quod sibi debebatur ex inuentario: vt ꝓbat̃ ex l.sed si dãnũ. §. peculium.in versi. nam vt eleganter.ff. de pecu. vnde dicit Ang. ibi, quòd si administrator est creditor illius, cuius bona administrat,ꝑsumit̃ suũ exigi fecisse:quòd est not. dignum secũdum eũ:& tanto fortius, quia dictus Antonel.gessit se ꝓ tutore:& fuit administrator bonorũ Iacobi: & non fecit inuentarium de bonis ipsius Iaco
17 bi:† & sic resultat violenta ꝑsumptio contra eum, qui non fecit inuẽtariũ, quòd habuit malum animum.s. fraudãdi:vt no.in l.tutor qui repertoriũ. in princ.ff.de admini.tuto.bene facit l.fi.& ibi Bal.in princ.C.de iure delibe.& l.fi.C.arbi.tute.¶Quinta coniectura est,quia ex quo Antonel.administrauit omnia bona Iacobi, ꝑsumit̃ quòd ipse fecerit, quod verisimiliter alii administratores fecissent:aliàs diceretur in culpa:vt dicit Bar.in l.si cũ venderet.§.fi.ff.de pig.& Bal.in l.sola.v.col.C. de testi.Bartol. in l.quòd Nerua.ff.de pos.& Ang.ĩ l.cõtinuus. §.cũ ita.post Bar.per illũ tex.in vers. plerique eiusdem conditionis. ff. de verb.oblig. sed culpa non ꝑsumitur,
18 nisi ꝓbet̃:† quia culpa debet ꝓbari per allegantẽ:vt dicit Bar. in l.in illa stipulatione si Calendis. ff. de verbo. obli.per l.iii.§.si ad diem.ff.de re militari.l ii.ff.si quis cautio.Gl.& Cy.in l.ii. C.de iure emphyteutico. doct. in c.super his.de accus.sed quilibet secũdũ experientiam: quæ est optima rerum magistra:vt in c. quàm sit.de electione.in vi.habens bona sui debitoris in manu,de quibus põt soluere sibi,credendũ est, quòd verisimiliter sibi satisfecit:& reliquum restituet: ergo idem fecisse verisimiliter ꝑsumendum est præfatum Antonellũ. ¶Sexta coniectura est ad ostendẽdũ, quòd bona inuẽtarizata sunt restituta,quia dictus Antonellus attenta qualitate suæ personæ,quæ erat diligentissimi in suis iuribus exigendis in curiis,vbi regitur iustitia:probatũ asseruit commissarius causæ.Ex hoc similiter ꝑsumit̃,quòd sibi satisfecit de bonis in eius posse existentibus: vt in simili dicit Glo.& Bal.in l.si præsidi.C. de do
19 nationibus añ nup.† ꝙ attẽta qualitate personæ ꝑsumit̃ liberalitas. Similiter ex qualitate personæ arbitrandũ est,ꝓut est eius qualitas vt not. Bald. in c.i.ex qui.cau.feu.amit.Et ibi multa dixi de qualitate hominis attendẽda:& ad ꝓbandam qualitatem animi ex ꝑterito, ꝑsumit̃ in ꝑsenti.c. semel malus.de regu.iur.in vi.c.scribam.de ꝑsumptionibus. Bal. in l. ex persona. C.de ꝓbat.& in l.ii.in fine. C. quando ꝓuo. non est necesse. & in l. non ignorabit. C.ad exhibendum. Bar.in l.si cui.ff.de accusa. per illum tex. & not. Alex.de Imo. in ii.vol. consi.cii. in v.col.incipiente, super primo de quo quæritur. Si ergo qualitas animi sui erat,quia diligentissimus in exigẽdis debitis suis, dicendum est, quòd exigit sibi satisfaciendo de bonis Iacobi,quæ ipse administrabat.¶Septimò coniecturatur ex eo quòd postquam ipse Antonellus factus fuit maior,contraxit societatem cũ Iacobo de Lazaro,& in dicta societate posuit de capitali vncias centũ octoginta:vt constat per instrumẽtum publicum.
20 †Et in alia manu ipse Antonel.soluit Baldaxaro de Rosa vncias xl.vnã, vt constat per instrumẽtum publicũ. Ex quo coniecturandum est,quòd de bonis inuentarizatis habuit dictas vncias ducentas viginti vnam,cũ aliũde habere non potuisset stante tp̃is breuitate, nisi de bonis paternis inuentarizatis,cùm ex ꝓcesso non appareat ꝓbatum aliunde potuisse habere.
¶Octaua coniectura est,quia ꝓbatur in processu quòd ipse Antonel. ha-

buit aliqua ex bonis inuentarizatis, sicut est fronteria, quam ipsa vẽdidit. Item habuit certa bona debitorum contenta in dicto inuentario, quos exigit, vt retulit cõmissarios causæ. ¶ Item habuit bona supellectilia. Si ergo sibiipsi soluit partẽ bonorũ contentorum in inuentario, vbi poterat totum sibi soluere, coniecturandum est, quòd totum sibi soluit, sicut dici-
21 mus, † quòd partis agnitio arguit agnitionem totius. secundũ Bar. in l. ex duobus. & in l. si is cui res. de lega. ii. quia nõ est præsumẽdũ, quòd ille qui poterat sibi totum soluere, solùm partem sibi soluit: ex quo hoc sibi dãnosum est. argumen. l. planè. ff. famil. ercisc. & l tutor. §. Lucius. ff. de vsur. l. quidam existimauerunt. per doct. ff. si cer. pet. bene tñ fatendũ est, quòd qui soluit partẽ, non videt̃ soluisse totum. Et ideo põt agi ad residuũ, secũdũ Bar. in l. in cõmodato. §. duobus. ff. cõmodati. ¶ Nona coniectura est, quòd iste Antonel. nunquam traxit in iudicium ipsum Petrillũ vel eius filios hæredes super restitutione bonorũ contentorũ in inuentario, quæ bona non erant modica. Vnde arguit̃ quòd ideo nõ egit, quia tunc tp̃is ex quo factũ ẽst recens, poterat ꝓbari satisfactio, & sic patefiebat eius in iu-
22 stitia. † Præsumitur. n. iudiciũ fugiẽs de sua iustitia diffidere. de p̃sumpt. c. nullus. xi. quæs. i. in c. Christianus. vii. q. ix. c. decernimus. quæ iura ad præsens ꝓpositũ allegat Lud. Ro. in cõsi. suo. clxix. incip. magister Pau. ĩ prin. & voluit do. Abb. in d. c. nullus. ¶ Decimò adducit̃ ad coniecturandũ restitutionem dictorũ bonorũ contentorum in inuentario, quòd Antonel. noluit habere fidẽ de vnciis quinq; per eum mutatis dicto Petril. sine pignoribus, vt constat per instrumentum. Dicendum est, quòd minimè voluit hr̃e fidẽ de bonis cõtẽtis ĩ inuẽtario quæ sunt valoris vltra ducatorũ tria milia, hoc argumẽto vtit̃ textus & ibi Glo. in c. cũ in cunctis. in verbo, multòfortius. de electio. bene facit tex. in c. cũ illorum. ibi, & maiora intelliguntur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. extrà, de senten. excõ. facit l. qui indign. ff. de senato. cũ simili-
13 bus. ¶ Est. n. considerandum, † quòd ex quo agitur de re antiqua, excedente tp̃s sexaginta anno. per indicia & coniecturas, dicit̃ fieri plena ꝓbõ: vt dicit Ang. in l. at qui natura. §. cùm sente. ff. de nego. gest. & ĩ l. Titius. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. & authẽ. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccle. Pau. de Cast. in consi. clxi. incip. in p̃senti causa. in. i. col. & not. Inno. in c. veniens. de verbo. signi. vbi etiam dicit, quòd factum antiquum dicit̃, quã do excedit tp̃s quadraginta annorũ. & idem dicit do. Ant. de But. in c. peruenit. de emp. & vendit. & probõnes quæ fiunt per indicia & coniecturas, põt dici manifestissimæ ꝓbõnes: vt in l. si tutor. cũ ibi not. C. de pericul. tuto. l. licet. ff. de leg. i. voluit Pau. de Cast. in consi. clxi. incip. visis his, quæ superius allegantur. in iii. colũ.
24 † & illud quod constat p̃sumptiuè, satis dicit̃ apparere: vt dicit do. Abba. in c. scribam. de p̃sump. & Bal. in l. fi. ff. de hære. insti. vnde cum simus in facto ita antiquo, licet dictæ p̃sumptiones, qñ non essemus in facto ita antiquo, fortè non probarent satisfactionem bonorũ contentorũ in inuentario, tñ in facto antiquo ꝓbõnes minꝰ sufficientes & leuiores sufficiunt: vt dicit Cyn. & Bar. in l. si quidem. C. solu. mat. & Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cler. & in l. iiij. C. de ꝓba. & Archid. xvj. q. iij. c. inter memoratas. Alex. in ij. volu. consi. clxxxvj. incip. in hac causa & lite. in ij. colũ. in versi. hoc præposito. ¶ Et ex istis præsumptionibus tam legis quàm hoĩs pue-

nitur ad diffinitiuā in causa ciuili.c.af
ferte.de præsumpt.not.in l.excusatio
nem.in princ.ff.de excusa. tut. Doct.
in c.quia verisimile.de ꝓsump. Cyn.
& Bal.in l.siue possidetis.& in l.fi. C.
de ꝓba.Et q̄ non ꝓsunt singula, mul
ta collecta ꝓsunt.de quo in c.cū cau-
sam.de proba.& in l.ij.in Gl.ff.de ex
25 cusatio.tuto. cū concor. ¶ † Sed ma-
gnū dubium est, vtrum cōtra inuen-
tarium possit fieri ꝓbatio, ꝙ bona cō
tenta in eo sint restituta aliter quàm
per scripturā, attento ꝙ dicit l. fi. C.
arbi. tut. ꝙ contra inuentarium non
pōt contrarium ꝓbari.Itē si debitū
in scriptis est contractum,solutio pro
banda est in scriptis,vel per quinque
testes:vt in l. testium. C. de testibus.
not.Bal.in l.generaliter.C.de nō nu-
mera.pecu.& in l.cùm de indebito.in
fin.ff. de ꝓbō.& not.Ange.in authē.
de instru.cau.& fide.§.j.dū quærit,an
magis credendū sit instrumēto,quàm
testibus.Et certè Bal.in d.l.fi.dicit,ꝙ
est magnum dubiū, & arguit ad par-
tes.finaliter ipse Bal.allegat Glo.in l.
pupillum.C.de vsur.pupil.quævult,ꝙ
tutor qui fecit inuentarium,pōt ꝓdu
cere testes ad æternā rei memoriā, ꝙ
nihil debet.Nec obstat d.l.testiū.quia
ibi loquit̄ qn̄ scriptura erat necessaria
ex conuentione partium.& ita sentit
Bar.in d.l.generaliter.Secus qn̄ est ne
cessaria scriptura ex legis dispōne.
† Nam tunc pōt fieri ꝓbatio indire-
cta per testes contra scripturam, sicut
est ꝓbō directa contra inuentarium.
2 Sicut dicimus in cōtractu emphyteu-
tico,qui requirit scripturā,& tñ solu-
tio census pōt probari per testes : vt
bene declarat Bal.in d.l. testium. sed
ꝓbō directa contra inuentarium vel
aliam scripturam fieri non pōt, quan
do scriptura est de necessitate : licet
Bal.in d.l. testium. referat Richard.
de Salice.in d.l.testium. tenuisse con
trarium,& Venetijs fuisse obtentum
secundum eū.¶ Et volui videre Bart.
de Salt in d.l. testiū. qui similiter te-
net opinionē dicti Richar. patrui sui
s ꝙ solutio bonorum cōtentorum in
inuentario non possit ꝓbari, nisi per
scripturam vel ꝑ quinq; testes.¶ Sed
ego pro opinione Bal. allego notabi
lem Glo.Io. And. in Clem.vnica, de
ꝓbō.quæ vult,ꝙ contra ꝓsumptionē
iuris,& de iure non admittit̄ ꝓbō in
contrarium directa.Sed indirectè sic.
allego etiam Bar.in l.ꝙ ad pñs. C. de
27 murilegulis.lib. xj. vbi dicit, † ꝙ illi
qui habēt reddere rōnem de bo.sup-
pellectilibus,vel alijs rebus, quæ vsu
consumuntur,sufficiat ꝓbare,ꝙ tāto
tpe verisimiliter debuerūt posse cor-
rūpi.allegat in argumen.l.fi.C.de ali
men.pu.præst.faciunt notata ꝑ Inno.
in l.diuortio. §. interdum. & ibi per
do.Francis. de Aret.ff.sol. matr. ¶ Et
sic infert ꝙ contra inuentariū potest
probari restitutio bonorum non solū
per scripturam & testes,sed etiam ꝑ
ꝓsumptiones.¶ Sed satis dubito,an di
ctæ ꝓsumptiones sint pertinentes, ex
quo relatum est ꝙ aliàs sunt circa de
cem anni,ꝙ hæredes Iacobi filij Pe-
trilli conueniri fecerunt Antonium
suprà restitutionē prædictarum vn-
ciarum ducentarū. Et ipse Antonius
eos conuenit super reddenda rōne,
& reliquorum restitutione bonorū
Pagani sui patris, & tandem ipse An-
tonius produxit dictum inuentarium
in iudicio. Et hæredes dicti Petrilli se
defendebant,ꝙ bona contenta in di-
cto inuentario, sunt restituta,& alle-
gabant multas ex dictis ꝓsumptioni-
bus ad arguendū restitutionem bo-
norum contentorum in inuentario,
& tñ illis non obstantibus per senten
tiam sacri Consilii fuerunt hæredes
Iacobi,& sic hæredes Petrilli condē-
nati, vt omnia bona inuentarizata,
quæ non sunt restituta, restituant di-
cto Antonello, & dictus Antonellus
eis

eis condemnatus ad dictas uncias ducentas,& facta fuit executio cōtra ipsum Antonellum & hæredes Antonelli:nunc petunt bona inuentarizata nō restituta ab hæredibus Iacobi uirtute
28 dictæ sententiæ : † & ipsi hæredes Petrilli se defendunt contra inuentariū, deducentes illud idem, quod dixerūt in prima instantia, quod non uidetur licitum de iure,per not.in l. per hanc. C.de tēp.appel.¶ Itē quia dictæ p̄sumptiones & coniecturæ tacitè fuerūt repulsæ per sententiā prædictā,quæ quidē sentētia p̄sumitur iusta,quoad iustitiā & rectitudinē, postquā trāsiuit in rē iudicatā:ut notabiliter dicit Ale.de Imo.in iij.vol.cōs.xxij.& in cō. cxxxvj.in v.col.& talis snīa facit p̄sumptionē iuris & de iure:nisi probet, q̄ p falsa instrumēta sit lata: ut dicit idē Ale. in eo.vol.cōs.clv.in ij.co.Nā talis sententia,quæ transiuit in rē iudicatā,habetur pro ueritate,& impugnari nō pōt: vt dicit idē Alexand.in eod.vo.in cōs. clxxxij.in ij.col.vnde dicti hæredes Iacobi aliter de iure habēt probare restitutionē bonorū,contentorum in inuētario,q̄ per præsumptiones prædictas tacitè repulsas per dictā sententiā, sed
29 an dicta sentētia fuit iusta.†Deus scit cui nihil occultū.¶ Stātibus istis considerationibus pro & contra,oībus Dominis de Cōsilio fuit visa decisio huius causæ multū dubia, & in rebus ambiguis absolutū non debet esse iudicium,dicit tex.xxxiij.distinc.c. fin.ne ueritas offendat. ¶ Et propterea totū Cōsilium rogauit partes ad cōpromittendū de iure & de facto dn̄is Doctoribus de sacro Cōsilio , & ambæ partes fuerunt cōtentę,et fecerūt cōpromissum in posse sacri Consilij, & sic postea latū fuit laudū : per quod hincinde partes fuerunt absolutæ . verùm de illis uncijs dicentis,ad quas fuit condēnatus Antonellus filius Pagani,ad soluendum hæredibus Petrilli , quas ipse Antonellus spoliauit,hæredes Iacobi restituant hęredibus Antonelli uncias centū infrà decē & octo menses:de q̄bus soluantur tantū Antonio de Alexandro creditori filiorū & hæredū Antonelli:de Cāpora ducati centū quinquaginta tantū . Et de residuo vso;ad complemētum sui debiti sibi satisfiat in nominibus debitorū dicti Antonelli pro tertia parte & alia tertia pars sit hæredum Antonelli,& alia tertia pars hæredum Iacobi.

ADDITIO.

De probatione plena,quæ fit p coniecturas & indicia,uide Petr. de anch. consil.cccx.nu.6. & Chassaneū consil. liiij.nume.19.et cōsil.lxiiij. nume.12. & Hyppolit.de Marsil.in rubric.C.de probatio.nume.315.et in l.fina. nu. 3. C.ad legē Cornel.de sicar. et in pract. §.principiū.nu.13. et §.expedita.nume.81.et singu. ccccclxxxiiij. incipie. pluries.Et de probatione per famam. Anchara.cōsi.cliij.nume.2.et Steph. Bertran.parte j.cōsilio.xlj.nume.7.et parte ij.cōsi.lvj.nume.3.et 207. num. 6.et 260.nume.9.Et per Hyppolit. in l.de minore.§.plurium.nume. 49. 51. & 60.et in rubric.C.de probation.nume.194.

DECISIO XIIII.

De interdicto quorum bonorū & de requisitis in eo.

SVMMARIVM.

1 Interdictum quorum bonorum quā probationem requirat, et quando habeat locum nu.3.10.
2 Sumptum de sumpto productum nō probat legitimè.
3 Interdictum quorum bonorum an habeat locum, si opponatur pendere quæstionem falsi tęstamenti in alio iudicio.
4 Exceptio dominij,an obstet agenti interdicto quorum bonorum.

5 Instrm diuisionis probat dominium.
Protocollum productum ad probandum testamētum nō probat simpliciter illud maximè nūcupatiuum.
Testamētum nuncupatiuum probari debet per septem testes.
Testamētum sui sic cōfectum solénitér cum septem testibus, per duos testes potest probari.
6 Priuilegium pp rebellionē perditur.
Principi dicēti in scriptis talē rebellē, an credēdū, si nō cōstet de rebelliōe.
Confessio ꝓducētis tacita, resultat ex ꝓductione scripturæ de cōtētis ī illa.
7 Hæreditatis aditio ꝓsumit ex actibus, qui non possunt fieri citra ius & nomen hæredis.
Allegari saltē dēt, qd ꝓbari non pōt.
Probatio dubia non releuat.
8 Instrumētum locationis rei non probat locationem illius.
Acquirens ab aliquo, an videatur fateri illum esse dominum.
Principem rei dominum fateri videt, qui ab illo rem donatam habet.
9 Testator nō potest disponere sine Regis assensu quod illi qui sunt in quarto gradu secūdum ius ciuile succedant in feudis.
Feudalia bona sub generali donatione bonorum an veniant.
Bonorum paternorum appellatione non includuntur feuda.
10 Confessio facta p procuratorē in alio iudicio & ad aliū effectū nō p̄iudicat.
Verbum, hæredibus, positum in substitutione exponitur de filijs. 4.

1 Ioannellus de Diano † habēs, tenēs & possidēs certa bona burgēsatica & feudalia, fecit testamētū, in quo instituit Ecclesiam & hospitale sanctæ Mariæ Nūtiatæ de Neapoli hæredem. Testatore mortuo ecclesia adiuit hæreditatem. insurgit quidam Frācīscus de Diano filius & hæres Bufali filij Petrilli de Diano, fratris quōdā dicti Iacobi de Diano, qui nominabatur Loperrico, & dicit, quòd virtute cuiusdam donationis factæ per Reuerēdis. dominū Gasparē de Diano, olim archiepiscopum Neapol. dicta bona petita post mortē dicti Ioānelli sine liberis legitimis & naturalibus, sunt subiecta restitutioni faciendæ ipsi Frācisco: & ppea adeptus fuit possessionem ipsorum bonorum. ¶ Item dicta bona sunt subiecta restitutioni, dicto Frācisco ex alio capite, videlicet virtute testamēti dicti Iacobi de Diano nominati Loperrico. Et per indultum Regis Ladislai cum cōfirmatione Reginę Ioānæ secūdæ, dicta Ecclesia & hospitale agit contra dictū Frācīscum interdicto quorū bonorum. dictus Frācīscus replicat, non habere locum dictum interdictū. Ex quo post mortem Ioānelli sine liberis dicta bona veniūt restituēda ipsi Frācisco, tū virtute testamēti Perechi, tū virtute priuilegij regis Ladislai, tū virtute dictæ donationis. Sed ꝓ parte Ecclesię replicabatur, ꝙ illa donatio nō loquitur de bonis quæ ipse Ioānellus possidet tpe mortis suę: sed loquitur de donatione bonorum paternorum, maternorum, & fraternorum, sic in genere: & nō probat in specie, quæ bona tpe donationis posside bat donator: & sic nō probatur idētitas bonorum
2 ¶ † Præterea dicta donatio inquātum respicit dictam grauamē, quo ad bona feudalia sine Regis assensu, nō potuit fieri per cōstōnem regni, cōstitutionem diuæ memoriæ. ¶ Item fidei commissum pdictum, cōtētum in testamēto Perechi, nō probatur legitimè: quia testamētū Perechi nō est productum in forma probāte, eò quia productum fuit sumptū de sumpto. & sic nō probat diuisio allegata per dictū testamētum. Et per cōsequēs nō militat ordinatio Regis Ladislai de bonis ipsis restituēdis dicto Frācisco, facta diuisiōe post mor-

tem dicti Ioānelli,& maximè quia pē dēt quæstio falsi super dicto testamen to Perechi in magna curia vicariæ:
3 † qua pēdente dominium allegatū p dictum Frācifcum requirit altiorem indaginem:& non impedit restitutionem in interdicto quorum bonorum. Quæritur modò,quid iuris. ¶ Fuit sup hoc primò excitatum,vtrum pro parte Ecclesiæ sanctæ Mariæ fuerūt omnia requisita in interdicto, quorū bonorum probata. Et fuit visum ꝙ sic. Nam probatum fuit ꝙ Ioānellus possidet omnia bona petita in tpe mortis suæ,exceptis aliquibus: ¶ Item fuit ,p batum,ꝙ fecit dictum testamētum,& solēniter,in quo instituit hæredem dictam Ecclesiā. Itē probatū,ꝙ Ecclesia adiuit hæreditatē. Et per cōsequēs fuerunt probata omnia requisita in hoc interdicto quorum bonorum:vt insti. de inter.§.adipiscēdę.& in l.j.C.quo. bo.& in Spe.de testa. §. nūc dicendū.
4 † Secūdo fuit dubitatum: vtrū exceptio dominij sit admittēda cōtra agētem,interdicto quorum bonorū. Qđ dubium examinat in l.fi C.quo.bo.& per Saly.in l.si quis ad se fundū. C.ad l.Iul.de vi.& per Are.in. §.quadrupli. Insti.de actio.& cōclusum fuit, ꝙ exceptio dominij tūc obstat, quando in promptu cōstat de dominio: aliàs si requirit altiorem indaginē, reseruatur in iudicio petitorio.pro qua cōclusione allegat textus in l. si is à quo.ff. vt in possess.lega.& ita se habet cōmunis cōclusio Bart.Bal.& Ange.in d.l. fi.& Glo.in l.j.ff.eo.tit. ¶ Tertiò fuit dubitatum,vtrum dominium ex parte conuēti super bonis petitis sit taliter deductū,ꝙ nō requirat altiorem indaginē. Et ex parte cōuēti ptendit constare de dominio ex triplici capite. ¶ Primò virtute diuisionis factæ in testamēto Perechi, vbi dicitur, ꝙ facta diuisionē per mortem Ioānelli sine liberis,deueniāt hæc bona dicto Frācisco.

5 † Ad hoc fuit respōsum,ꝙ dominium nō est probatum: quia illa diuisio cōtenta in testō Perechi non est probata: quia protocollum ad probandum testamētū Perechi, nō probat ipsum testamētum nec diuisionem: vt dicit Cy.in l.cōtractus.C.de fi.instru. Et patet ex notatis in cōsti. Reg. instrorū robur. Item testamētum Perechi præsupponitur,ꝙ sit testamētum nūcupatiuum,quod probari debet per septē testes,licet per duos testes possit probari testamētum esse cōfectum solenniter cum septem testibus,secundum Bal.in l.ij. C.de bo.pos.secūdum tab. Et in processu. hoc nō est probatum. ¶ Nec etiam dictus Frācifcus probat dominium ex priuilegio Regis Ladislai cōcessum dicto Perecho: quia constat ex scripturis dictum Perechum
6 fuisse rebellē do.Regi,† Propter quā rebellionem dictum priuilegium fuit extinctum:vt dicit Bal.in proprijs terminis in tit.de pace Cōstātię, in vers. nos Romanorū.in verbo, priuilegio. Et si diceretur,quòd de rebellione nō aliter cōstat,nisi ex narratis per ipsum principem,cui non creditur,per id qđ dicitur per And.in c.j. in fin.de controuer.feudi apud pa. terminan. cum concordan. ¶ Quia ad hoc respondetur,quòd ex quo Franciscus produxit ipse tale priuilegium,ex hac sua productione a insurgit quædam tacita confessio in iudicio facta, de omnibus, quæ continentur in ipso priuilegio, iuxta notata in l. cum precibus. de lib. ca. & in l.prima. C. de confessio. & in l alia. C. de his qui. vt indi. per Bald. ¶ Item in processu non est articulatum, nec probatum aditiones hæreditatis dicti Perechi taliter, vt requirebatur de iure.
7 † Et licet ex actibus: qui non possunt fieri citra ius, & nomen hæredis præsumatur aditio, vt dicebat Bartol. in leg. gerit. cum simi-

li.ff.de acquirē. hære. hoc verum eſt, ſi allegatur, aliàs ſecus; vt dicit Alex. in ij.vol.in conſ. xciiij. in ij.col. Nec etiam dñium probauit dictus Franc. ex do. Reuerēdiſſimi dñi Gaſparis, in qua continebatur dictum fideicōmiſſum, vt poſt mortem Ioānelli ſine liberis dicta bona deueniant ad hæredē Bufali, ex quo non conſtat in proceſſu quę fuerunt bona do. Gaſparis, & ꝓ qua parte ſunt eius bona paterna, & materna, & vbi sūt. & ſic dubia probatio non releuat: vt in c.in pñſentia de proba. cū ſimili. ¶ Item quia illud inſtrumentū don nō probat do-
8 miniū, † quia quādo locator agit rei vēdicatione contra locatariū, & producit inſtrumētum locationis, illud inſtrumentum non probat dominiū: Vt dicit Cyn. & Bal.in l.ſi quis cōductionis.C.loca. Gl.in c.inter dilectos. quæ incipit. ſed hoc falſum.de fide īſtru.Bar.ī l.ſi aliena.ff. ſolu. matri. & ī l.legata.ff.de adi.leg. Et not. Glo.& Ange.in l.j. in ver. à non domino.ff. de publi. vbi ſi acquiro à te rem aliquam, non videor fateri te dominū: vt dicit Bal.in l.ad ꝓbationē. C.loc. & Spec.in titu.de loc.§. nunc aliqua. ver.lij.& ibi Bald.in viij. colū.& no. Alexan.in iiij.volumi.conſi. xij.incipiēte.viſo proceſſu. & ſic per dictum inſtrumētū donationis nō probatur dñiū ex parte Franciſci, niſi probaſſet alia adminicula: vt dicit Gl.& Ange.in l. officiū.ff. de rei vend, & dicit Ang. hoc verū niſi in donatione principis. Et tanto magis non probatę dominium p prædicta in bonis feudalibus, cōtētis in dicta donatione: vbi ē dictū fidei cōmiſſum: in quo diſponitur, ꝙ illi qui ſunt in quarto gradu, ſuccedunt in feudis: quia dictus teſtator nō potuit hoc facere ſine aſſenſu
9 regio: † quia Baro poteſt feuda vinculare, vt ſit ſucceſſio vltra gradus contētos in cōſtitutione regni: q̃ incipit, vt de ſucceſsionibus. quia ſapit ſpeciē alienationis ꝓhibitā, vt in conſtitutione Reg. cōſtitutionē diuæ memoriæ allegatā. Itē in dicta donatione bonorum paternorū & fraternorum &c. nō cōprehenduntur feuda: quia ſub generali locutione bonorū nō ueniunt feuda, per c. in generali.ſi de feu.fue. cōtro. īter domi. & agna.

¶ Eſt bene aduertendū, ꝙ Franciſcus actor, dum ſibi fiebat dubium, ꝙ non ꝓbabat de idētitate bonorū, ipſe ꝓducebat ad probandū identitatē bonorum, quandā confeſsionem factam
10 † per procuratorē Ioānelli in alio iudicio, & ad aliū effectum: ſed de eo nō fuit facta vis, per id quod voluit Cōpoſtellanus & Abbas Sic. in c. per inquiſitionē, de elec. & firmat Feli. in c. j.circa fi.vt lite nō cōteſtata. Allegabat etiam dominiū dictus Franciſcus eſſe probatum per capitula inita inter Bufalum & Ioānellum: in quibus eſt vnum capitulum, ꝙ bona epiſcopi Nicolai de Diano poſt mortē dicti Ioānelli ſine hæredibus, ꝙ exponitur in ſubſtitutione.j.ſine filijs: vt not.ff.ad Trebel.l. ex facto.§. ſi quis ita deueniāt ad Bufalum & eius hæredes. Quia ad hoc rñdet, quia in proceſſu non apparet, quæ ſunt illa bona epiſcopi Nicolai, quæ fuerunt poſſeſſa per dictum Ioannellum. Et ſic cum dominium ex parte Franciſci non fuit probatum in dicto interdicto quorum bonorum: ſed allegatum, requirit altiorem indaginem, debet reſeruari in petitorio iudicio. Et ſic fuit per omnes dominos uotatum, quòd condemnetur dictus Franciſcus ad reſtituendum poſſeſſionem bonorum, quam recipit poſt mortem dicti Ioannelli poſſeſſorem per ipſum Ioannellum tempore mortis ſuæ, vna cum fructibus dicto hoſpitali hæredi dicti Ioannelli, etiam cum expenſis à publicatione citra.

ADDITIO.

De hoc interdicto quorũ bonorũ. vide Bertrandũ parte iij.consi.ccl.nu. 2. Et de exemplo & exemplato. fideq; protocolli, vide Ancha.cõ.xlj.nu.2.& cõſ.ccxlij.nu 5.& cõſ.ccccxxxj.nu.1. Chaſſaneum conſ.xvj.num.7.Stepha. Bertrã. parte prima conſ.clxxxvj.parte ij.cõſi.xliiij.nu.4.& cõſ.cxxxj.nu.10. parte iij.nu.3.& cõſ.xxxix.nu.1.& cõſil.ccxxxij.nu.4.& conſi.cclxj.nu.1.& conſi.cccxxxj.nu.2.

a PRODVCT.producẽs ſcripturã videtur fateri contenta in ea. vide infrà,in deciſio.25.

DECISIO XV.

De beneficio reſtitutionis in integrum,petito per tertiũ poſt concluſionem & publicationem in cauſa.

SVMMARIVM.

1 Autor laudatus priuilegiatus petens beneficium poſt concluſionem in cauſa,an admittendus.
Autor laudatus quis ſit.
Autor laudatus debet audiri in terminis,quibus reperitur in cauſa.
Autor laudatus ex ſua perſona, teſtes denuò inducere an poſſit.
2 Intellectus ad l.is à quo.ff.de rei ven.
3 Tertius ex ſua perſona poteſt iudicem recuſare.
Tertius cuius intereſtveniens in cauſa duorum,an poſſit opponere exceptionem,& protelare iudicium.

VTRVM ſi autor laudatus cõparet in iudicio ad defendendum reum citatum,& poſt publicationem in cauſa, & poſt concluſionem petat beneficium,quia mulier vidua vel alia perſona,cui competit beneficium reſtitutionis in integrum. Vtrum tale beneficiũ ſit ei cõcedẽdum. Quidam dicebant ꝙ
1 †non,quia auctor laudatus eſt tertius, citatus ad cãm ad inſtantiam cõuenti, & tunc debet audiri in terminis, in quibus ẽ,qñ venit poſt lit. cõteſta. vt no.Bar.in l fi.pro luſorio.ff.de appel. vbi ex ſua perſona nõ poteſt teſtes de nuo inducere:vt in c.cũ ſuper de re iudic.Et hoc ad effectum: vt per bñficiũ retardet proceſſum inter actorem & reum principales:ſed bñ tanquam tertio competneti bñficium reſtitutionis in integrum:quia mulieri, per conſtit. Regni,obſcuritatem. vel minori, debet cõcedi ipſum bñficium, per cõſti. Regni,minorum iura. vnde expediet̃ cauſa inter reum & actorem præſtita fideiuſſione per actorẽ, ꝙ ſi autor laudatur per alium ſententiam vicerit,reſtituet executionem ei,cui ꝓmiſſa eſt euictio,iuxta l.is à quo.ff.de rei vẽdi-
2 catio. ¶Alij dicebãt, † ꝙ ex quo defenſio principaliter ꝑtinet auctori laudato,& ex ſua perſona habet bñficiũ reſtitutionis, non debet ſibi denegari id, quod de iure communi ſibi competit,cum de eius intereſſe principaliter agitur. Nõ obſtat d.l.is à quo.quia illa lex nõ loquitur,qñ tertius venit ad cauſam principaliter:ſicut eſt in venditore,qui agit cauſam ſuper dominio, cuius periculum eſt emptoris, quod
3 reuertitur ad vẽditorem. ¶Itẽ † quia ſi tertius ex ſua perſona poteſt iudicẽ recuſare:vt in c.cùm ſuper.& ibi doct. de offi.deleg. Ergo ex ſua perſona debet etiam cõcedi reſtitutio ĩ integrũ. ¶Item dicit Bar.in l.ſi quis libertatẽ. ff.de peti.hære. ꝙ licet duo litigent inter ſe,poteſt venire tertius, cuius,intereſt, & opponere exceptionem, & facere differri illud iudiciũ. Idẽ Bar. in l.Titia.ff.ſol.matri. ſecundum verã lecturam.& in l.ſi ſuſpect. in princi.ff. de inoffi.teſta.& Bald.in auth. nunc ſi hæres.C.de liti.Et dicebant cõmuni-
4 ter ſic fuiſſe practicatum, † ꝙ auctori laudato exiſtenti in minori ętate,vel ſi ſit mulier, vel miſerabilis perſona petenti beneficium reſtitutionis in integrum fuit conceſſum. Tamẽ in cau

sa d. Ant. Maruchi fuit adhibita causę cognitio, vt viderētur articuli auctricis laudatæ, si concernant eius defensionē, & si p eorū lecturā appareret, ꝙ defensio esset legitima, nō obstāte cōclusione in causa, restitueret ad faciēdum dictas defensiones, iuxta no. in c. j. & in c. auditis. de resti. in integ.

DECISIO XVI.

De euictiōibus, & secūdo credito re euincete rē hypothecatam.

SUMMARIUM.

1 Venditio facta de bonis pupillarib⁹ sine solennitate non tenet.

Emptor venditori quam denuntiationem debeat in lite mota super re vendita.

2 Creditor secundus volens a primo euincere creditore, qui emit, ad quid tenetur.

Creditor secūdus quādo possit euincere per ius offerēdi primū debitum ipsi ementi bona debitoris. 4.

3 Hypotheca extinguit per emptionē rei & acquisitionem dominij.

Obligatio semel extincta reuiuiscit, quādo reuocabiliter transfertur dominium.

5 Oblatio pretij ad quā tenetur secundus creditor pro euincenda re debitoris vendita non facta in prima instantia, an possit in causa appellationis fieri.

Iudex ex officio quādo constat sibi liquidè de exceptione non opposita, debet habere de ea rationem.

FUIT in relationibus positum, 1 †quòd quidā Ligorius tutor certorū pupillorū tam suo nomine quā nomine & pro parte eorundē, vendidit quādam terrā ipsorū pupillorum cuidam Iacobo emptori pro certo pretio, & tradidit. Isti pupilli agunt contra dictum emptorem, ex eo quia venditio nō valuit tanquam facta sine solēnitatibus, fertur sentētia in fauorē pupillorum, & sic recuperāt ipsam terram, & ipsis tenētibus terrā prædictā, eam vendunt præfato Iacobo pro certo ptio inter eos cōuento, & eis tradito & soluto, & sic Iacobus ipse bis emit dictam terrā: iste emptor agit pro euictione virtute hypothecæ super quādam domo quæ fuit ipsius Ligorij, quæ peruenit ad tertiū possessorē, tanquam sibi obligata pro euictione, virtute primi instrumēti emptionis factæ à Ligorio, cui facta fuit denuntiatio, in illo iudicio in forma, iuxta L. emptor. & ibi per Bar. C. de euict. Ille tertius possessor domus qui vocatur Hieremias, dicit se defendēdo, ꝙ patet Ligorij per publicum instrm̄ erat suus debitor in vncijs tribus: & dicunt testes, quòd istud debitum fuit excomputatum in pretio dictæ domus; quā vēdidit. Ligorius prædictus filius & hæres Loisij dicto Hieremię, & dictus Hieremias vendidit posteà alteri dictam domum, & hic vltimus possessor conuenitur. 2 † Dicit Hieremias auctor laudatus, ꝙ ipse est anterior creditor pro illis tribus vncijs, & si secundus creditor Ligorij pro causa euictionis vult euincere à primo creditore, qui emit, debet soluere debitū, & sic offerre dictas tres vncias: aliàs nō posset euincere, per tex. in l. j. C. si anti. credi. ubi dicit, ꝙ si primus creditor authoritate legis vel pacti vendit bona debitoris, securus est ipse emptor, vt non possit cōueniri à secundo creditore offerēte primū debitum. Sed si debitor dederit in solutū, vel vēdiderit primo creditori, & ipse creditor alteri vendiderit, tunc secundus creditor potest euincere, per ius offerendi primum debitum ipsi emptori. ¶ Et per magnam curiam Vicariæ fuit iudicatum pro Iacobo, scilicet assistentiam esse præstandam in domo dicti Hieremiæ pro dicta euictione, nulla facta mentione de

ipsis tribus vncijs, pro quibus erant ꝑ prius obligata dicta bona dicti Ligo- rij. Et ideo per dictum Hieremiam ē
3 appellatum ad sacrum Consiliū. † Re plicabat Iacobus appellatus, ꝙ illa hy potheca vnciarum trium dicti Hieremiæ, eo ipso quòd emit domum hypo thecatam fuit extincta, per l. neque pi gnus. ff. de reg. iur. Itē quia solutione eius, ꝙ debetur, oīs obligatio tollitur vt. Inst. quib. mo. tolli. oblig. §. j. ¶ Ad hoc respondebatur, ꝙ hoc est verum, donec dñiū, nō est euictū: sed postquā ē euictum, reuiuiscit obligatio, & hypotheca, ꝑ tex. in l. ex sextāte. §. Latinus Largus. ff. de exceptio. rei iudic. ¶ Quæritur mō quid iuris, vtrū secundus creditor admittat ad hoc ius offerendi prædictarū vnciarū triū, & possit excludere primū creditorē, cui fuit vendita dicta domus, & in pretio fuerunt excomputatæ dictæ tres vnciæ.
4 Omnibus dominis fuit visum, † ꝙ ex quo Hieremias creditor in vncijs tribus non vendidit domum iure creditoris illi tertio possessori, prout erat in primo casu d. l. j. C. si antiqui. credi to. quo casu fuisset securus: quia non posset euinci à secundo creditore per ius offerēdi: sed Hieremias ipse prim⁹ creditor emit domum à debitore: & ipse emptor postea alteri vēdidit: certè secundus creditor hēt ius offerendi, per tex. in d. l. j. ij. respō. Nec obst. ꝙ extinguitur pignus vel hypotheca per acquisitionem dominij, ꝑ d. §. Latinus. & per l. libera quædam Theodo ra. C. de sen. & interlo. om. iudi. & l. si quis aliam. ff. de sol. quia illud verum, qñ dominiū irreuocabiliter fuit quæsitum. Secus si reuocabiliter, per d. §. Latinus. cum simi. Et propterea fuit conclusum, ꝙ dictus Iacobus qui emit à dictis pupillis, & est secūdus creditor, si vult euincere à primo creditore, qui emit à Ligorio domum, & excomputauit debitum vnciarum trium, debet admitti ad offerēdū ipsas tres vncias,
5 & euincere domū. † Et quia talis oblatio non fuit facta in prima instantia, potest fieri nunc in cā appellationis, per regulam, non posita pœnā &c. de qua in l. per hanc. C. de tēp. appel. Itē quia exceptio nō opposita, si liquidè cōstat ex eadē scriptura, iudex ex officio de ea hēt rōnē: vt in l. cū qui ita §. q. ita. p. Bar. ff. de verb. ob. Et sic pariter fuit votatū per magnā curiā Vicariæ, & per sacrum Consiliū: hoc addito: ꝙ secundus creditor admittatur ad offerendum dictas tres vncias, debitas primo creditori, si vult euincere ab ipso, & sic postea fuit sententiatum.

DECISIO XVII.

De permutatione rerum spirituálium cum temporalibus.

SVMMARIVM.

1 Spirituale cum temporali etiam fauore principis an possit permutari, & an pro alio princeps facere possit sub sui priuilegij velamine.

Bona ad vsum pauperum deputata, non possunt commutari cum bonis in beneficium concessis.

2 Princeps quando possit cum ecclesia permutare etiam ipsa reclamante.

Permutatio inter ecclesiam & priuatum fieri nequit, nisi in casu necessitatis & euidentis ecclesiæ vtilitatis.

Permutatio cū hospitali non potest fieri inuitis eius magistris.

3 Permutare spiritualem rem cum tēporali non licet.

Vtilitas communis non debet in priuatam bursam conuerti.

4 Ecclesia cathedralis licet sit sine populo, non desinit esse cathedralis per vnionem cum hospitali.

Episcopatū extinguere sine magna causa non licet summo Pontifici.

5 Regi non licet venire contra factum defuncti.

Res stabilis Ecclesiæ donata cū pro-

hibitione alienationis, non potest alienari ex necessitate vel utilitate, si ecclesia habet alia bona.

6 Tempus de iure est in consideratione. Fructus in diuersis locis positi, maiori recolliguntur impensa.

REGIA Curia affectabat, quod magistri hospitalis sanctæ Mariæ annuntiatæ permutarent ciuitatẽ Lesenæ cum episcopatu Canæ, & pro certis censualibus & introitibus, existentibus in dicta ciuitate Lesenæ pro danda ipsa ciuitate nepoti, domini Marini Francacij ex sorore sua, vxore quondam Antonij de Accia. ¶ Quæsiuit à domino Antonio de Alexandro, & à me modũ & ordinẽ, vt fieret dicta permutatio. Nos dedimus votũ nostrum Regi, quod talis permutatio non debet fieri, nec propterea est facienda per nouem media. ¶ Et primum, †quia bona dicti hospitalis sanctæ Mariæ sunt deputata ad vsum pauperum, & nõ possunt permutari cum illis bonis, quæ in beneficium sunt concessa, prout est dictus episcopatus gl. est not. in Cle. j. de rerum permutatio. ¶ Secundò, quia licet princeps possit permutare cum ecclesia ex iusta vel rationabili causa, puta quia habet prædium suum vicinum prædio ecclesiæ, & tunc in permutatione sufficit quòd ecclesia non sit in dãno: vt in cap. j. de rerum permutatio. Et hoc procedit etiam; si ecclesia nõ vult consentire: quia poterit per superiorem compelli, vt in cap. quæsitum. eod. tit. & voluit Abb. sicu. in dicto

2 cap. j. † Et ista procedunt, quãdo princeps uult permutare: ut res permutata remaneat sibi. Secus si pro alijs vult permutare, prout erat in casu isto: tũc non valet permutatio, vt in authentico, vt decætero non fiant commutationes. Et tunc si fiat permutatio inter ecclesiam & priuatum non potest aliter fieri, nisi in euidentem vtilitatẽ ecclesiæ, vel ob necessitatẽ: ut in d. c. quæsitum. & ibi Abb. & in c. nisi cum pridẽ. de renuntia. vij. quæstio. j. capi. scias. & cap. episcopus. not. Archid. in cap. j. de rerum permutatione lib. vj. Sed in ista desiderata permutatione nõ concurrit, nec euidens vtilitas dicti hospitalis, nec necessitas, vt est notorium: ergo minimè Papa consentire t. ¶ Tertiò quia magistri dicti hospitalis expresse dixerunt, quòd nolunt consentire, & eis inuitis fieri non potest, ut patet in d. c. quæsitum. per Abba. & per Fed. de Senis in tracta de rerũ permuta. xxv. qõ. & sentit gl. in d. Clemẽ.

3 prima. de rerũ permu. ¶ †Quartò, quia fieret permutatio de re spirituali cum temporali, quia daretur feudum pro episcopatu, quod non licet. c. fina. de rerũ permuta. ¶ Quintò, quia in tali permutatione concurrit Simonia: quia datur ciuitas pro episcopatu: ut in d. c. fin. & de pac. cũ pridem. j. q. ij. c. quam pia, & not. in c. super hoc. de renun. unde vtilitas cõmunis, quæ debet ĩspici in permutatione, redacta fuit ad priuatam bursam contra iura, ut in cap. irrefragabili. §. inter. de offic. ordina. secundum Oldra. in consil. cclxij. incipien. in quæstione &c. ¶ Sextò, quia oporteret episcopatum Canæ, autoritate Apostolica vniri cum dicto hospitali, & non propterea desinit illa †ecclesia esse cathe-

4 dralis, licet sit sine populo: vt in ca. j. per Innocen, ne sede uacante. & not. Andr. de Iser, in c. j. in additio. magna. de capi. Corra. Et sic oporteret, quod in ista permutatione summus Pontifex extingueret illum episcopatum, & licet Papa posset facere, tamen non conuenit sine magna causa: ut dicit ibi Andre. & patet in capitu. sicut unire, de excess. præla. & not. glo. ix. q. iij. per principalem. & hic nulla est sufficiens causa ad hoc. ergo, ut ualeat vnio, requiritur, quòd fiat ob euidentem utilitatem vel necessitatem, secundum Andr. ibi, & Oldra. in d. consil. cclxj. &

patet in c. exposuisti. de pbēn. et in c.dudum. de rebus eccle. non alie.in vj. et hic nulla istarum concurrit.

5 ¶ †Septimò non licet dño Regi uenire contra factū defuncti.per l.cùm à matre.C.de rei vend.cum concor. Nam Regina Ioanna secūda reliquit dictā ciuitatem Lesenæ dicto hospitali:cum clausula,ꝙ nunꝗ possit alienari:cui Reginæ successit Rex Alphōsus eius filius adoptatus autoritate sedis Apostolicæ,et post eius mortē in Regno patrio successit Rex Ferdinandus eius filius cum autoritate et fauore Apostolicæ sedis:ita ꝙ in eius persona feudū huius Regni est hæreditarium,meritò in hoc nō conuenit uenire contra factum defuncti.

¶Octauò,quia qñ res stabilis donatẽ ecclesiæ cū ꝓhibitione, ꝙ nō possit alienari,si hēt alia bona,illa non pñt alienari etiam ob euidētē utilitatem uel necessitatem, ut est Gl.in c.uerū. de condi.appo.Sed ista ciuitas sic ꝑuenit ad dictū hospitale,et notorium est,ꝙ dictū hospitale hēt alia bona.

6 igit etc.¶†Nonò et ultimò si ista ꝑmutatio fieret,esset multū dānosa dicto hospitali,qa inspectovalore pñtis status,ꝙ tps est de iure in consideratione, ut dicit Archid.xij.q.ij.c.fine exceptione.et not. in c.ad nostrā. de empt. et uendi.et in c. peruenit. de arb.not.Doc.in l.ij.C.de rescin.uen. dicta ciuitas ualet plusquā dictæ res, quæ affectantur dari in excambium. Et tantò magis,quia fructus dictarū rerū sunt in diuersis locis,et sic cum maiori impensa recolligunť.Istis rationibus intellectis decretum fuit ꝑ totum Consilium Regium, ꝙ dicta permutatio nullo modo fiat, nec amplius de ea loquatuř.

DECISIO XVIII.

De pęna mendacis dicētis alieno nomine se possidere.

SVMMARIVM.

1 Intellectus ad l.fin.ff. de rei uendicatione.

Reus in iudicio conuentus dicens alieno se possidere nomine, & contrarium apparet per instrumentum, an in pœnam mēdacij possessionem rei perdere debeat.

2 Sententia quandoq; retractatur propter nouiter deducta in causa reclamationis.

Intellectus ad l. si quis inficiatus.ff. depositi.

FVIT Dubitatum in sacro Re- 1 gio consilio†vtrū lex si.ff.de rei vēd. habeat locum, si reus conuentus in iudicio, dicat se alieno noīe tenere & possidere.Et postea reperiatur per publicū instrm,ꝙ rem illam quam dixiẽ alieno nomine possidere, possidebat tunc temporis nomine suo proprio. ¶Fuit conclusum,ꝙdictus reus in pœnam mendacij debeat perdere possessionem rei,de qua fuit conuentus per id quod in proprijs terminis cōsuluiť Ludouicus Romanus,in cōsilio lxx. incipiēte,uisis themate & quæstione, ubi plenè in secunda col.examinat dictam l.fi.& authē.item si possessor.C. qui potiores in pignor. hypothecaue habeantur.& allegat ad hoc Specu.in titu.de primo & secundo decreto.§. restat.uersi.quid si nominans.& Bar. & Bald.in l. secunda. C. ubi in rem actio. & Bald. in d.l.fin. & duas rationes, ut ibi latius per eum. Et sic fuit reuocata quædam sententia sacri Consilij: qua declarauit conuentos non debere perdere possessionem uirtute d.l.fin.quia in illa instantia non erat probatum, quòd possidisset nomine suo, sed in causa reclamationis fuit ꝓductū instrm emptionis factę à Zachanino noīe suo: & confessio pñs conuenti,qui dicebat quòd cōuentus

2 eius fili⁹ possedit noīe suo.†Et sic ex nouiter deductis fuit uotatū, ꝙ pos-

fessio propter dictum mendaciũ conuictum per publicum instrumentum emptionis transferatur in actoré, salno iure proprietatis cum restitutione expensarum à tempore productionis dicti instrumenti, iuxta nota. in l. si quis inficiatus. ff. depositi.

DECISIO. XIX.

De restitucione spoliatorum, & exceptione spoliationis, vt supersedeatur in causa intentata.

SVMMARIVM.

1 Exceptio contrarij spolij de rebus mobilib⁹, an admittatr contra agẽtem de spolio rei ĩmobilis. num. 3.
Dispositio c. frequẽs. de restit. spoliato. in vj. an habeat locũ in qõne 2 feudali, vbi exceptio spoliationis est de rebus mobilibus.
3 Feuda à publico processerunt.
4 Exceptio de re priuata nõ admittitur cõtra agẽtẽ spolio pro re ecclesię
Ecclesiæ res sunt publici iuris.
Compensatio de publico ad priuatum non fit.
Priuilegiũ opponendi exceptionẽ spolij, est restringendum.
5 Casus in quibus exceptio spoliationis, vt supersedeatur in causa non habeat locum, remissiuẽ.
Intellectus ad c. frequens. de restitutio. spolia. in vj.
Intellectus ad l. si te bonis. C. de iure deliberandi.
Expulsus de ciuitate, & spoliatus bonis nõ habet exceptionem spoliatiõis aduersus suos creditores.
7 Colonus expulsi spoliatus à cõmuni, nõ liberatur à domino suo.
Exceptio spoliatiõis solũ repellit illum, qui tenet interdicto vnde vi.

1 QVIDAM Baro agit † petitorio & possessorio super quodã castro quaternato cũ ptãte suspẽdẽdi &c. Contra quẽdã nobilẽ, qui nõ spoliauit, sed vitio spolij nõ purgato puenit castrũ ad ipm cõuẽtũ. Iste reus opponit cõtra agẽtẽ, q ipse Baro actor spoliauit ipm cõuentũ nõnullis bonis mobilibus, cõcludẽs in sua exceptiõe, q propterea nõ põt pcedi in dicta cã petitorij & possessorij: sed debet dari terminus quindecim dierũ, ad probandũ dictã exceptionẽ spoliationis & interim debet supersederi in iudicio intẽtato per actorẽ, per text. in c. frequẽs. de restitu. spoliato. in vj. ¶ Dicebatur in cõtrariũ, quòd dispositio d. cap. frequens. nõ habet locũ, quã in quæstio est de feudo, & exceptio spoliationis est de rebus mobilibus. Item quia dicta dispositio d. c. procedit de iure canonico, & nõ de iure ciuili. Queritur, quid iuris. ¶ † Ad primũ post longam discussionẽ fuit conclusum, quòd ex quo feuda processerunt à publico: vt in. §. optimũ. in authẽtico, de exhibẽ. & introd. re. Et sæpius hoc dicit Ang. in vsi. feu. Si agitur pro feudo quaternato, & reus opponat exceptionẽ spolij de bonis mobilibus, pro quibus cõpeteret, vel actio furti, vel vi bonorũ raptorum. Quòd isto casu nõ cõpetit dicta exceptio: licet si non essemus in feudis, talis exceptio deberet admitti: vt dicit Ioannes Andreæ, & Petrus de Ancharano, in d. c. frequens. & Abbas Siculus in ca. ij. de ordi. cognitio. 3 dantes pro regula, † quòd exceptio spoliationis opposita tunc est admittenda cum dicto priuilegio, qñ cõpeteret excipienti interdictum vnde vi, vel vi bon. rap. vel vis expulsiua, vel ablatiua. Et ratio differẽtiæ inter feuda & alia bona feudalia in hoc casu est: quia istæ res mobiles, de quib⁹ opponitur exceptio spoliationis contra agentem ad feudũ quaternatum non processerunt à publico sicut feudum, sed sunt res priuatæ. Et ideo non admittitur ista exceptio spoliatiõis pro rebus mobilibus cõtra agentẽ ad feudũ. & pro hoc allegat id quod volũt

Ioã. Mona. & Petrus de Ancharano in d.c.frequens. circa fin. vbi concludunt,† quòd agenti super rebus ecclesiæ non obstat exceptio spolij rerum priuatarum:quia res ecclesiæ sunt publici iuris: & de publico ad priuatum non fit compensatio, sicut de vna statione ad aliam: vt in l.j.&.iij.C.de cõpen. secundùm Io. Mona. vbi suprà. & sentit etiam do.Abb.in d.c.ij.secũdum vnã solutionem de ordi. cogni. Et pro hoc facit,quia priuilegium opponendi istã exceptionem spolij, est restringendũ, & nõ ampliandũ:vt dicit Pet.de Ancha.in d.c.frequens.circa fi. & Abb. in d.c.ij.in.iij.col.& sic non debet extendi ad feudum, quod à publico processit. Et ita fuit visum omnibus dominis de consilio. Et ista limitatio est satis notanda, quia non reperitur tacta per aliquem. ¶ Alios autem casus, in quibus non habet locum exceptio spoliationis ad effectũ, vt supersedeatur in actione intentata, ponit d.Abb.in d.ca.ij.de or.cog.

5 ¶ Est † & alius casus, quem tangit Cy. in l.si maritus.C.de dona. inter vir.& vxo.videlicet si intentetur iudicium vi. bon. rapto. vel condictio.l.si quis in tantam.nõ habet hoc priuilegium: secus si intentetur interdictum vnde vi. & causa esset merè possessionis, tunc est priuilegiata. Et licet Cyn.nõ dicat de exceptione spoliationis, tamen idem dicendum est in exceptione spoliationis. ¶ Ad secundam exceptionem dictum fuit, quòd c.frequẽs. non procedit in foro ciuili: allegabatur Bar.& Bal.& Ang.in l.si te bonis. C.de iu. delib. vbi dicit Bart. opponendo de d.c.frequens. Sol. Aliud de iure ciuili. Aliud de iure canonico. Et Angel.dicit ibi ista verba formalia. Iste tex. videtur de directo contradicere dispositioni d.c.frequens. Sol. secundùm Bar. Illud de iure canonico: istud de iure ciuili. Sed per omnes dominos fuit conclusum, quòd d.l.si de bonis.non est contra d.c.frequens. quia

6 d.c.frequens. † habet locum quando quis conuenitur ab illo, qui eum spoliauit:tunc exceptio spoliationis impedit prosecutionẽ iudicij intentati. Secus si spoliatus conueniatur,& opponat exceptionem spolij facti à tertio,& nõ ab agẽte, tunc nõ potest opponere exceptionẽ spoliationis,vt supersedeatur in iudicio intẽtato:& ita procedat d.l.si te bonis. Et propterea Bal. ibi bene dicebat, quòd expulsus de ciuitate de facto,& spoliatus omnibus bonis,nõ habet exceptionem spoliationis cõtra creditores suos:quia sunt

7 spoliati à tertio. † Et subdit, quòd si coloni expulsorum sunt spoliati à cõmuni, & sunt coacti portare bladum & pecuniã,non sunt per istam spoliationem liberati à domino eorum. allegat Specu.in titu.de restitutio.spolia.§.nunc dicamus.ver. porrò, & firmant omnes scribentes in dicto c.frequens.& Abbas in dicto cap.ij.de ordi.cognit.vbi etiam dicit,quòd exceptio spoliatiõis solum repellit illum, qui tenetur interdicto vnde vi. Secus si tenetur alijs remedijs possessorijs. Et dicit Alexan. & Iason. in dicta l.si te bonis. quòd in hoc errauerunt Bartol. & Angel. & idem tenet Matthæ. de Mathesila.in suo no.clxxxv. Et ita pariter fuit conclusum. Et prædicta vera sunt, si agatur ciuiliter, & opponatur de spoliatione. Sed si criminaliter agatur, tunc potest opponi exceptio spoliationis omnium bonorum vel maioris partis: siue sit facta ab agẽte, siue à tertio: vt dicit Ioan. Andr. Pet. de Ancharano in d.ca.frequens. in tertio notabili.

DECISIO XX.

De emptione,& uenditione, & duplici interesse, lucri cessantis, et pretii non soluti.



1 Emptor rei pretium non soluens, an teneatur ad duplex interesse, pretij non soluti,& lucri cessantis.

2 Interesse lucri cessantis à quo, & qñ licitè peti possit, & quid in articulis illius deducendum ueniat.

3 Debitor pauper nõ tenetur ad interesse lucri cessantis secundum Theologos.

4 Interesse pretij non soluti debet tam de iure ciuili, q̃ de iure canonico. Fructus rei emptæ percipere sine solutione est contra bonam fidem.

5 Emptor pretio rei emptæ non soluto quãdo faciat fructus suos, nec teneatur ad interesse pretij non soluti.

1 QVIDAM nobis † vendidit nonnulla bona stabilia cuidã rustico certo pretio inter eos côuento, soluẽdo ad tempus certum,& tradidit, demũ emptor fuit in mora soluendi pretiũ, venditor petit interesse pretij non soluti à tpe moræ, quia emptor habuit rem,& pretium & fructus rei:& petebatur à uenditore: duplex interesse.s. lucri cessantis, & interesse saltem pretij nõ soluti respectu fructuum ipsius rei uenditæ. Emptor dicebat, ad nullũ interesse teneri, quia interesse quòd petebatur velatè, petebat sub nomine interesse, cum in veritate erat usura, q̃ omni iure est ꝓhibita. Quæritur quid iuris. ¶ Fuit conclusum in consi. quòd istud interesse lucri cessantis petitum per dictũ venditorẽ, non debetur per dictum rusticum: quia licet, secundum iuris dispositionem licitè possit peti interesse lucri cessantis ab eo, qui solitus est pecuniam suam ponere ad iustũ lucrum & mercantias: ut dicit Bar. in l.j.C.de sent. q̃ pro eo quòd inter. & Cano. in c.salubriter de vsu. & Ioã.
2 de Ana. in c.conquestus.eo.tit. † tamẽ hoc verum est, qñ certum est, quòd ille nobilis fuisset lucratus, si pecuniam habuisset, vt quia ꝓbaretur, quòd habuit præ manibus talẽ mercãtiam, de qua fuisset lucratus, & quia pecuniam non habuit, nõ potuit emere. uel alio modo potest constare, ꝙ si habuisset illam pecuniã certitudinaliter fuisset lucratus, qđ non erat probatum in dicto processu, sed solùm probabatur, quòd dictus nobilis Lucas Antonius vulcanus consuetus erat lucrari ex mercantijs: non sequit̃ ergo si habuisset dictã pecuniã, fuisset lucratus: quia possibile est, quòd nõ fuisset lucratus, ex quo multa potuerunt euenire, quòd nõ lucratur ex mercãtia: hoc expresse dicit Paul. de cast. in l. non vtiq;.§.nũc de offi.ff.de eo quòd cer.lo. allegat bonũ tex. in l.quemadmodũ.§.si nauis. in fi. ff.ad leg.aquil.& de acqui.re. do l.naturalẽ.§.j.in fi. ¶ Hanc eandẽ cõclusionẽ sentit Bar. in d.l.j.C.de sent. q̃ pro eo, quòd inter. dum dicit: Et apparet quasi pro certo, qđ ex ea lucratus fuis-
3 set &c. ¶ † Et ego hanc sñiam confirmabam alio medio: nam iste emptor erat rusticus & pauper.& per impotẽtiã non soluit pretiũ conuentũ:& uolunt Theologi, quòd qñ quis per impotentiã non soluit debitum, non põt conueniri pro interesse lucri cessantis: ita firmat beatus Antoninus archiepiscopus Florentinus in secunda parte suæ summæ, in tit. de auaritia, ch. xxix. versic quid de pœna apposita. ¶ Circa scdm interesse ratione pretij non soluti habito respectu ad fructus rei em-
4 ptæ, fuit per omnes conclusum, † ꝙ istud interesse debeatur tã de iure ciuili, q̃ de iure canonico, ꝑ text. in l.curabit. C.de actio.emp. tenẽt Cano. maxime Ioã. de Ana. in c. conquestus. de usuris: quia contra bonã fidẽ est, quòd emptor percipiat fructus absque solutione pretij rei emptæ: vt in l.bona fides.ff.de act.empt. secundũ Bal. in l.fi. in fi.de iur.do.& no.gl. in l.socius qui in eo.ff. ꝓ soc.& firmat Alex. in.j.vol. cons.xcvj.in fi.& in iiij.vol. cõs.cxxj.

5 in.j.colũ.bene tñ uerum est,† ꝙ si facta traditione rei venditæ & non solu to pretio post tempus cõuentũ,& im mineret euictio, & emptor non soluit pretium,& venditor non obtulit fide iussorem de euictione,tunc emptor facit fructus suos,& nõ habet locum intereſſe ptij nõ ſoluti reſpectu fructuũ Ita notanter limitat d.l. curabit. Bal. in l.j.C.de bo.mater. q̃ limitatio non habet locum in casu nostro:quia nulla lis mota fuit dicto rustico , nec imminebat euictio,ideo fuit condemnatus dictus emptor ad dictam intereſſe respectu fructuum ipsorum bonorũ venditorum liquidandorum tempore executionis sententiæ.

ADDITIO.

Emptor pretio nõ soluto, an teneatur ad vsuras & intereſſe , etiã de iure Pontificio.tractat egregiè do. Steph. Bertrandi parte iij.conſi.cix.Et an ad minus pro ea parte, pro qua soluit lucretur fructus, & acquisierit dominiũ consuluit idem Bertran.parte j.conſ. cccxviij.nu.7.Et qui si post emptionẽ res reuertatur,an fructus sint ita lucrati,vt nihil extra sortẽ recepiſſe videaẽ emptor,decidit Ancha.cõſi.xix.nu.2.

DECISIO XXI.

De falsificatoribus reſcriptorum & ſigillorũ,& de pęna illorum.

POENA falsificantis lras regias vel ei[9] sigillũ & manũ , an sit capitalis. nu.7.

SVMMARIVM.

1 Falsificare literas regis,maius est delictum, quam vti falsis literis Regis.

2 Falsificans bullam papalem degradatur:qui vero falsa bulla vtitur,priuatur officio & beneficio.3. 6.

Falso reſcripto vtens,potest sine pœna pœnitere,secus in falsario.

Falsarij ipso iure sunt priuati.

3 Instrumento falso vtens non tãtum punitur, quantum vtens falso principis reſcriptio.

4 Glossæ opinio non contemnẽda, vbi doctores communiter non concludunt contra eam.

Reſcripta Imperialia quo encausto scribenda sint.

5 Extensio ex maioritate rationis in ex orbitantibus non fit.

Statutum pœnale nõ extenditur ad alium casum.

Literæ pœnales nouem modis falsificantur.

6 Omissio scribẽdi solẽnitates in testamento exigens pęnam falsi non extenditur ad alios actus.

7 Extẽsio de casu ad casũ ñ fit ĩ pęnis.

Falsum est,ꝙ à uero deuiat.

Mutare satis dicitur,qui à vero deficit,& quid sit mutare.

Mediũ nõ pt dari ĩter verũ & falsũ.

8 Pęna mortis in crimine falsi quibus irrogetur,& quibus non.

9 Cõstitutionis verbis nõ cõuenientibus , nec cõuenire videẽ eius dispõ.

Robur lrarũ Regis cõsistit in sigillo

10 Conatus in atrocibus pio cõsummato non habetur crimine, quando pęna est statutaria.

Statutũ non extẽdiẽ ad casum fictũ.

11 Vulneraſſe an sufficiat aĩo occidendi nõ occisum,vt pęna sequaẽ capitalis

Forma cuiuscunque rei ex consummatione est.

Scriptura facta imperfecta nemini est nociua.nu.12.

Falsum tribus modis sumitur.

12 Notarius faciens instrumentum nullum alio respectu quàm falsitatis nõ potest de falso puniri.

Statutum correctorium iuris communis non extendendum.

13 Casus omissus à statuto , reuertitur ad dispositionem iuris communis.

Statutum faciens mẽtionem de scriptura,intelligitur de valida tantum.

14 Exceptio nullitatis instrĩ an possit opponi statuto exceptionẽ falsitatis contra instrumentũ tantũ admittẽre.

DVBITABATVR apud Regiam Maiestatem, † q̃ pœna secundũ iuris dispositionem veniret imponenda ei, qui scribit literas sub nomine Regis, & cõtrafacit eius signaturam, & etiam contrafacit alias manus [a], q̃ de stylo ponuntur in Regijs literis versis, & vadit ad sigillatorem, vt illas sigillet vero sigillo, sed sigillator ipsas non sigillauit: eo quia habuit ipsas suspectas de falso. ¶ Prima facie videbatur posse dici, prout dixerunt duo Regij Auditores, ꝙ in isto Regno est cõstitutio Imperatoris Regis Federici, quæ dicit: ꝙ qui literas Regis mutat, aut notho sigillo signat, capitali sñia feriatur. dicit ibi And. de Iser. punitur capite, qui falsificauit literas & sigillũ Regis. C. de diuer. rescrip. l. sacri affatus. C. de fal. l. maiorem. Sed infrà dicam qũo hæc intelligantur. ¶ Et pro ista parte facit: quia maius delictum ẽ facere falsas literas Regis, q̃ uti falsis literis Regis, quod comprehenditur

2 ex impositione pœnæ. † Nam de iure canonico qui falsificat bullam Papalem, est pœna degradationis. Si verò solummodò vtatur falsa bulla, nõ est pœna degradationis, sed pœna priuationis beneficiorum & officiorum, vt in c. ad falsariorum. versi. qui verò. de cri. falsi. Item comprehenditur ex pœnitentia permissa. Nam qui vtitur falso rescripto, põt pœnitere in xx. dies: vt dicit Host. in sum. eo. tit. Sed qui fecit rescriptum falsum, fallarius nõ ꝑt pœnitere sine pœna: vt in c. dura. de cri. fal. ¶ Itẽ falsarij sunt ipso iure priuati, non sic vtentes: ut dicit idẽ Hos. & Io. de Ana. in d. c. ad falsariorũ. hoc firmat Cy. in l. ij. C. de fide instr. & pa-

3 tet in l. falsi. §. ordine. ff. de falsis. † inquantum volunt, ꝙ grauiori pœna puniatur, qui falsificat q̃ qui vtatur: & sed clarũ est, ꝙ maior pena imponitur ei, qui vtitur falso rescripto principis, q̃ ei qui vtitur falso instrumento, vt patet in præallegata l. maiorem. Et quæ sit ista maior pena, dicit gl. in l. vbi. C. ad legem Cor. de fal. ꝙ imponitur pœna mortis ei, qui vtitur falso rescripto sed ei qui vtitur falso instrõ imponit pœna publicationis bonorũ cũ deportatione: vt in l. j. §. fi. ff. ad leg. Cor. de fal. tamen Ang. in d. l. maiorẽ. hoc nõ tenet. sed dicit, quòd illa maioritas, de qua in l. maiorem. consistit in inuestigando, & non in puniẽdo. Et sic vult, ꝙ in vtroque casu. i. tam in vtentẽ falso instrumento, quam in vtentẽ falso Imperiali rescripto, sit pœna publicationis & deportationis. & licet Salic. in d. l. maiorem. teneat illam gl. in d. l. vbi. & Io. de Ana. in d. c. ad falsariorũ. in viij. colũ. & referat Salic. & nihil di-

4 cit vltra circa hoc, † & ab opinione gl. non sit recedendum, vbi docto. cõmuniter non concludunt contra eam: vt dicit Iac. Butr. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Tamen negari non põt, quòd gl. & Salyc. loquuntur de pœna imponenda vtenti falso rescripto, & nihil dicunt de fabricante vel faciente falsum rescriptũ, quæ sit pœna falsificantis rescriptũ, nõ habemus expressum, quòd sit pœna mortis naturalis in aliqua lege, vel in aliqua gl. nec lex, sacri affatus. dicit, quòd falsificãs literas regis, sit pœna mortis naturalis. Sed tantùm dicit, quòd rescripta Imperialia non debent scribi de communi encausto, sed de encausto ex ardore cocti muricis & triti conchylij & musti: & debet surgere, purpureo colore. Et isto encausto vtitur solus Imperator, & nõ alij. Et si alius vteretur, imponitur ei pœna capitalis cum publicatione bonorum: & sic dicta lex nõ dicit id, ad qđ ipsam allegat And. ¶ Sed posset attentari per rõnem, quòd si vtẽti falso rescripto imponitur pœna mortis, maiori rõne imponet pœna mor-

5 tis faciẽti falsum rescriptũ. ¶ † Sed ista cõclusio ex maioritate rõnis nõ valet:

quia cõstitutio Regni exorbitãs à iu-
re,cõmuni,non extenditur ad casum,
vbi est maior rõ,vt notatur in l.si ve-
rò.§.de viro.ff.solu.matr. & in l.si.C.
de inter.ma.c.ij de regula.lib.vj.nota
tur in auth.quas actiones.C.de sacro-
san.eccle & in l.præcipimus.C.de ap-
pellatiõ. ¶ Item quia statutũ loquens
in materia pœnali non debet extendi
ad aliũ casum:vt dicit Io.And. in mer
cu.in regula odia. in sexto. & Cyn. in
l.ij.C.quæ sit longa cõsuetudo.¶ Ter-
tiò pro ista parte posset allegari gl. in
c.licet.de cri.fal.q vult, ꝙ quicunque
falsauerit literas domini Papæ altero
ex nouem modis ibi expressis,vel illis
scienter vsus fuerit,est excommunica
tus,& debet tradi curiæ seculari cõui-
ctus & degradatus, vt in d.c.ad falsa-
riorum.Sed in text.in d.c.licet dicat,
eos et à crimine falsitatis non reputa-
mus immunes,qui accedentes ad bul-
lam falsas literas cautè proijciunt, vt
de vera bulla cum alijs sigillentur: &
sic fuit in casu de quo quæritur: quia
falsa litera fuit data sigillatori, vt ipsã
6 sigillaret. † ergo venit pœna mortis
imponenda,postquam de iure canoni
co venit pœna degradationis,videtur
innuere Inno. in c.qualiter & quãdo.
de accusa.& Abbas Sicu. in c.at si cle-
rici.in iiij.char.de iud.Sed ista decisio
non meretur allegari ad hoc, quia tex
tus in dicto c.ad falsariorum.loquitur
in casu speciali.s. in falsificante literas
papales:vt dicunt ibi doct.& Abbas in
d.c.at si clerici.& dicit.Io.de Imol. in
l.quoties. in prin.ff.de hæredib. insti-
tuen.ꝙ licet notarius omittens solẽni
tates de iure requisitas in testã, pos-
sit puniri de falso:hoc non hẽt locum
in alio actu vel contractu:quia non re-
peritur expressum nisi casu l.nulli.C.
de nume.actua. & chartu.lib.12.Et in
pœnis minor debet fieri interpretatio
vt in l.præses.C.de pœn.& regula, in
7 pœnis.lib.sexto. † & sic in pœnis non

sit extensio de casu ad casum.¶ Quar-
to pro ista parte allegabatur, ꝙ nega-
ri non potest,quin iste commiserit fal
sum:quia literę deuiant à vero:vt in l.
j.ff.de regu. Cato. & l.si post diuisio-
nẽ.C.de iuris & facti ignoran.l.si quis
legatum.in princ.ff.de fal.& constitu-
tio Regni dicit, qui mutat literas Re-
gis,satis dicit mutare id, quod à vero
deficit, largo sumpto vocabulo : quia
inter verum & falsum nõ est dare me
dium, vt patet in d.l.si quis legatũ. &
xxij.quæstio.ij.c.cùm humilitatis. in
fi.Sed istud motiuum nõ valet vnum
obolum: quia mutare est de aliquo in
aliquod facere: vt in l quale.§ si pluri
bus.ff.de arbi.& hic nõn mutauit lite-
ras Regis,sed solùm scripsit,& voluit,
quòd sigillarentur per sigillatorẽ Re-
gis,q̃ non fuerunt sigillatæ, & sic non
dicunt literæ Regis,nec mutatæ. ¶ In
contrarium allegabatur, quòd iste nõ
veniat puniendus pœna mortis,sed so
lùm debet puniri pœna deportatio-
nis & publicationis bonorum. & hoc
probatur per text. in l.j.§.si.ff.ad leg.
Cornel. de fal. & text. in §.item lex
8 Cornelia.Inst.de publi.iu.† vbi in cri
mine falsi non est pœna mortis de iu-
re communi, nisi in partu supposito :
vt in l.j.C.de fal.& nisi in seruo comit
tente falsum,vt in d.§.fin.& aliquan-
do in humili persona est pœna damna
tionis in metallum : vt in .l.si quis ali-
quid.§.qui.ff. de pœn. ¶ Nec pœna
mortis, quæ imponitur per constitu-
tionem regni mutanti literas Regis,
aut ei qui facit literas falsas,& eas no-
tho sigillo Regis signat, loquitur in
casu de quo quæritur, quia iste non
mutauit, nec sigillauit literas Re-
gis. Et quando verba constitutionis
9 non conueniunt, † nec conuenire in-
telligitur eius dispositio, secundum
Barto. in l.iiij §.toties.ff de dam. in-
fec.c.ad nostram. el iij.de iureiur.c.
indemnitatibus.§.penult. de electio

lib.vj.& ponderanda sunt uerba domini And.in d.constitu. qui dicit, ꝙ qui falsificat literas Regis,& sigillat, & sic requirit,ꝙ nō solū ut puniatur pœna mortis,ꝙ falsificauit literas: sed debēt illæ literæ falsæ sigillatæ, quia robur literarum Regis consistit in sigillo, ut multum latè concludit And.de Isern. in c.j.de vasal.qui cōt.cōsti.Lotha.Et si dicat,ꝙ iste conatus debet puniri,sicut si esset delictum perfectū in istis atrocioribus, iuxta notata in l. si quis non dicam rapere.C.de epis. et cler.& in l.is qui.C de sicar. & in l. quisquis. C.ad l.Iul.maiest. ¶ Ad hoc respondetur quia cū ista cōstitutio regni sit statutum regni,ad hoc ut habeat locū pœna dictæ cōstitutionis,requiritur,ꝙ delictum sit cōsummatum.i. ꝙ dictæ literæ falsæ fuerint sigillatæ secundū Bar. in l.j.ff.ad l.Corn.de sica.& Io.de Im. in c.j.de psump.Nam dicit Bar.in d l.
10 j.† ꝙ quando delictum punitur p statutum,nō punitur pœna statuti nisi sit cōsummatum,& attentare est fictè facere,& statutū nō extēditur ad casum fictū.l.iii.§.hæc uerba.ff.de neg.ff. Et sic hodie nō sit punitio pœnæ impositæ per cōstitu.Regni,delinquentibus, nisi delicta sint consummata & perfe-
a cta,*vt dicunt Ang.& Pau. de ca. in l. j.ff.ꝙ quisque iur.et Lud.Ro.in l. dāni.§.Sabini.ff.de dam.infec. & Alex.in j.uol.cōs.xv.incip.viso processu inquisitionis.et Io.de Imo. in l.j.ff.de pub. iud.& Cy.& Bal.in l. is qui cum telo. C.de sica.& Bal.in l.& si certus sit pcussor.§.si appetitus.ff. ad Syl. Et hoc firmant Mod.in tra.de malefi. in verb. vestem cœlestem . Cum igitur pœna mortis sit in mutāte literam regis, aut ipsam literam falsam sigillante notho sigillo Regis,si modo aliquis scribat literam falso modo, & non est sigillata sigillo Regis,non dicitur consummata falsitas, & per consequens non habet locum pœna, quæ imponitur pro delicto consummato, & hoc ex generali consuetudine Italiæ, ut firmāt do
7 ꝙ si per xx.¶ † Ideò fuit visum dominis de Consilio, ꝙ iudices magnæ curiæ rescisa conclusione debet actori prouidere de competẽti dilatione: cum nulla calumnia imputari possit ipsi Raymundo,nec ius aduersarij factum est deterius ex hoc,& ne facultas probationum tempore angustetur.l. quoniam.C. de hæreticis.ff.de test.l.curent.c.dilecti de testi.stantibus impedimẽtis allegatis notorijs.

DECISIO LI.

De recursu ad superiorem laudantis in compromisso.

SVMMARIVM.

1 Recursus ad superiorem laudantis in compromisso an fieri debeat.
2 Reductio ad arbitrium boni uiri habet se ad instar appellationis.

Appellatio à sententiam iudicis recurrit ad superiorem iudicantis.

3 Literæ Regiæ præsumendum est ꝙ processerunt de iustitia.

1 ITEM fuit dubitatũ, † si reus est de foro Regiæ cameræ summariè, & actor de foro sacri Cõsilij, & compromittunt cãm in vnum de consiliarijs, & ille profert laudũ, ¶ Vtrum iudex reductionis ad arbitriũ boni viri erit Regia camera, de cuius foro ẽ reus, vel est sacrũ Consiliũ qđ est iudex ipsius arbitri. ¶ Certè parũ dubitationis habuit hoc dubium, per id qđ consuluit Lud. in cõsil. suo cclxv. vbi ꝓ hac opi. scilicet, ꝙ ad arbitriũ iudicis competentis pronuntiãtis laudũ recurrendũ est, allegat consilium Bar. qđ incipit, visis consilijs famoso cũ doctorũ Arch. ij. q. vj. nõ ita Ant. de But. in c. ꝙ clericis. de foro cõpe. Bal. ĩ l. præcipimus. cũ si. C. de appel.

2 ¶ † Et facit talis rõ secundũ Lud. reductio ad arbitriũ boni viri hẽt se ad instar appellationis. ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. cũ quidã. Sed cum appellatur à sñia iudicis, semper recurrimus ad superiorem iudicantis [a] d. l. præcipimus. ergo ad superiorem laudantis est recurrendũ: & non respiciũtur in hoc litigãtes: sed ꝑsona à quo. Idem firmat Io. An. in c. statutum. §. cũ aũt. de rescrip. li. vj. Et quia in discussione huius articuli venit litera dñæ Reginæ, ꝙ consiliũ ꝓcedat. Propterea iste articul⁹ remãsit nõ cõclusus ꝑ Consiliũ. Tñ ego credo, † ꝙ dictæ literæ dñæ processerunt de iustitia, quia sic præsumẽdũ est iuxta no. in c. quæ in ecclesiam. de constitu.

3

a SVPERIOREM iudicantis. iudex appellationis à laudo erit superior arbitri, qui laudum protulit, & non actoris aut rei. vide omnino do. Ant. de Alexan. in l. ij. C. vbi & apud quem cogni. restitu. in integ. agitan. sit. ij. col. Thomas Bramatichus.

DECISIO LII.

De probatione exceptionum solutionis, & præscriptionis.

SVMMARIVM.

1 Terminus ad probandum solutionis & præscriptionis exceptionem in uim dilatoriæ an concedendus.

2 Exceptio præscriptionis debet esse liquida, vt processum impediat.

IN causa illorum de Vespulis

1 fuit dubitatum, † Vtrum debeat dari terminus ad probandum exceptionem solutionis pręscriptionis in vim dilatoriæ, quando in vim dilatoriæ sunt oppositæ, quoniã potest etiam opponi in vim peremptoriæ, iuxta nota. per Bartol. in l. fi. ff. pro suo. & per Bald. in rep. l. ij. ff. de iureiu. col. xxij. & per Bartol. & Angel. in l. emptor. ff. de præscri. lõ. tẽ. & per Guil. de Cu. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi inde. & aliquid per Bald. in l. post mortem. ff. de adop. & per Iaco. But. in l. intra vtile. ff. de mino. & per d. de sancto Gemi. post alios in c. j. de lit. conte. lib. vj. & Bal. in l. edicto. xiij. op. C. de edicto diui Adri. & per Bald. in aut. nisi tricẽnalis. C. de bo. ma. Angel. in l. post decisionem. C. de fur. & in Spe. de excep. §. dicto. & per Ioann. Andr. in addi Specu. in titu. de dilatio. in additione, opponi possunt. & in alijs cotis allegatis per Alexand. in Apostil. in d. l. fin. ff. pro suo. ¶ † Fuit conclusum per sacrum

2 Consilium, quòd ex quo requirunt dictæ exceptiones altiorem indaginem, reseruentur ad merita, per. not. per Bart. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & l. nam & postea ff. de iureiur. nã exceptio præscriptionis debet esse liquida, vt impediat processum: vt dicit Bald. in l. per hãc. ij. colum. C. de temp. app. & fuit dictum, quòd ita aliàs fuit iudicatum, in Consilio.

DECISIO LIII.

De actionis mutatione coram iudice ad quem.

SVMMARIVM.

1 Testamētū minus solēne an ꝓbet.
2 Actio in appellatione an possit mutari, & iudex super ea validè pronūtiare.
Iudex ad quem, an possit cognoscere vltra ea, q̄ cognouit iudex a quo.
3 Electio iuris incompetentis non nocet iuri, qđ ignorabatur cōpetere.

QVIDAM de Pistoribus egerunt contra certos hæredes ex testō ad quandam terramvigore legati contēti in testō prædicto, illi hæredes conuenti dicunt nō teneri ad restitutionem, illi actores producunt testamen
1 tum. † Et quia reperitur illud testamentum esse minus solēne, de consilio domini Io. Carduini fuit pronuntiatum conuentos absoluendos esse. ¶ Apellatur ab ista sñīa: & ꝑ viā principalis petitionis, illi de Pistoribus āgunt petitione hæreditatis cōtra illos conuentos, dicentes hæreditatem illius testatoris spectare ad eos tanq̃ proximiores in gradu ab intestato, & petūt totā hæreditatē cōcluso pro cessu: quia pro parte cōuentorū nihil fuit oppositū. fuit dubitatum. ¶ Vtrū isti agentes primò ex testō cōtra hæredes ex testō: qui succubuerūt ī prima instantia, & posteà ab intestato in cā appellationis petierūt totā illā hæreditatē ab intestato, & ꝓbauerūt
2 incūbentia. † Si sacrū Consiliū possit sup hoc ꝓnuntiare, ex quo iudex ad quē nō cognoscit, nisi de eo quod cognouit iudex à quo, secundū Bart. in l. j. C. si aduersus liber. notatur in l. eos. C. de ap. l. fi. ff. iud. sol. ¶ Fuit conclusum, ꝙ sic, ꝑ tex. in l. si mater decedens. ff. de inoff. test. vbi ille qui agit virtute testī. qđ nō valet, & succumbit, pōt agere ab intestato, quia illa cōfessio fuit erronea, & sic per ignoratiā, quia testamentū est inualidum
3 † & per electionē iuris incōpetētis, non videtur renūtiasse iuri, qđ ignorabat sibi competere, vt declarat ibi Bar. & sic ꝑt agere ab intestato. ¶ Vnde fuit votatum, ꝙ stāte nullitate testamenti illis actoribus competit successio ab intestato in hæreditate præfati testatoris, tāquàm proximioribus in gradu neutram partium ex causa in expensis condemnando.

DECISIO LIIII.

De pignorum custodia & illorum amissione.

SVMMARIVM.

1 Custos bonorum mobilium, vt hostium ereptorum, an sit in dolo, & actio contra eū possit mutari & agi criminaliter.
2 Superioris factum cēsetur casus fortuitus.
Latronum vis & exercitus est casus fortuitus.

1 QVIDAM Casinus† coram do. Bernardino de Valle Regio auditore conueniri fecit magistrū Ans proxenetā Angelicanū actione ciuili ad restitutionē certorū bonorū mobiliū ꝑditorū in domo Ans, culpa & defectu ipsius Ans. Et examinatis certis testibus ad īformationē, & carcerato ipso Ans, dictus Casinꝰ mutauit actionē, & egit criminaliter, ꝙ dolo versatus est in illis bonis, dando bona illa in prædam tpe quo intrauit Rex Ferdinandus, quo tpe bona Gallorū iuerunt ad saccomandum per illū diē de facto, ex quo pretendebatur, ꝙ Casinus erat Gallus vel partialis Gallorū & dato termino ad probandū in hac actione criminali: & repertis testibus legitimè & alijs testibus examinatis,
2 hinc inde fuit facta conclusio, † fuit visum, ꝙ ex processu non apparet, ꝙ Ans fuit ī dolo, nec in lata culpa: nec

teneatur de ipsa violētia cōmissa per aggressum, imò ille casus fuit fortuitus, p l.si merces.§.vis maior.ff.locati.ēt quia superioris factū cēsetur casus fortuitus, vt est text in l.Lucius. ff.de euictio. & voluit Alc. in ij.vol. cōs.ccxx.& Bal.in l.quæ fortuitis.de pign.actio.dicit, ꝙ vis latronū & vis exercitus est casus fortuitus. ¶ Ideo fuit cōclusum, ꝙ liberetur à iudicio criminali, saluo Casino iure prosequendi litem ciuilem.

DECISIO LV.

De probationibus.

SVMMARIVM.

1 Probationes factæ dilatione finita an valeant.
2 Probationes factæ etiam sine dilatione data valent.

1 TEMPORE † Regis Francorū in quadā cā fuit datus terminus ad probādū, & nihil factū est, & dilatio fuit decursa, expulsis à ciuitate Neapo. Gallis p Regē Ferdinādū.sine alia dilatione, factæ sunt ꝓbationes. ¶ Quæritē vtrū tales ꝓbationes valeāt.videbatꝙ nō.
2 † Quia dilatio fuit data p iudices Regis Caroli, qui nullā habebat iurisdictionē iuxta decretum Regis Ferdinādi primi, q annullauit oīa acta & processus tpe Regis Caroli, licet ꝓbatio fuit facta tpe Regis Ferdinādi. ¶ Fuit pariter cōclusum, ꝙ tales ꝓbationes valētq; valēt ꝓbationes factæ ēt sine dilatione data, vt dicunt Bar.Ang.Bal.& Ale. in l.fi.ff.de ferijs & Bal.in l.ij.C.de dilat.Ant.de But.in c.licet cām.i prin.de ꝓbatio.

DECISIO LVI.

De priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium maius trahit minus.
2 Fori priuilegium maius attenditur.
Priuilegiator anteit priuilegiatū.

FVIT die xix.Maij.decretum
1 per sacrum consilium, † ꝙ notarius Melchion de Trioianis tāquàm de sequentibus sacrum Consilium possit trahere reum de foro Admiracræ. sicut pōt trahere curialis magnæ curiæ Vicariæ & Regiæ Cameræ summariæ per argumentum, de quo minus videtur inesse: ergo de quo magis &c.nam magis est priuilegiatum regium Consiliū, quod repræsentat ipsum Regem, q̃ priuilegium curiæ
2 Admiracræ. † & sic attenditur illud priuilegiū fori, qđ est maius, vt dicit Bal.ī auth.habita in §.verū.in ij.col. C.ne filius pro patre in illa quæstione, qñ priuilegiatus concurrit cū priuilegiato &c. attenditur ergo quis ē priuilegiator, vt dicit Lucas de Pen. in l.ne ad diuersa.C.de silentiarijs.li. xij.& ibi ponit vnā bonā di.Iaco. de Are.vltra illā, quā ponit Cy. in aut. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.

DECISIO LVII.

De incendio domus uicinæ, & qui ad illud tenentur.

SVMMARIVM.

1 Vicinus an & quādo teneatur de incendio domus contiguæ ad suā.10.
Locatarij quando teneantur de domo combusta.
2 Locatarius vt ab incēdio excusetur quid probare tenetur.
Incendium vnde prouenisse præsumatur.
3 Coniecturæ in incendio necessariæ.
Casus obscuri & ambigui per indicia probantur.
Culpa habitantis cessantibus coniecturis præsumitur in incendio.
4 Sententia absolutoria ferri debet, quando non clarè constat de principio ignis.
Ignis habitanti non imputandus, cū habet causam ab incerto autore.
5 Incendij periculum non transit in dominum per factum familiæ aut familiaris, vel hospitis.

Incendium vt plurimum culpa habitantium committitur.
6 Ignem fuisse immissum an sufficiat probasse,nō probate incendiario.
7 Dominus an teneatur de incendio per famulum immisso.
Culpa leuissima in omittendo.
8 Damnum ex culpa omissionis com missum non venit in actione l. Aquiliæ.
9 Intellectus ad.§.si fornacarius.l.si seruus seruum.ff.ad legē Aquiliā.
Illatio non fit ex diuersis.

ILLO die,quo Rex Ferdinandus secundus fuit cum magno gaudio receptus per Neapolitanos expulsis Gallis,scilicet die vij.Iulij.xiij.indictione. M.ccccxcv.fuit cōbusta quædā domus domini Raynaldi de Mirabalis prope rutā Catallanam alteri locatā,& iuxta istam domū erat domus alterius,quā tenebat locatā quidam Baptista hostulanus,in qua domo.s.Baptistæ hospitabanť certi pedites d.Regis, qui fecerunt ignē in corticella dicti hospitij, vbi ipse Baptista per duos annos solitus fuit ibi ignē moderatū facere causa assandi carnes:& domi. Raynaldus prætēdit in suo libello,ꝙ culpa & defectu Baptistæ sua domus fuit cōbusta,& de hoc nihil est probatū, imò probatū est,ꝙ Baptista tūc erat extra domū, quia erat in defensione repariorum
1 contra Castrum nouum.¶ † Et concluso processu fuit dubitatum, vtrū sit aliqua præsumptio, vel cōiectura ꝙ ignis venerit & principium habuerit ex domo Baptistæ,vt ipse teneať emendare domū vicini cōbustam.Et certè nō probať sufficiēter,ꝙ incendium ortum habuit ex domo Baptistæ.¶Imo iuris præsumptione dicendum est,ꝙ domus domini Raynaldi combusta fuit ab habitātibus in ea, & sic tenentur locatarij, vt est tex in l.iiij.§.j.ff.de offic.præfe. vigi.& text. in l.si vendita.ff.de pericu. & cōmo.rei vendi.& in l.si modo nulla.ff.de leg.j.ita tenet Bal.in j.volu. consiliorū,cōsi.xiij.incip.factū quæ-
2 stionis tale est &c. Subdēs,†quòd locatarius vt nō teneatur de incendio habet probare, ꝙ casu fortuito fuit factum incendium,aliàs præsumitur eius culpa.l.si à bonæ fidei.§.j.ff.de rei vend.& in l.si quis fundu.§.Imperator.ff.locati.bene facit l.si seruus seruū.§.si fornacari⁹.ff.ad leg.Aqui. ¶Nā plerūque incendiū præsumitur cōmissum ex negligentia habitantis domū: vt in dicta l.si vendita.& d.l. ij.§.j.ff.de off.præfec.vigi.& ibi omnes scribētes.firmat Bal.in j.vol.cōs. clxxv. incip. ad euidentiā præmitto. & idē Bal.in eo.volu.cōsi.xxxvij.incip. casus talis est. & idē in iij.volu. consil.cccc xx.incip.ad euidētiam.& Ang.in consi.cxcvij.in q.prępositā, dubiū facit mihi.Pet.de Vbal.in tractatu,de societate,in fin. ¶ Sed quia nō fuit actū cōtra locatarios domus combustæ, sed cōtra vicinū.i.ipsum Baptistam,cuius domus nō fuit combusta,& clarè non est probatū,ꝙ incendiū habuit ortū à domino Bapti-
3 sta.¶† Videamus,an per coniecturas aliquid constet,ꝙ habuit ignis initiū à domo Baptistæ,quia quādo incendium prætenditur factū ab homine & non diuina vltione, & vtrū interuenit culpa vel nō, recurrēdū est ad coniecturas,si quæ reperiri possunt, quia casus obscuri & ambigui probantur per indicia,vt dicit Bald.in j. volu.Consiliorū,consi.xxxvij.incip. cas⁹ ē talis,quoddā fenile plenū &c. alleg.ad hoc l.non omnis.§.à Barbaris.ff.de re mili.idē dicit in iiij.volu. consil.ccclxiij.incip. Casus talis est, quoddā fenile.Alias cessantibus coniecturis præsumiť culpa habitātis,vt in d.l.si vendita.¶ Et profectò nullū indiciū est,ꝙ incēdiū in domo Raynaldi

naldi venit ex domo Baptistę,nisi ꝙ in corticella Baptistę erat ignis ĩ muro cõi ad assandum carnes peditũ hospitantium:ex hoc arguitu,ꝙ potuit ignis pdictus peruenire ad domum Raynaldi. ista ꝓbatio non cõcludit: quia iam ꝑ duos annos,in dicto loco factus fuit ignis, & non peruenit ad domũ Raynaldi. itẽ probatũ fuit,ꝙ erat furnus in domo Raynaldi,ĩ qua omni die panis coquitur: & sic potuit venire ex dicto furno dictus ignis. Item potuit venire culpa habitãtiũ,vt s̃.dictũ est.

4 ¶ † Et qñ clarè non cõstat de principio ignis, debet fieri sententia absolutoria: vt dicit Ludo.de Roma.in cõsi.cccc j. ¶ Sed posito & nõ cõcesso, ꝙ ignis in domo Raynaldi habuit initiũ ex dicto igne facto ꝑ dictos pedites,certè nõ tenetur ipse Baptista penitus ignorãs ꝑ eius absentiã. ¶ Nã istud incendiũ diceretur cõmissum culpa peditũ hospitantiũ, & ꝑ cõsequens ex culpa hominis incerti:quia nõ est ꝓbatũ, quis fuit ille, qui fecit dictum ignẽ.& ꝑ cõsequens nõ tenet̃: vt dicit Bal.in ij.vol.cõsiliorũ,cõsi.clvij. inci.punctus,sup quo cõsiliũ. ¶ Hinc est,ꝙ dicit;Bald.in iij.volum.consil. ccclxxiij.incip. quidã magister grãmaticę,ꝙ qñ ignis hẽt causam ab incerto autore non debet imputari habitãti:vt ꝓbatur in d.l. si vẽdita vnde dicit Bald.in l.quæ fortuitis.C.de pig.act. ꝙ certi hoĩs factũ probandũ est.

5 ¶ † Secundò, quia factũ familiæ nõ facit trãsire periculũ incendij in dominũ, vt dicit Bal.in d.l.si vẽdita. quia dominus nõ tenet̃ ꝓ suo familiari:vt in c.cũ ad sedẽ. de resti. spo. multò fortiꝰ non tenet̃ de facto hospitis:vt ex text.in terminis, in l.j.in fi.ff.nautæ,cau. stabularij. ¶ Tertiò ista quæstio decidit̃ per id qđ voluit Bald.in l. creditor.C. de pig.act. vbi dicit ista verba formalia. Incẽdiũ vt plurimũ culpa habitãtiũ cõmittit̃.d. l.si vendita.& d.§. si fornacarius. & tũc habitãtes vt nõ teneant̃, debent ꝓbare culpã abesse. qũo hoc ꝓbat̃; dicit ipse ꝓbãdo, vnde iã incendiũ habuit originẽ. Sed qđ si nõ põt apparere? vt in combustione hospitij Leonis,quia non apparet an incẽdiũ habuit culpam ab hospitibus, an ab exercitore hospitij,vel famulis eius. 8

6 † Certè in isto dubio nõ põt ferri cõtra eũ sñia,arg.ff.de his qui deie. vel effu.l.si verò.§.ꝙ si ex mediano. qui est notabilis text. ad hoc. Licet Albe. de Rosa.in ij. parte statutorũ, q. lxxxiij.dicat,ꝙ si domus alicuius est cõbusta, sufficit ꝓbare ignẽ immissum: licet non ꝓbet̃ psona,quæ immiserit.alleg.l.j.§. itẽ illud.ff.ad Silla.Et quia incendiũ p̃sumit̃ culpa habitantiũ,[a] per.d.l.si vẽdita. ¶ Sed hoc nõ obstat,quia loquitur,qñ est præsumptio.s.cõtra habitantes. ¶ Et ꝙ de incẽdio cõmisso ꝑ famulũ,nõ teneat̃ dominus,bene facit l. iij. §. ait ꝑtor.ff.nau.cau.sta.& ff.ad l.Aquil.si seruus seruũ.§.Proculus. & ff. de ædi.edic.l.ædiles.circa principium.tenet Sali.in d.l.quæ fortuitis.C. de pigno.act.in iiij.col.vbi dicit, ꝙ si fuit famulus nõ deputatus ad coquinã,

7 qui posuit ignẽ,† nõ tenet̃ dominus. alleg.l.j.§.familiæ.ff. de pub.& ff.de his qui deie. vel effu.l.si verò plures. §.si id.& l.j.§.fin.ff.nau.cau. stabularij.bene facit d.l. si seruus seruũ.§.si fornacarius.ff.ad l.Aquil. Idẽ voluit Augu. in additionibus ad Ange.de maleficijs, in verbo, incendiario. ¶ Quarto si aliqua culpa põt ascribi ipsi Baptistæ,non potest esse nisi culpa leuissima in omittendo: quia non dixit illis peditibus,nõ faciatis ignẽ hic in communi pariete. Certũ ex culpa leuissima in omittendo, non tenetur emẽdare damnum secutum ex incẽdio commisso per ignem fa-

ctum p dictos pedites: vt firmat Alexã. i l. domos hæreditarias. ff. de leg. j. vbi firmat, † q in actione l. Aquil. nõ venit dãnũ cõmissum ex culpa leuissima in omittendo. Secus in committendo, allegat Bar. idẽ tenẽtem in repetitio. legis, q Nerua vltima char. ff. depositi. versi. itẽ quęro vtrũ leuissima culpa. & gl. in l. si mora. ff. sol. matri. Idẽ tenet Pe. de Ancha. in materia incẽdij, in cõs. cccxlix. incip. p decisione q̃sita. Idẽ latius firmat Alex. in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edendo. Et miror, q Alex. in d. l. si domos. non allegauit tex. in terminis de hoc, in l. si cuius. §. de pteritis. ff. de vsufruc. quẽ ad hoc allegat Alberi. de Rosa. in d. l. ij. §. cognoscit ff. de offi. pfec. vigi. Ita ẽt voluit Bal. in ij. vol. cõsi. ccclxxiii. incip. quidã magister grammaticæ. & Alexan. de Imol. in cons. ccxvj. in ij. vol. Ioã. de Imol. ĩ c. j. de cõmo. Bald. in l. pign⁹. v. col. C. de pig. act. ¶ † Nec obstat dicta l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. vbi dicitur, q cõpetit vtilis Aquilia p negligẽtia: quia vt dicit ibi Albe. de Rosa. ibi fuit culpa in cõmittẽdo, s. in supponendo ignẽ, ideo tenet de leuissima. & sic non obstãt. ¶ Quintò fuit allegatus tex. in d. l. si seruus seruũ. §. si furnũ. ff. ad legẽ Aquiliã. qui est immediate post §. si fornacarius. vbi si vicinus iuxta parietẽ cõem habet ignẽ, qui fit in furno: non tenet lege Aquilia p dãno dato in pariete. Sed datur solũ actio ĩ factũ, si paries sit exustus: ergo in pariete communi licet habere ignẽ, & si paries ẽ exustus, tenetur reficere. Si aũt damnũ nõ sit datũ, & timet de dãno, põt petere, q præstetur cautio dãni infecti, quæ nunq̃ in casu de quo quæritur, fuit petita. & ideo si sine culpa furnarij ignis dederit dãnũ vicino, & non sit præstita cautio, non tenet furnarius. iste tex. in ratione sui, bene facit, qñ liceret in dicto loco tenere ignẽ. Sed quia dicitur, q in dicto loco non licebat Baptistæ tenere ignẽ, ideo iudicio meo tex. iste parũ facit.

10 ¶ † Fuit igitur votatum per oẽs, excepto cõmissario causæ & vno alio cõsiliario, q dictus Baptista absoluatur. Illi duo cõsiliarij fuerunt in voto, q condẽnetur: quia fuit in culpa: quia p tempore pterito fecit ignẽ in loco non conuenienti, videlicet ĩ dicta corticella, & sic fuit in culpa, p id, quod dicit Salic. in d. l. quæ fortuitis. ¶ Sed ad hoc fuit responsum, si fuit Baptista in culpa faciendo ignẽ in loco insolito, ex tali culpa nõ fuit secutũ damnũ vicino, & quando pedites fecerunt ignem, ibi non põt ascribi culpa peditum ipsi Baptistę, cũ ipse erat absens, vt suprà dictum est. & ex diuersis nõ fit illatio. l. eum actum. ff. de nego. gest. l. fin. ff. de calum. l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquiren. possessio. & sic fuit sententiatũ, q Baptista absoluatur.

ADDITIO.

De incendio, & de culpa, q̃ in eo cõmittitur, & quis ad illud teneatur, vide Dominũ Pet. de Anchar. consi. cccxlviij. per totum. Et Stephanum Bertran. parte j. consi. cxcvij. num. 3. Et Hippol. de Marsi. in l. j. in princi. num. 113. ff. ad leg. Cornel. de sica. & singu. cccxciij. incipien. regula.

a CVLPA habitantium. Adde q incendium licet præsumatur culpa inhabitantiũ, p l. qui insulam. §. fi. & ibi Bart. ff. loca. tñ nõ psumit nisi leuissima, nisi aliud in oppositũ pbet. Glo. est sing. in §. ptererea. in verbo, debet. Inst. quibus mod. re cõtraha. oblig. quã notãter sequit Saly. ĩ d. l. q̃ fortuitis. A ex. in cõl. 50. visis & opportunè cõsideratis, primo vol. & 6 col. idẽ sequit Ias. in l. sed & si quis. §. q̃situ. ff. si quis caut. vbi subdit, ex hoc notãter sequi, q si quis cõduxit

domũ, vel apothecã, vel sit fictabilis aut emphyteota, qui cõduxit domũ cũ p̃dijs: & domus incẽdio cõburat, conductor ad nihilũ tenet: quia licet incendiũ p̃sumat culpa inhabitãtiũ, tñ cũ sit leuissima, conductor non tenet nisi de dolo, lata & leui culpa, & nõ de leuissima, p l. si vt certo. §. nũc videndũ. cõmod. Et rõ est, quia talis cõtractus celebrat gratia vtriusq;. & idẽ tenet ipse Iaso. in l. si quis. §. p̃tor ait in fi. ff. de edi. vbi plus subdit, q̃d doctrina illa Bar. ibidẽ vult, q incendiũ p̃sumit factũ culpa inhabitãtiũ. procedit in casibus, in quibus quis tenet de leuissima culpa: vt in cõmodatario. p d. Gl. in d. § praeterea. quã p sing. tenet Ioã. de Ana. in cõsil. lxxj. visis & diligẽter põderatis. Vbi plus subdit, q ad hoc vt quis de ĩcẽdio teneat, oportet pbari culpã certi determinati hoĩs: quia licet p̃sumat culpa inhabitantiũ, tñ absq; culpa determinatę personae fieri nõ põt, sed nõ p̃sumitur culpa determinati hominis: put dicit esse text. expressum in d. l. si vendita. & ita dicit tenere Saly. ibi, & in d. l. quae fortuitis. q qñ non pbat culpa determinatę psonae, remanet incertitudo: & sic nõ põt seq. cõdẽnatio. l. licet. §. fina. ff. nau. caup. stabula. Ad hoc ẽt allegat Bald. in l. si creditor. & in l. pign⁹ v. col. C. de pig. actio. q̃d valde dicit Iason esse notandũ p defendendo amicũ. Et ideo si regacius minus diligẽter custodiẽdo lucernã ĩ stabulo, ibi ignẽ imposuit, q eius dominus ad nihilũ tenet. ita dicit Saly. ĩ l. in iudicio. C. loca. & sequit Iaso. vbi s. Et in materia incendij vide cõs. Iac. de Pute. ĩter cõsilia, col. iij. nu. 61. ĩcipiẽte vẽtura & fr̃es. cũ alio seq. nu. 62. Tho. Bramaticus.

DECISIO LVIII.

De socida animalium societate & diuisione illius.

SVMMARIVM.

1 Diuisio erronea inter socios super socida, an valeat.
2 Aequalitas semper seruata praesumitur in societate.
Socius videns socium res malas ponere protestari debet: aliàs tacitè videtur consentire.
3 Taciturnitas in actibus p̃iudicialibus consensum quãdo nõ inducat.
Fauor potentiorem quem facit.
Protestatio non facta quo casu nõ inducat consensum.
4 Aequalitas inter socios seruanda. qualiter praesumatur.
5 Societas summam rationem in se debet continere.
Iudicis arbitrium versat super inaequalitate rerum in societate, & sup aestimatione. nume. 7.
6 Aestimatio rei eidem censetur cum re, & succedit loco rei.
Aestimatio fundi q̃liter fieri dẽat.
7 Praesumendum illud est, quod fieri est consuetum.
8 Voluntas datur intelligi ex actib⁹.
Exercitium personale venit in societate considerandum.
9 Sententia ante publicationem reformata in sacro Consilio.
10 Prudentiae suae nemo inniti debet.

VERTITVR dubiũ in sacro Cõsilio, quidã Masonus posuit in societate inita, Dccclxxx. pecudes suas ĩ pascuis: & sexcẽtas posuit notarius Nicola⁹ de Cerbarijs, & Garganarij cõiter positi custodierũt. ¶ In fi. triũ annorũ diuiserũt pecudes & oĩa, & vnusquisq; habuit sexcẽtas pecudes: qm̃ aliae videlicet trecentae pecudes erãt mortuę: vt dicebat liber Garga.
1 Mortuo notario Nicol. Masonus† petit ab eius haeredibus ducentas pecudes cũ fętibus. Dicti haeredes opponũt, q fuit facta diuisio. Replicat, q diuisio fuit erronea, qa ĩ veritate dẽt hr̃e ducẽtas pecudes. et sic nõ obstat

diuisio,per l.si post diuisionem.C.de iuris & facti ignorantia. Replicatur, ꝙ nullus fuit error:quia illæ ducētæ pecudes vltra numerū pecudū positarum ꝑ notarium Nicolaū cōpēsantur,& cōpensatæ ꝓsumuntur cū bonitate pecudum ipsius notarij Nicolai. Attento ꝙ est probatum, ꝙ illæ pecudes Masoni erant multum deteriores, & sexcentæ pecudes notarij Nicolaij erant meliores ducatis decem ꝓ centenario,& sic præsumitur, ꝙ in diuisione fuit facta ista æqualitas: & sic nullus est error.

2 † Semper enim præsumitur in societate seruata æqualitas: vt in l. si non fuerint.ff. ꝓ socio. Dicit̄ in cōtrariū, ꝙ ista æqualitas cōsideratur respectu numeri pecudū,& non respectu bonitatis vel deteriorationis rei positæ in societate: quia si socius videt socium ponere res non bonas, debet ꝓtestari,aliàs videt̄ tacite cōsentire, iuxta not.per Barto.in l.quæ dotis. ff. sol. matri.¶Sed istud de ꝓtestatione nō facta nihil obstat: quia licet fuisset facta ꝓtestatio, satis clarè ostenderet̄ de exclusione consensus, secundum Bal.in l.si quis testibus. C. de testib. tñ si non est facta ex hoc,non sequitur,ergo cōsensit, quia talis taciturnitas sibi præiudicaret:

3 †& taciturnitas in actibus piudicialibus non inducit consensum,qñ daretur reuerētia ex parte illius,qui debebat ꝓtestari,tūc ꝓsumitur dissensus: vt dicit Bart.in d l.quæ dotis. dū alleg.l.j.§. quæ onerandæ.ff. quarum re. act. nō datur.erat Masonus propter fauorē, quem habebat cum comite fundorū potentior notario Nicolao, & non audebat protestari contra eum imponentem pecudes macilentas & deteriores,ideo eius taciturnitas non inducit consensum:& ꝓtestatio nō facta nō inducit consensum,cū agebat̄ de euidenti præiudicio ipsius notarij Nicolai,vt in l.pe.ff. de furt. Idē Bal. voluit in l.si fine.C.ad Velle.gl. & Bal.in l.filius.§.inuitus.ff.de ꝓcu. voluit d.Ant.in c.nōne.de pręsump. Bald. in l.j.C.de bon.ma.¶Stat ergo dubiū vtrū ista æqualitas iter socios debeat cōsiderati solū respectu numeri pecudū,vel etiā respectu bonitatis valoris & æstimationis.¶Maior

4 † pars dominorū fuit in voto, ꝙ debeat considerari .æqualitas respectu numeri pecudū, & nō respectu bonitatis & deteriorationis & valoris:allegātes dictā l.si nō fuerint. q̄ dicit, ꝙ societas intelligitur celebrata æquis partibus: & sic ꝙ notarius Nicolaus debeat ponere tot pecudes quot posuit Masonus: & sic intelligit ista æqualitas inter socios seruanda. bene facit l.si pascēda.C.de pact. Sed ego & domi. Aud.Maricūda expressè votauimus cōtrariū,vt ista societas ꝓsumatur æqualiter cōtracta, nō solū respectu numeri, sed ēt respectu bonitatis,& deterioritatis & valoris hincinde: ꝑ infrascripta motiua.¶Et pri-

5 mo,†quia societas summā rōnē in se cōtinere debet.l. verū.in prin.ff.pro soc.nō enim esset summa ratio seruata,si societas cōsideret̄ solū respectu numeri, cū cōstat deterioribus pecudibus Masoni, & de melioritate pecudū notarij Nicolai: & in hoc multū versat̄ iudicis arbitriū: vt in l. societas contrahitur.§.societas.& l.societatē mecū,& l.quid enim. & d.l.si nō fuerint.& in l.imposita.ff. ꝓ soc. ¶Secundo,ego habeo tex. expressū, ꝙ debet haberi cōsideratio æstimatiōis,ex quo habeo tex. quid estimatio rei idē cēset̄ cū re, & sic tantū est posuisse centū : pecudes,quantū posuisse ducentū, dūmodo illi centum in æstimatione sit q̄tum ducētū.tex. est in l.ita fideiussorem,ff. de fideiussoribus.vbi dicit̄,ꝙ ille qui est obligatus ad frumentum, pōt dare eius

æstimationem,& ibi expressè Paul.
6 de Cas.dicit,† ꝙ æstimatio succedit loco rei,& censet esse eadē. Et ideo volunt doctores,ꝙ æstimatio fundi non debet fieri respectu numeri seu mensuræ:sed respectu bonitatis fundi: vt dicit Bartol.in l.si ex falsis,C. de transactionibus. Bal.in l.ij. C.de rescind.vendi.& Bar.in l.si quos.eo. tit.Sic in casu nostro non debet considerari ista æqualitas respectu numeri,sed etiā respectu bonitatis pecudū,vt seruet̄ æqualitas īter socios: & sic stante diuisione predicta non potest dici,ꝙ diuisio fuit erronea,cōsiderata qualitate pecudū positarū per Nicolaum,quæ erant optimæ,& qualitate pecudū positarū per Masonum, quæ erant morbosæ lapsę & multum deteriores. Et si dicatur, ꝙ non est probatum legitimè de valore pecudū notarij Nicolai,licet ꝓbetur,ꝙ erant meliores.† Dico ꝙ posito ꝙ testes non concludenter deponerent:de cōmuni æstimatione, ꝓut debent deponere: vt notat̄ in l. ꝓtia rerum.ff.ad l.Falci.in l.ij. per Bar.& Doc.C.de rescin. ven. Dicendū est, ꝙ tunc iudex ex officio debet æstimare.l alieno.§.si is cuius.ff.de fidei cōmis.liber.l.non dubium.§. fi.& in l.si quod ex Pamphila.§.fi.ff.de leg. ij.notat Alex.in ij.vol.cons.ix. ¶Et ego æstimarem tantundem, ex quo sic partes diuiserunt æqualiter propter quod est præsumendum, ꝙ de oībus habita fuit ratio in diuisione, ex quo omnia diuiserunt vsq; ad caldarias maxariæ. ¶Quia sic videt̄ fuisse consuetum, & sic præsumendum est vt in l. ꝙ si nolit.§. quia assidua. ff.de ędilit.edic.l.si prius.§. placuit. ff.de aqua plu.arcen.cū si.Et ex acti-
8 bus† enim dat̄ voluntas intelligi. §. ceruos.Instit.de re.diuis.l.repræhendenda.de instit.& substi.¶Itē considero,ꝙ notarius Nicolaus ministrabat expensas,& ipse visitabat pecudes ponendo exercitium personale, quod satis debet esse in consideratione in societate, & hoc debet multùm iudex cōsiderare:vt in d.l. si nō fuerint.& d.l.quid enim.¶Item considero,ꝙ Masonus stetit quietus viuentē notario Nicolao post diuisionem & nihil dixit:& Masonus est diligens in suis negotijs:& eo viuente nihil dixit per octo annos:& posteà eo mortuo molestauit pupillos eius filios penitus ignorantes, & ab eis petijt omnes pecudes.s. octingētas, non recognoscendo bonā fidem, ꝙ habuit sexcentas in diuisione. Et ꝓpterea ego & dn̄s Andr. votauimus, ꝙ filij & hæredes dicti notarij Nico-
9 lai sunt absoluendi. ¶† Cæteri votauerunt contrariū.Sed qm̄ posteà sequenti die ꝑfati dn̄i qui dixerunt,ꝙ æqualitas erat facienda iuxta numerū pecudum,mutauerunt opinionē, falsi sunt,ꝙ debet haberi consideratio de ipsa bonitate pecudum notarij Nicolai, & deterioratione pecudū Masoni:& non habemus certum quid legitimè probatum fuit. ¶Arbitratū extitit per sacrum consiliū, ꝙ solum condemnent̄ hæredes notarij Nicolai ad pecudes centum & ad centum ducatos pro fructibus annorum xxvij.Et sic fuit reformata prima sn̄ia per quam condemnabantur dicti hæredes ad pecudes ducentas cum fructibus. ¶In hoc ego & dn̄s And.assentiuimus,quia materia erat arbitraria,& non habebamus certā probationem de valore meliorationis pecudum notarij Nicolai:nec certam probationem de valore pecudū Masoni,quæ erant morbosę & dete-
10 riores:& propter votum aliorū,†vt euaderemus illud, Ne innitaris prudentiæ tuæ, vt in parabolis Salomonis,& xvj.q.j.cap. si clericatus. & in c.ne innitaris.de constitutio.

DECISIO LIX.

De condemnatione fructuum lite pendente perceptorum.

SVMMARIVM.

1 Condemnatio in fructibus lite pendente perceptis, à tempore publicationis, an & quando fieri debeat.

2 Fructus percepti lite pendente etiã si non sunt petiti, debent restitui, & iudex potest ad illos condemnare.
Fructus lite pendente & post publi. percipiens, est malæfidei possessor.

DOMINVS Camillus retulit processum causæ inter dominã Altã de Antignano matrem nobilis Motiæ de Motijs de Neap.& Petrillum de lo Richo super quarta parte terre cum fructibus quæ fuit olim concessa vsq; ad secundam generationem eorum antecessoribus:per Abbatem
1 de la Ferrata: † & fuit sententiatum per capitaneum Capuanum in fauorẽ do. Altæ quò ad terram pdictam pro quarta parte, & quo ad fructus Petrillus fuit absolutus:à qua sententia ambæ partes appellauerunt, quatenus contra se facit. ¶ Fuit pariter votatum, ꝙ bene fuit iudicatum per curiam Capuanam, exceptò in fructibus in quibus debuit condemnare in fructibus perceptis lite penden
2 te à tpe publicationis †quia ex tunc est malefidei possessor. vt in l.videamus.§.j. & ibi Bar. ff. de vsuris.& in l.cũ fundum. in princi. ff. si cer.pet. & l.si filius.§.j.de verbo.oblig. & in Spec.de appell.§.x.vers.Sed pone.& de expen.§.iiij.vers.hoc quoq;.& Inno.in c.grauis.de resti. spolia. etiam si non fuissent petiti, secundum eum ibi.& Bar.in l.& ex diuerso.§.j.ff.de rei vẽ & Bal ĩ ru.C.de vsu.& fr.leg. & i l.cũ Archimedorã.C.vt ĩ pos.le.

DECISIO LX.

De actione super contractu simulato.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum an excludat exceptionem simulationis in contractu non obtenta absolutione à iuramento.

2 Iuramentum super contractu nullo positum, an sit nullum.
Feudi vẽditio sine Regio assensu est nulla.
Actio post litẽ cõtestatã nõ mutãda.

3 Sententia absolutoria ferri debet, si actum est vna via in qua non competit ius.

4 Actori qui in vna via succubuit alia concedenda est.

1 NOTARIVS Goffredus†agit contra Petrum Anellum de sancto Patre, vt restituat sibi feudũ, quod ipse vendidit sibi, quia illa venditio est imaginaria & simulata. Replicat conuentus, ꝙ obstat iurm omnia & singula vera esse, quod excludit exceptionem simulationis non obtenta
a absolutione à iuro [a] iuxta verã conclusionem positam per Alex.in l.nemo pôt.ff.de leg.j. & Ioan. de Imo. in c.ad nostram de emp.& ven.& in c.cũ contingat.in vij.membro, de iureiur.& p d.Vitalẽ in clausulis suis, char.xcix.& per Alex.in ij.vol.consi. xxxvj. & per Abbatem in dispu.sua, stante statuto condito in Italia.¶Et ista cõclusio fuit approbata in sacro
2 Consilio: licet replicaret actor, ꝙ†iuramẽtum prædictum est inualidum, quia interpositum super contractu nullo, id est super venditione feudi sine Regio assensu:& sic licet venire contra iurm iure proprio per consti. reg. consti. & post litẽ contestatam non licet mutare actionẽ.l.edita per Bal.C.de eden. Et ideo succedit re
3 gula†ꝙ si est actum vna via, & non competit ius illa via, sed alia, debet ferri sententia absolutoria, secũdũ Bal.in auth. sed & si quis. C.de secũ. nu.habetur in c. examinata. de iudicijs.l.& habet. fi. de insti. Abb.in.c.

fi.de libelli oblatione. Pau.de Cast. in l.is ad quem.ff.de acqui.hær. Bal. in l.per hanc.C.de tēpo.appella.& in l.possessiones.C.de probatio.& in l. j.in fi.C. si cer.pe.& in Spec. in titu. de sentē.prolatione.§.qualiter.vers. quid si lis.& in tit. de offi.iud. §. de seruit.& Ioan.And.& in tit.de actio. & .pet.vers.& hoc quoq;, licet in veritate appareat de Regio assensu.Sed dicebat, ꝙ anteà fuit facta reuocatio, sed nō apparebat legitimè. reus replicat,ꝙ non egit hac via: sed via simulationis dicendo cōtractū simulatum. ¶†Fuit iudicatum per Consilium,ꝙ absoluat reus ab obseruatione iudicij,& actor condemnet in expensis.Et ꝙ sit ei licitum agere alia via sibi cōpetenti,per l. Bebius Marcellus.ff.de pact.dot.

4

a IVRAMENTO. Adde ꝙ idē tenet Bar.& Saly.in l.fi.C.de nō nume.pec. & sequit Fel. in c.tertio loco.x.de ꝓba.in 4.col.in vers.quarto fallit.vbi notabiliter subdit, ꝙ si probationes allegantis simulationē fuissent receptæ & admissæ, tunc post deiectam turpitudinē licitum est eam allegare allegat in simili Bal. in cap. intelleximus. ij. col.de iudic. & in l. si creditoribus. in fi.C.de tertio pig. dat.manu.idē tenet Iason in l.iniurãdū.la ij.§. ꝓcurator.9.col.ff. de iureiurā.in fol.89.& vide oīno Marc. Antonium de Bauer. in tractatu de virtu.iuramēt. in q.64. vbi habes, ꝙ si parte reluctāte fuissent admissæ ꝓba.non ꝓbarent allegat Ale.in cōsi. 89.ij.vol.& in consi. 133. Quod est menti tenendum: quia ita annis elapsis obtinui in audiētia Regia,in fauorē Lucæ Porcelli de Neapol.contra do.And.de Pace,alias de Viso.I. V.D.de Neapol.dn̄ aduersus obli.penes acta admissus fuisset ad ꝓbandū reluctāte ipso Luca Porcel. & licet suam intentionem probasset,fuit tādem condemnatus ad soluendum debitū petitum. Thomas Gramaticus.

DECISIO LXI.

De dotis promissione, & priuilegiis dotalibus.

SVMMARIVM.

1 Promissio constituendi dotē an habeat eūdē effectū,ac si eēt cōstituta. Conuentio de donādo est donatio. Infinitiuus oē tempus concernit.
2 Dos ꝓmissa parē vī hēt ac cōstituta.
3 Maritus futurus ꝓmittens vxorem dotare,cū cōtrahet ꝑ verba de p̄nti, an validè ꝓmittat,& quando. Donatio inter futuros cōiuges ante contractū matrimonij quo casu teneat,& etiam post contractum. Dos ꝓmissa cōstitui per virū ignobilē vxori nobili,an debeat ab hære. viri matrimonio ꝑ verba de p̄nti cōtracto copula non secuta.
4 Statutū de lucrāda certa parte dotis an se extēdat ad matri.sine copula.
5 Priuilegia dotibus & vxoribus concessa amplectunt etiam vxores per verba de futuro.
6 Dos promissa constitui, & non constituta, an debeatur vxore post annum renubente. Vxor per transitum ad secunda uota,vbi non sunt filij primi thori, nō perdit ea que habuit à marito. Ratio lucrorū nuptialiū & dotis datæ ꝑtextu nobilitatis vxoris ē eadē.

FVIT lata quædā sententia in Consilio prouinciali in ciuitate Licij de consilio do. Ioā. Baptistæ de Brancacijs,à qua fuit appellatum in sacro consilio, & cōmmissa causa d. Andr.Maricōda. Fuit dubitatum de quatuor.¶†Primò vtrum promissio constituendi dotē habeat eundē effectū,ac si esset constituta.Fuit dictū,ꝙ si vt euiteē circuitus, vt dicit Io.And.in additio.Spe.in ti.de obli. & solutione in restitutio.¶Secundò

1

per id ꝙ voluit Sal. in l. si vt proponis. de condi. ob cau. vbi si quis conuenit donare, tunc est donatio, quia infinitiuũ omne tẽpus cõcernit & sic præsens. & licet Sal. nõ alleget. gl. est in l. quarta. §. Cato. super verbo, ꝓ te non fieri. ff. de ver. ob. quæ dicit, ꝙ in fuitiuũ omne tẽpus respicit. Idẽ Alexã. in ij. vol. cõs. xxxj. in iij. colũ. & in iij. vol. cõs. lxxxiij. in iij. co. ¶ Tertiò,
2 †quia parẽ vim habet dos promissa, vel constituta, vt dicit Bald. in l. si C. de dot. promis. bene facit l. assiduis. C. qui potio. in pi. ha. & l. vnica. C. de re. vxo. act. & sunt multa cons. Ale. in ij. vol. cõs. ccxx. in iij. col. & in quarto vol. cõs. lxiij. in vij. colũ. & cõs. lxvij. in fi. & Aug. in cõs. clxxix. & Ale. ff. de re iud. l. non tantũ. in pe. col. & hoc quò ad primũ dubiũ. Item post multa idem cõcludit Andr. in c. j. de nat. suc. feu. in q. illa, si dos fuit ꝓmissa, & nõ soluta, vtrũ soror excludat, vt ibi per eum. & Alex. in iij. vol. cõs.
3 xiij. vj. col. ¶ †Secundò dubitatur, vtrũ si maritus futurus antequã cõtrahat per verba de præsenti, promittit dotare vxorẽ, cùm habet contrahere per verba de præsenti, quia vxor nobilior est viro, valeat talis ꝓmissio. Et fuit conclusum, ꝙ sic per ea quæ no. Bar. & doc. in l. diuortio. ff. de ver. ob. vbi licet sit vera cõclusio, ꝙ etiã si vir nõ est ignobilis, valet donatio inter futuros coniuges ante contractum matrimonij: & post cõtractum matrimonij non. ¶ Fallit, nisi vxor sit nobilis, & maritus ignobilis. idẽ Bald. in l. j. in fin. C. de don. ante nup. & hoc firmat Alex. plenè in d. l. si diuortio. circa finẽ. ¶ Tertiò dubitatur vtrum hæc dos promissa constitui ꝑ virũ non nobilẽ vxori nobili debeat ab hæredibus viri si matrimoniũ fuit solùm contractũ per verba de ꝑsenti, non secuta copula carnali, nec fuit transducta in domũ viri. ¶ Salice. in l. cùm te. C. de don. ante nup. tenuit, ꝙ
4 stante statuto, ꝙ vir lucretur certam partem dotis, non habet locũ, si matrimoniũ fuit solum contractum per verba de præsenti, & non secuta copula carnali, per multas rõnes, de quibus ibi per eũ. Idem consuluit Abb. in cons. j. in j. vol. & in ij. vol. cõ. lxxix. & in c. ex publico. de conuers. cõiugatorum. & in c. tertio loco. de ꝑsump. & in rub. de sponsalibus. ¶ Sed contrarium tenuit Pau. de ca. in l. cũ fuerit. ff. de cõdi. & dem. Idem Paul. in l. de diuisione. ff. sol. matr. & in l. si donaturus. ff. de cõd. ob caus. vbi Alexan. dat multas cotas, & Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. Et maximè hæc cõclusio vera est in casu, de quo
5 quæritur, †quia priuilegia quæ dant doti & vxorib⁹, nedũ dant vxori, quę est per verba de præsenti, sed etiam per verba de futuro, vt in l. dabimus. de priuil. cred. secundùm Ange. in l. solet. de his qui not. infam. & hoc firmat in beneficijs Abb. in d. c. tertio loco. facit l. non sine. C. de bon. quæ lib. Vnde fuit votatum, ꝙ vxor nõ cognita, quæ est per verba de præsenti, debet habere dotem promissam ab hæredibus viri, licet non fuit matrimonium carnali copula consummatum. ¶ Quartum dubium, vtrum debeatur talis dos promissa constitui, & non constituta, si vxor transiuit ad secunda vota post annum ¶ Fuit cõclusum, ꝙ debeatur,
6 † quia per transitũ ad secunda vota, vbi nõ sunt filij primi matrimonij, vxor non perdit ea quæ habuit à marito, vt in l. fœminę, in fine. C. de secund. nupt. & in auth. de nup. §. si verò expectet. Alexand. in ij. volum. consi. cxj. in prin. quæ iura licet loquantur in lucris nuptialibus. Idẽ fuit per consiliũ interpretatũ esse in dote donata ꝑtextu nobilitatis vxoris, quia eadẽ est rõ, quod tenemẽti, & sic fuit iudicatũ, bene iudi

catū,& male appellatū, victū victori in secunda instātia in expēsis condēnādo. Matthæus de Afflict.V.I.D.

DECISIO LXII.

De iure congrui

SVMMARIVM.

1 Ius congrui non impeditur peti, vbi est via vicinalis in medio duarum terrarum.

2 Viæ vicinales sunt priuatarum personarum.

Sentētia tēpore guerræ lata nulla.

PER magnā curiā Vicariæ fuit iu
1 dicatū,ꝙ† vbi est via vicinalis in meḑio duarū terrarū,ꝙ nō impedit̄ ius cōgrui,fuit appellatū,& fuit in cōsilio cōfirmata, q̄a hoc ꝓbat tex.in l. ij.§.vicinales.ff.ne quid in loco pu-
2 blico.†Vbi istę vię vicinales sunt priuatarū ꝑsonarū, & ideo cōpetit ius cōgrui vicino. licet via sit in medio. & hoc firmarūt Neap.ī cōsue.vbi domus de iure cōgrui.tenet Bal.ī cōst. sancim⁹.de iure ꝓto.§.fi.& ibi dixi. Sed quia snīa magnæ curiæ fuit lata tpe guerræ.f.Regis Frāciæ fuit iudicatū esse nullā,& iterū ꝓnuntiatum per Consiliū, ꝙ cōpetit ius congrui non obstante via vicinali in medio.

DECISIO LXIII.

De exceptione impediente litis ingressum.

SVMMARIVM.

1 Exceptio opposita ad īpediendū ingressū,an reseruāda ad merita cāę, tanq̄ requirens altiorē indaginē.

2 Terminus ad probandū super replicatione actori dandus reo exceptionem litis ingressum impedientem probante per instrumentum.

1 FVIT dubitatum † si contra agētem opponitur exceptio iuris iurādi ad impediēdū litis ingressum & transactionis,iuxta c.j.de lit.contest.lib. vj.actor replicat, ꝙ transactio & iuramentū fuit ꝑ dolum facta,& offert ꝓbare in termino ꝓbatorio, vtrum possit reseruari ad merita tanquā requirens altiorē indaginē ex replicatione actoris,iuxta ea quæ habent̄ in l.nā & postea.& ibi cōcor.ff.de iure-
2 iur.Fuit cōclusum,ꝙ nō,†sed debet dari terminus ad ꝓbādū super replicatiōe,post quā re⁹ ꝓbauit ꝑ instrm exceptionē impedientē litis ingressum.hoc voluit Io.And.in c.j. de lit. cōte.in gl.in verbo,finita,in ver. sed ponē dicitur,ꝙ sententia nō tenuit, & ista gl.non est alibi.lib.vj.

DECISIO LXIIII.

De institoria actione & banci institore.

SVMMARIVM.

1 Institor banci qui procuratorio nomine prīcipalis se obligauit, an possit ꝑ creditorē criminaliter cōueniri ꝓpter periuriū,an ciuiliter nu. 3.

2 Bancum nō pōt criminaliter cōueniri,si nō ē iuratū de facie ad faciē.

Periurij causa est criminalis.

Procurator in causa criminali interuenire an possit.

3 Executio nō fit contra ꝓcuratorē, licet sentētia feratur contra eum.

QVIDAM mercator & institor bā
1 ci†se obligauit procuratorio nomine sui principalis ad summam ducatorum cccc.instrumēto publico mediante cum causa,adueniente tempore non soluit vtrum creditor contra eum possit criminaliter præsentare instr̄m iuxta formā ritus magnę curiæ Vicariæ.¶Fuit iudicatum per ipsam magnam curiam Vicariæ, ꝙ nō, quia iuramentum præstitum est pro
2 curatorio nomine banci.†& criminaliter bancum non potest conueniri, quia non est iuratum de facie ad faciem,& hoc voluit etiam Barto. in l. qui bona.§.si alieno.ff.de dam. infe. circa fi.Item quia causa super præsentatione instru.est criminalis pro-

pter periurium: vt in consti. Regni, cos. in dicta causa criminali non pôt interueniri procurator, secũdũ theoricam. Barto. in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. seruũ quoque. §. publicè. ff. de proc. & doc. in c. veniens. de accusa. & per Ale. in ij. vol. cõsil. cxvj. Sed bene potest pro-
3 cedi contra eum† ciuiliter, si est obligatus tanquam institor vel procurator banci. & hæc sentẽtia fuit confirmata in Consilio per doctrinã Ang. in l. Plautius. ff. de procura. vbi ꝓcu. debet condemnari: sed non fit executio contra eum, sed contra dominũ. notatur in l. j. C. de sen. & inter. om. iud. vt dicit ibi Ang. per tex. in l hoc iure. ff. de soluti. & hoc ẽt dicit Spec. in tit. de execu. sentẽ. §. sequitur. versu, sed quid si procu. ¶ Et q̃d debeat ille creditor probare, vt probet eum fuisse institorẽ banci, vt possit bancũ obligare bene tangit Alex. in ij. vol. consi. xliij. viso & discusso.

DECISIO LXV.

De cõtractu simulato et vsurario

SVMMARIVM.

1 Contractus in quo dignoscatur simulatus.

2 Contractus simulatus in fraudẽ vsurarum an requirat consuetudinem fœnerandi vltra pactum redemptionis & vilitatem pretij.

3 Simulationis præsumptio oriri non pôt in emptione, cùm possessio est emptori tradita.

IN cã Melchionis de Auersa super simulationẽ cõtractus, vbi p capitaneũ Auersæ fuit iudicatũ cõtractũ si-
1 mulatũ, & fuit appellatũ ĩ cõsi. †Fuit bñ discussum, ꝙ male iudicauit: qa cõtractus nõ ẽ simulatus: qa nõ fuit bñ ꝓbatũ de pacto de reuẽdẽdo incõtinenti apposito, neq; fuit ꝓbatũ de iniustitia pñtij; neq; de cõsuetudine fenerãdi, licet non oĩa ista tria requirãtur ad faciendũ contractũ simulatũ,
2 †Sed sufficiũt duo tãtũ, videlicet pactũ de reuẽdẽdo incõtinẽti appositũ & iniustitia pñtij vltra dimidiã: vt patet ĩ c. ad nr̃am. de emp. & vẽdi. scdm Gl. in c. cõquestus. de vsuris. & idẽ voluit Inn. & post eũ Io. An. & Ant. de But. & Io. de Imo. in d. c. ad nr̃am. & Arch. xiiij. q. iij. c. plerique Alb. in l. emp. C. plus valere qđ agit. idẽ Glo. Inn. & Host. in c. illos vos de pig. Et licet Cyn. & Bal. in l. emp. præalleg. dicat, ꝙ illa duo nõ sufficiãt tñ d. Ant. de Ale. & d. And. Mariconda retulit sacrũ Cõsilium aliàs iudicasse, ꝙ dicta duo sufficiant ad faciẽdũ cõtractũ simulatũ, ẽt ꝙ nõ ꝓbetur cõsuetudo fœ-
3 nerãdi. † Itẽ nec ꝓbatur, ꝙ vẽditor remãsit in possessione, imò possessio fuit emptori tradita, & sic nõ potest oriri præsumptio illa simulationis. de qua per Bar. in l. post contractum. in iij. col. ff. de dona. per l. sicut. §. supervacuum. ff. quib. modis pign. vel hypothe. soluitur. Ideo reus per sententiam sacri Consilij fuit absolutus.

ADDITIO.

Adde ibi, vt patet ĩ c. ad nr̃am. Vbi dicit Abbas Sicu. ꝙ si appareat emptorẽ fuisse quicquã lucratũ eo casu solo censetur vsurarius. Et de isto cõtractu simulato vide Laur. Calca. cõs. xxv. col. xj. & Corneum consi. ccxlj.

DECISIO LXVI.

De iuris iniqui retorquutione.

SVMMARIVM.

1 Debitor impetrans moratoriã contra creditores, an possit repelli per retorquutionem iuris iniqui, si agat contra suum debitorem.

2 Retorquutio fit contra ius iniquũ impetrantem, ẽt ꝙ eo non sit vsus.

1 QVIDAM † impetrauit moratoriam, & sic ius iniquum contra suos creditores. demũ agit cõtra quendã suũ debitorẽ, ille debitor dicit, ꝙ nõ

pōt cōueniri,q̄a ipse ē creditor ipsi⁹ & sic ius iniquū retorquet̄ cōtra eū, p l.si quis iniquū.ff.qđ q̄s.iu. vbi dr̄,
2 † φ cōtra impetrātē ius iniquū fit retorquutio ēt,φ eo nō fit vsus. ille actor negat φ ille sit creditor,& sic debet ꝓcedi.¶Fuit cōclusum in Consilio,φ q̄n ille cōuet̄⁹ faciet cōstare,φ est creditor, φ tūc possit ius iniquū retorquere.

DECISIO LXVII.

De acquirenda quasi possessione in iuribus incorporalibus.

SVMMARIVM.

1 Quasi possessio acquirenda in iuribus incorporalibus quæ requirat.
Fusariū ad litiū maturandū habens q̄n habeat ius ꝓhibēdi alterū volētem facere fusarium in suo.
Actus vnus an sufficiat ad acquirendam quasi possessionem in iuribus incorporalibus.
2 Quasi possessio non causat̄ in aduersario per patientiam ꝓpter preces.
3 Actor non ꝓbans quasi possessionē ꝓhibendi fusariū per pſcriptionē, vel priuilegiū corruit ab incepto.
4 Præscriptio cōtra ecclesiam est quadragenaria.
Hospitale gaudet priuileg.ecclesiæ.

SVPER causa iuris ꝓhibendi fusariū Annūtiatæ in loco Agnani p monasteriū S.Claræ, & illos nobiles de Guindacijs,& alios litis cōsortes:vbi fuit actū p dictos litis cōsortes cōtra hospitale Annūtiatæ de Neap. interdicto vbi pos.¶Fuit dubitatū,vtrū sit ꝓbatū in istis iurib.incorporalib.qđ iure suo ꝓhibuit fusariū fieri p hospitale, & eū scīa & patiētia œconomorū hospitalis. Et quot vicibus fuit fcā ꝓhibitio ¶Etvtrū ex pte hospi. fuit ꝓbata possess.faciēdi fusariū iux. aquā Agnani ꝓpe ripā terræ hospit. Et p quantū tēpus præscribat̄ contra hospitale ius prohibendi fusarium.

1 ¶ † Et certè primū dubium resoluitur per d.Ab.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& propriè. in q. illa, quæ requirant̄ ad acquirendam quasi possessionē in iuribus incorporalib. vbi dicit do.Abb.in quarta col. φ primò requiritur exercitium illius iuris .s.φ in casu nostro actor ꝓhibuerit hospitali,q̄n voluit facere fusarium, & hospitale acquieuit prohibitioni, & an vnus actus sufficiat.tāgit ibi domi.Abb.& Ant.de butr.in repet c.in fi.de causa possess.& ꝓpriè.& Bald.in l.ij.C.de serui. & aqua. & concludit Abb.ibi,φ remittit̄ iudicis arbitrio, sed in casu nostro non est probatum nisi de vnica ꝓhibitione facta p Panzinum regalem Algoizinū, & sic patientia fuit violentia p̄cedenti, vt.j. dicetur.¶Scđò principaliter requiritur scientia & patientia hospitalis,vt .ff.de seru.rust.præd.l.j.in fi.& ibi cōcordant,& in casu nostro probat̄ sciētia,& patientia,sed contēplatione cu iusdam comitis,& ꝓpter prohibitionem Panzini prædicti,
2 † quia patiētia ꝓpter preces,& ꝓpter dictā violentiā nō causat̄ in aduersario quasi possessio.per no.per Bal.in l.ij.C. de seruit.¶Tertiò requirit̄,φ exercēs ꝓhibitionē,illa vtatur iure suo, & nō tāquàm alieno sibi concesso,& in veritate dicta prohibitione actor vsus fuit per violentiam de facto, & postmodum hospitale non acquieuit, & exercuit fusarium, & deuentum fuit ad sequestrum iudicis autoritate. Et sic non obst. prohibitione excreuit hospitale fusarium. vnde non potest dici, quòd actor fuit in possessione prohibendi, quia illa vnica prohibitio fuit violenter, & patientia fuit precario,videlicet precibus dicti comitis,& sic non iuuat, vt in l. prima. §.sed & iure.ff.de aqua quoti.& æsti. l.prima,& fina.ff de itin. actuq; priu. l.fin.ff.quemadmodum ser.amit.¶Et

sic cum illa patientia hospitalis contemplatione comitis non fuit voluntaria, sed violēter & postea precaria, ista non habetur pro quasi possessione: vt dicit do. An. i repe. c. si. xxxviij. colū. de cā possess. & proprie. & idem
torum tenuit hoc Regnũ. Si aduenięte dño Rege Ferdinando ij. statim illi barones vt partiales & fideles Regis Ferdinandi, & eorũ loca & castra adhæserunt, vt fideles ipsi Regi Ferdinando, de quo actu fuerunt cõmendati per legatum dñi Papæ Alexandri, & per literas eiusdẽm dñi Papæ, in quibus actibus non nominat. Rex Francorũ, sed solum ipsi barones & eius officiales, qui habebant iurisdictionẽ à dño Rege Ferdinando, licet per timorẽ & impressionẽ erant sub vexillis Regis Francorũ, sint ipso iure nulla tanquàm facta tempore dicti Regis Franco. qui vt dr̃ per potentiam, & sine actibus legitimis accepit Regnũ, vel sint valida. ¶Prima facie vnusquisque diceret, ꝙ sint inualida, quia facta tempore prædicto, vt dicitur in l. decernimus C. de sacrosanct.
2 eccl. †Nam tyrannus dicitur ille, qui de facto occupat Regnum sine autoritate summi Pontificis, vt dicit ibi tex. &. Bal. vnde ille, qui occupat, qđ est proprium principis, dicĩt tyrãnus vt dicit tex. quẽ ibi not. Bal. in l. sacri affatus. C. de diuersis rescriptis. & no. dominus Abbas in c. Abbas. qđ met. cau. omnis .n. qui se facit Regem regni, sine summo Pontifice, tyrannus est, quia dominiũ huius regni est speciale patrimonium beati Petri, vt dicitur in c. Apostolicæ de re iudic. lib. vj. & Bar. in l. j. ff. ad legem Iul. maie. & ideo acta & sententiæ latæ tempore tyrannidis non debent valere tanquàm facta à carente iurisdictione. ¶Bene faciunt ad hoc notata per dominum Abbatẽ in c. P. & B. in fi. de offi. deleg. & quod notat gl. fi. in c. o-
3 lim. el iij. de restitu. spol. † vbi gesta tempore tyranni non valent, tanquã facta ob timorem, & no. Bart. in trac. de tyrannide in vij. q. & plenè istam materiam tangit Io. de Ana. in c. j. in j. & ij. col. de schismaticis. & Bald. in marga. in verb. tyrannus. post Innoc. cùm ex iniuncto. de ope. no. nuncia. ¶Sed in contrarium per omnes dños de Cõsilio fuit de iure visum. s. ꝙ et illa acta & processus, & sententiæ latę per officiales baronum, qui recedente impressione statim reduxerunt se ad fidelitatem Regiam facti, & prolatæ inter personas priuatas sub nomine officialium baronis, valent & tenẽt. ¶Pro hoc adducitur decisio Bar. in d. tract. de tyrannide, in vij. q. principali, vbi dicit ꝙ si populus est sub potestate tyranni, tamen populus solet creare certos officiales ad decisiones quarundam causarum, & tyrãnus patitur istas causas ventilari per officiales populi sub regula iustitię, tũc illa acta valent, quia voluntarię & nõ
4 coactè facta sunt. †Idem dicendum est in baronibus, qui regulariter habent iurisdictionẽ, saltem ratione territorij, vt dicit And de Iser. in c. j. q. d sit inuesti. vt si tempore tyranni ferant sententias non nominę tyranni, sed tanquàm baro. ualet, quia latæ sunt sub regula iustitiæ, & non ꝑ impressionem, vnde non inspicitur animus tyranni, sed animus ipsius baronis, pront in simili notat Bar. in l. j. ff. de itin. actuq; priu. qui ánimus declaratur per reductionem fidelitatis statim factam cessante tyrãno. ¶Ex quo comprehendiť, ꝙ animus suus fuit actum exercere licito modo, hoc est, vt baro autoritate veri domini, & nõ tyranni, per ea quæ not. per dominũ Abb. in c. nisi essent viri ꝓuidi. de ꝑbẽ. ¶†Hinc est, ꝙ dicit And. de Iser. 5
in consti Reg. Priuilegia. la ij. quòd facta à tyrannis debent reuocari, non autem facta à iudicibus tyrãno subditis, qui non peccauerunt, quia necessitas non habet legem. l. j. de offic. consulis cum similib. ¶Et odio alterius quis non debet grauari. C. de inoffi. test. l. si quis in suo. ¶Imò dicen-

dum est aperto ore, quod si isti barones protulerunt sententias sub eorum nomine, quod non est dicendum, quod videatur protulisse nomine tyranni, ex quo ille tyrannus non habetur pro superiore eorum, vt videtur innuere Bart. in tractatu repræsal. in v. q. ij. quæstionis principalis. dum allegat l. decernimus, & sic videtur quod lata sit sententia per baronem autoritate sui superioris, & non illius, qui nõ erat eius verè superior. ¶ † Et ideo bene dicebat Bald. in d. l. decernimus in ver. venio ad secundum, quod si quidem isti processus fiant obtentu personæ timentis tyrãnum, puta contra partem expulsam, & nõ valẽt, quia illi expulsi non valent comparere, vt in Clem. pastoralis. de re iud. aut non fiunt contemplatione tyrãni, sed meriti, vel demeriti, & tunc valent, quia vbi est iusta causa & autoritas iurisdictiõis, ibi nõ potest esse vitiũ, tamen fuit dictũ ex quo non est nostrũ ista iudicare, nec iudicauit, quod consultet Regia maiestas, & dicatur in consultatione, quod de iure isti processus facti per barones, vt suprà valent, & tenent Matthæus de Afflicto. V. I. D. ¶ Item in hacmet causa fuit dubitatum. si in libello narretur spolium, & posteà concluditur ad restitutionem terræ, si per hoc sit deductum petitorium & possessoriũ. Multi ex dominis dicebant quod est deductum petitorium & possessorium,

6

7 † quia in iudicio possessorio petitur solum restitui possessio, vt in toto titulo. ff. de vi & vi arma. & in c. cum ecclesia. de causa possessio. & proprie. & in c. cũ super. eo. ti. quia aliud est restitutio rei, aliud possessionis. l. officiũ. & l. qui restituere. ff. de rei ven. l. si duo. §. fi. ff. vti possi. & tenet expresse Alex. in ij. vol. cons. cxvij. in j. col. & in quarto vol. cons. xliij. in j. colũ. quod Tamen dñs Viceprotonotarius dicebat, quod ipse vidit de hoc dubitari, & fuit conclusum, quod si narretur spoliatio, & concludatur ad restituendum rem, quod videtur solũ possessoriũ fuisse intentatũ, & pro ista decisione allegabat in terminis Federi. de Senis in consi. cclxxiij. & dñm Anton. de but. in c. sæpe. de resti. spol. vbi hoc expresse firmat, & ibi dicit Ioan. Andr. quod rectius fuisset dictũ, quod petit possessionẽ restitui, quàm petere rẽ restitui, tñ secundum eum saluatur libellus, quia intelligitur rẽ restitui. s. quò ad possessionem. ¶ Bene facit quod notat Bar. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero ff. de iureiuran. vbi dicit quod

8 † verba impropriantur pro saluatione libellorũ, pro hoc est tex. in c. auditis. & in c. cũ venissent. iuncta glos. de restitu. in integrum. & maximè hoc est verũ, si pars declarat, quod solũ possessoriũ vult prosequi, prout fuit in casu, de quo quæritur. Item etiã fuit dubitatum, si fuit lata sentẽtia in possessorio, & ad restõnem fructuum, & appellatum, & pendente appellatiõe fuit facta executio per l. vnicam. C. si de momen. possess. fuit appellatũ. An potest fieri executio etiam pro fructibus, vel super fructibus appellatio suspendat executionem sententiæ in possess. Et fuit votatum secundum Bald. in dicta l. vnicã, quòd causa super fructibus non est momentanea, vt. C. de appellat. l. & in maioribus. Idem si sententia super possessorio condemnet ad interesse, † quia non

9 fit executio pendente appellatione, secundum Bald. & ibi Barto. in l. creditor. §. iussus. ff. de appellatio. Et Specula. idem voluit in titu. de appellatio. §. in quibus. versicu. sed qui appellatione. bene tamen fateor, quòd si fiat executio rei spoliatæ, fit executio consequenter in fructibus pendentibus, quia pars soli sunt, vt in l. fructus pendentes. ff. de rei vendi.

DECISIO LXXVIII.

De sentētiis senatus à quibus fuit reclamatum reuidendis non obstantibus appellationum temporibus.

SVMMARIVM.

1 Sententia senatus lō. tēp.lata à qua fuit reclamatū ĩ. tps cū protestationes reuidendi an possit reuideri.

2 Sñia pfecti ptorio post duos annos transit in rem iudicatam.
Fatalia an curant in regio senatu.
Fataliū lapsus appellationē eneruat.
Pactum tacitū lapsu tpis roboratum plus operatur, quàm expressum.
Appellationi expresè renuntiari in criminalibus non potest.

4 Fatalia in causa appellationis introducta ĩ pricipis cōsistorio qñ currāt.

5 Diuisio qñ non piudicet reuisioni.
Protestatio fiēda solutionis saluo iure reuisionis trahit ad actus futuros.
Actus cōtrarius ptestationi ñ nocet.

6 Protestatio iudicialis cōtraria facto iuuat protestantem.
Stilus curię seruandus.

1 In cā Firmani de Racaneto†dubium fuit, vtrum sñia sacri cōsilii lata, iā sunt ferè anni xviij. à qua fuit reclamatū ĩ. tps, & pstita cautio de restituendo &c. Et ptestatum, q̄ sit saluum ius reuisionis, iuxta aut quæ supplicatio. C de pci.impera.offe.& fuit facta diuisio bonorū inter sorores vigore sñiæ. ¶ Si dicta sñia possit reuideri, vel sit transacta in rem iudicatam. ¶ Et si per diuisionē bonorū videat renūtiatū reclamationi. ¶ Et prima facie quilibet diceret, q̄cā nō pōt reuideri. Ex quo per cursum tanti tpis sñia transiuit in rem iudicatā,
2 cū omnia fatalia sint dicursa. †Item quia sñia pfecti ptorij post duos annos transit in rem iudicatam, vt dicit Glos.not. in l.j. C.de senten.præfec. præto. ¶ Item quia est regia pragmatica, q̄ etiam in sacro Consilio currūt fatalia, & fatalibus elapsis hr̄, ac si non .eēt reclamatū vel appellatū: vt in l.tpa.& in l.per hāc.C.de tēpo. appel. & dicit Bal. in l.cū anterioribus.eo. tit. q̄ tacitum pactum cursu temporis roboratum.s. patiēdo labi tps appellādi, plus operat, quàm ex-
3 pressum:† nam in criminalibus non pōt renūtiari expresè appellationi: & tñ pōt pati labi tps, & hic non solum lapsum est biennium, vt dicitur in aut.ei qui.C.eo.ti. sed spatium lōgissimi tpis.s.xx.ann ergo &c. ¶ Itē quia post sñiam fuit facta solutio.i. diuisio bonorū, & sic vr̄ recessum à reclamatione, per l.ad solutionē.C. de re iudi. ¶ In contrarium facit aut. sed lis.C.eo.ti.vbi dr̄, q̄ postquā causa appellationis est introducta in cōsistorio principis, non currūt tpa appellationis, donec priceps cōstituat quis cognoscat.qui tex.est canonizatus in Decretis ij.q. vj. in c.anteriorū.in §.ad hoc sancimus si qñ lex & sumit ex authētico, de appella.& ĩ. quæ tpa.in princ.col.iiij.quē tex.alleg.Specu.in ti.de appel.§.vij. Et dicit Archi.in d.c.anteriorū† q̄ in con-
4 sistorio principis qualitercunq; appellans sit impeditus, non currunt tēpora, anna le vel biennale. Sola enim negligentia imputat.idē Alexan. de Imo.in j.vol.cōs.xix ¶ At in casu, de quo agit, lata sñia Regia fuit reclamatum: & fuit facta executio pmissā ptestatione saluo iure reuisionis, & virtute sententiæ in vim executionis fuit facta diuisio, & dr̄, q̄ nulla fuit negligentia ex parte reclamantis, propter impedimenta allegata: videlicet præsidens in Cōsilio lacerauit supplicationem prosecutionis, vnde diuisio uidetur factā citra piudicium causę reuisionis stante præcedenti protestatione, quòd sit saluum ius reuisionis ante diuisionem:

cũ diuiſio non videt̃ actus cõtrarius actui reuiſionis & proteſtationis, ſed poſſunt ambo .ſ. diuiſio & reuiſio ſtare inſimul: †& ſic per diuiſionem nõ videt̃ receſſum à proteſtatione & reuiſione: ſed talis proteſtatio refertur ad omnes actus futuros, vt dicit Bar. in l. non ſolũ. ff. de oper. no. nun. ver. ex prædictis apparet, ꝙ ſit huius proteſtationis effectus: quia proteſtatio, ꝙ fiat ſolutio ſaluo iure reuiſionis, hoc importat, vt trahatur ad actus futuros: vt dicit Ioan. de Imo. in c. cũ. M. & ibi per Felinum, char. lxxv. in j. col. de cõſtitutio. Et firmat Pau. de Caſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis ¶Item ſi proteſtatio fiat ex cauſa probabili, licet poſteà fiat actus etiam contrarius proteſtationi, non videt̃ receſſum à proteſtatione, vt dicit dominus Abbas in d. c. cum M. in ver. venio ad ſecundum. de conſti.

6 ¶Item † quia proteſtatio, etiam ꝓ ſit cõtraria facto, ſi eſt facta in iudicio, iuuat proteſtantem: quouſque reijciatur per iudicem, & non audiatur: vt dicit Ioan. And. in c. ſolicitudinem: de appel. & Imo. & Feli. in d. c. cũ M. char. lxxvj. in iij. colũ. Sed iſta proteſtatio nunquam fuit reiecta ꝑ ſacrum Conſilium. ergo &c. ¶Item quia diuiſio in vim executionis ſententię omnino non habebat fieri ẽt contra voluntatem ſuam, vnde non vitiatur tunc proteſtatio: vt dicit Io. Andr. poſt. Hoſt in c. Cumana in ij. colũ. de elect. ideo fuit viſum ſacro Conſilio, ꝙ attentis prædictis & etiã ſtylo ſacri conſilii, ꝙ ſententiæ Conſilij, à quibus fuit reclamatum, ſemper reuident̃, non obſtãtibus tpibus appellationũ, ꝙ in dicta cã procedat̃ ad reuiſionẽ, de quo ſtylo etiã capta fuit informatio à practicantibus.

DECISIO LXXIX.

De reuiſione interlocutoriæ ex eiſdem actis, non obſtantibus literis Regiis ĩ oppoſitũ.

SVMMARIVM.

1 Appellatio an ſit deſerta ꝓpter nõ præſentationem proceſſus infrà terminum ſtyli curiæ.

2 Impedimentum poteſt per iuramẽtum probari, ſi ex longinquo appellatio afferatur.

3 Sententia interlocutoria ex eiſdem actis reuidetur de iure.

4 Cauſarum longæuus vſus poteſt ꝓ iur: allegari.

I N cauſa appellationis † ab interlocutoria lata per D. Io. Baptiſtã Brancatium fuit appellatum per Gaſparem de Scocio ad ſacrum Conſilium per nobilem Iacobum Sanazarium. dicit, ꝙ appellatio eſt deſerta, q̃ nõ fuit pſentatus proceſſus infrà l. dies iuxta formam conſtitutionis Regni, Appellationum tẽpora. Imò nõ fuit facta citatio, nec cauſa fuit commiſſa infrà dictum tp̃s. ¶Ex parte altera allegat̃ impedimentum: & produxit literas domini Silueſtri auditoris, quę literæ ſatis probant eius diligentiam. Et impedimentum fuit ex eo, quia ſecretarius noluit ponere manũ in ſignatura. ¶†Licet aliàs impedimentum poſſit per iuramentum partis probari: vt dicit Fede. de Se. in conſi. cix. incip. ſuper puncto. vbi allegat multa iura. & in c. vt circa. in fi. de elect. in vj. & doc. in cap. ex ratione. de appella. & in Spec. de appel. §. nunc. ver. quid ergo, & verſ. quid appellatum tamen Ioan. Andr. dicit ibi prędicta procedere in appellationibus ad curiam de longinquo, ſecus quando appellat̃ ad locũ propinquum, tunc impedimentum, debet aliter probari, quàm per iuramẽtum, per tex. in l. fi. §. illud. C. de tẽpo. appella. ¶Tamen fuit dictum per omnes de Conſilio, ꝙ ſtylus in ſacro

Consilio est,† φ de sententijs interlocutorijs & etiam diffinitiuis,quando est causa deserta propter modicũ tempus,semp solet reuideri ex eisdẽ actis,& maximè sententia interlocutoria,quæ de sui natura reuidetur ex eisdem actis de iure:vt in Cle.appellanti.de appella.& Barto.in l.ait prætor.§.permittit.ff.de mino.& in l. p hanc.C.de tempo.appel. & in l.eius qui.ff.de appella & Bar.in l eos.§. si quid autem.C.de appel.fallit in certis casibus;vt per Bal.in d.l. per hãc in vlti.col.¶Vnde fuitvotatum,φ reuideat̃ dicta causa in sacro Consilio, literis Regijs non obstantibus,in q-bus dicebat̃,φ fiat iustitia iuxta Regni constitutiones & capitula : quia de iustitia non obstant literæ : quia impedimentum excusat à desertio-

4 ne:vt suprà dictum est.† Item quia ritus sacri Consilij sic vult, vt reuideat̃,si medio tpe esset deserta appellatio ab interlocutoria ex eisdem actis.Et ideo dicebat Card. Florẽ.in Cle.sæpe.§.quia verò.de verb.sig. φ longæuus vsus causarum potest allegari pro iure siue tendat ad litẽ ordinandam, siue decidendam. Faciunt ea, quæ solent allegari de efficacia styli per doc. in c.fi. de consue. & in. c.ex literis. de constitu. & in c.ij. de præben.in vj.& per dominum Georgiũ in repe.d.Cle. sæpe.in §. & qa. & per Feli in c.ij.de rescriptis.in vj. col.& per Bal.in l. prolatam. C. de sentẽ.& in l.iubemus.C. de iudicijs. Ioan.de Ana.in c.quàm sit graue.de crimi.falsi.cum concor.

ADDITIO.

De sty!o curiç attendendo vide. Chassa.consi.lxvij.nu.57.Et Hyppolitus de Marsil.singula. cxviij.incip. stylus. Et Bertrandi parte prima cõsil. ccclxxvij.nume.7.& parte secunda.consi.cxxiiij.nu.4. & parte.iij.cõsil.ccxiiij.nume.7.

DECISIO LXXX.

De iure emphyteutico, & de iure commissi propter non solutum canonem intra triẽnium in re magna pro paruo censu concessa.

SVMMARIVM.

1 Emphyteutica res magni valoris ꝑ paruo censu submissa,an cadat ex toto in commissum proter non solutũ canonem lapso triennio.

2 Clausula,dedit maiorem valentiam; quid operet̃, & an faciat cessare remediũ legis ij.C.de rescin.venditio.

3 Facta omnia in cõtractu emphyteutico sunt licita.

Pretium totum perdere propter cessationem vnius nummi graue est.

4 Pactum regulat̃ secundum principale propositum.

Donatio non dicitur,vbi potest capialia coniectura.

Necessitas liberalẽ neminem facit.

Obligato ex necessaria cã magis succurrit̃,quàm ex voluntaria.

5 Iuramẽtũ potest per partẽ remitti.

6 Index compellit ad remittendum iuramentũ etiã per captionẽ ꝑsonæ.

Iuramẽtũ verũ habet tres comites.

Homines simplices circũducti & errantes repetunt.

Iustitia cõsistit in naturalibus argumentis.

7 Iuramentum quando excludat erroris allegationem.

Iniquitas debet abesse à iuramẽto.

8 Differentia est inter solutionem cẽsus in recognitionẽ directi dñij,& solutionem census respectu pecuniæ receptæ.

Contractus nomen nõ inspiciendũ, sed reum substantia.

Sẽsus inspiciẽdus potius,q̃ verba.

9 Iustũ vnũ ꝑhibet̃ pp vnũ iniustũ.

FVIT magnum dubium in

1 Consilio,¶ †vtrũ res emphyteutica

incidat in commissum propter reditum non solutũ per trienium in emphyteota priuati in totum, vel solũ pro illa quantitate pecuniæ, pro qua fuit res illa submissa. ¶Verbi gratia, res quę fuit submissa sub nã emphyteutica valebat ducatis mille: dominus in naturam emphyteuticam pro ducatis tricentis, quos recipit submisit rem illam pro ducatis xv. annuatim in naturam emphyteuticã: vtrũ tota incidat in commissum, vel solũ pro illa parte, videlicet pro ducatis trecentis. ¶ Videt ꝙ in totũ incidat commissum: quid. n. refert, si concedat res magna sub nã emphyteutica pro paruo census? Si. n. non soluit cẽsus j. triennium, certè cadit à iure suo: vt in l. ij. C. de iure emphy. & in cap. potuit de locato. & insti. loca. §.
2 adeò. ¶ †Nec est in consideratione, ꝙ sub vno nummo pro censu in naturam emphyteuticam, & cessatũ sit in solutione per triennium, ꝙ tota cadit in cõmissum, vt dicit Glos. in authen. qui rem. in verbo, repelli potest. C. de sacrosan. eccl. Et licet glo. hoc non firmet: tamen Bald. hoc firmat ibi & in l. cũ allegas. in vii. opp. C. de vsur. firmat Ias. in d. authẽ. qui rem. & facit xij. inductiones, vt ibi ꝑ eum. Et si aliquis habens rem suam liberam magni valoris, totam rem illam mihi submittat pro certo paruo censu sub natura emphyteutica titulo donationis, vel titulo venditiõis cum clausula, si plus valet etiam in maxima quantitate, ꝙ donat cũ iuramento pro paruo pretio, quo casu cessat remedium l. ij. C. de rescindẽ. vend. secundùm communiter doct. ibi, certè nulla ratio diuersitatis assignari potest, vt incidat in cõmissum si non sit solutus redditus intra biẽnium in re ecclesiæ, vel triennium in re priuati, si non sit solutus reddit⁹
3 intra biennium vel trienniũ. †Quia virtus pacti seu cõuentionis hoc operatur, & omnia pacta sunt licita in contractu emphyteutico, vt dicit dicta gl. in d. auth. qui rem. ¶Sed in cõtrarium facit illud, quod dicit dicta gl. in d. authẽ. qui rem. ꝙ graue est, ꝙ propter cessationem vnius nummi totum pretium & res perdatur, vt ibi per eam. Ita nimis graue est, vt pro tricentis ducatis perdat rem valentem mille ex tardata solutiõe trium annorum, cùm censum semper posset petere, vt dicitur in dicta authen. qui rem. ¶Item licet in instrumento dicatur, quòd si non soluatur census intra triennium res incidat in commissum, tamen principale propositum fuit partium rem ipsam submittere pro ducatis tricen- 4
tis, †& sic illud factum regulatur secundùm principale propositum. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. aliàs illud pactum inducet donationem, & ibi potest capi alia coniectura quàm donationis, non debet dici ꝙ fuit donatio. l. si cùm aurum. ff. de solu. l. cũ de indebito. ff. de prob. & l. elegãter §. qui reprobos. ff. de pig. acti. Et maximè cùm in necessitatibus nemo liberalis existat, vt in l. rem legatam. ff. de adimẽ. leg. Glos. in l. si vsufruct. ff. de iure dotiũ. ¶Magis. n. succurrit illi, qui ex necessaria causa se obligat quàm ei qui voluntariè. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogã. ¶Cum ergo volens summittere domum pro tricentis ducatis erat in necessitate constitutus: quia sic dicẽdũ est à cõiter accidentibus. non est dicendum ꝙ voluisset pro tricentis ducatis ob tardatam solutionem trium annorum amittere rem valentem du- 5
catis mille. †& si secus diceremus, esset hic dolus re ipsa, quando pactũ sic esset expressum. s. ꝙ tota incideret in cõmissum. vt no. in l. ij. C. de rescin. vẽdi. & in l. si quis cũ alter. ff. de verbo.

verbo.obli.¶Et licet vbi esset in inſtro iurm, non possit venire contra iurm,per not.per Glo.& doctor.in l. ij.C.de reſcinden.vendit.& per Ioã. de Imo.in c.cũ contingat.de iureiu. tamen iudex posset partem compellere admittendũ hoc iurm:quia pars pôt remittere iurm:vt no.in c.cõſu luit.de vſu.Ioan.And.in c.ij.de ſpõ. ex quo non continet illos tres comi tes.ſ.veritatem,iudicium, & iuſtitiã. c.animaduertendum xxxij.q.ij.nam iuſtitia deſinit in hoc iuro,quia non continet licitum & honeſtum, non enim eſt honeſtum,vt pro trecentis ducatis habebat rem valẽtem mille, mille iuxta notata in c.debitores.de iureiur.& Bal.in c.j.§. item ſacramẽ

6 ta.de pace iuro firman.dicit,† quod boni præſides per capturam perſonæ faciunt talia iuramenta relaxari per l.illicitas.ff.de officio præſidis.¶Præ terea ſimplices homines circunuentionibus inducti repetunt tanquam errantes.dicit Bal. in l.j.C.ne filius pro patre. ¶ Vnde potius crederem, ꝙ per ſimplicitatem & circunuẽtio. aduerſarij fuit tale pactum factũ attenta iniuſtitia pacti,quàm ꝙ ex cer ta ſcía voluerit donare, ſtante dicta neceſſitate,quam habuit in ſubmittendo domũ prędictam. Iuſtitia.n. conſiſtit in naturalibus argumentis. dicit Bal.in l.ædem.C.locati.dum al legat l.ſcire oportet.§. ſufficit.ff. de excuſa.tutor.Nec obſtat,ꝙ iurm ex cludit erroris allegationem, vt dicit Alex.in.iij.vol.conſi. xvij.in j. colũ.

7 ¶†Quia illud verum, qñ iurm habet illos tres comites,vt ſuprà dictũ eſt, ſecus qñ non continet iuſtitiã & honeſtatẽ, prout eſt in caſu,de quo q̃ri tur ſecundum Ioan.And.in nouella in c.j.de iureiur.lib.vj.¶Pretereà in tali pacto,ꝙ tota res incidat in commiſſum,quæ valet mille,vbi recepit trecentos, non videt̃ ꝙ ſit cã,vnde potius ꝓſumit̃ erronea, niſi ꝓbetur certa ſcía:vt dicit Alex.in iij. vol.cõ ſil.xix.in j.col.¶Nec obſtat iuramẽtum,quia reſpondet̃ vt ſuprà magnã enim iniquitatem continet tale iura mentum,quæ debet abeſſe à iuro c. quanto.de iureiur. authen.ꝙ eis. C. de ſecun.nup.& Ioan.And.in nouel. in d.c.j.de iureiu.¶Nec obſtat illud, quod dictum eſt ſuprà,ꝙ non pôt ra tio diuerſitatis aſſignari inter illum qui concedit rem magni valoris ꝓ cenſu vnius denarij, vt ſi non ſoluat intra terminum,cadat à iure ſuo: vt tenet Pet.& Bal. in d.auth.qui rem. per tex.in auth.de non alie.§. itaq;, & dicit,ꝙ ita obſeruat conſuetudo, & dicit Bal.in rub.C. de iure emph.

8 †quod fallit in eccleſia, re publica, & minore,& illum qui ſubmittit rẽ ſuam valentem mille pro trecentis ducatis &c. ¶ Quia dico, eſt magna differentia.Nã in primo caſu cenſus ſoluitur in recognitionẽ directi dominij,vt dicũt doc.in d.auth.qui rẽ. Sed in ſecundo caſu in veritate cenſus ſoluit̃ ad rõnẽ quinq; pro centenario : & ſic reſpectu pecuniæ receptæ.vnde non inſpiciendum eſt nomen contractus:ſed potius rerũ ſubſtantia,vt dicit in ſimili Bald. in d.l. ædẽ. verſi. ſed quid de eo qui emit. C.locati.& in l.ſi eum. C. de rerum ꝑmut.& in l.licet.C.locati. & Bal.in l.ſi cùm anteà. C. de donat.añ nup. vbi potius ſenſum q̃ verba inſpicimus.Idẽ Bal. in l.j.C. de ædi. actio. Sed vt conſideret̃ potius effectus q̃ ipſa noíatio emphyteuſis,ex quo nõ continet iuſtitiã & honeſtatẽ:†ideo

9 pp vnũ iniuſtũ ꝓhibet̃ vnum iuſtũ. xij.q.j.habebat.xxj.diſ. deniq;.ff.de dãno infecto.l.ſi finita.§. ex hoc edi cto.& ſic cũ tale pactũ appoſitum in contractu emphyteutico dẽt obſeruari:quia oía pacta in tali contractu ſunt obſeruanda,tñ quia reſultaret

talis inhonestas & iniustitia, ꝓhibet hoc iustum pp iniustū:vt dicit Spec. in aureo libro suo, in titul. de vetitis seu permissis. & sic fuit iudicatum in Consilio, ꝙ pp redditū nō solutum ꝓ tricentis ducatis tm̄, res illa incidat in cōmissum, & nō tota res, quæ valet ducatis mille. Matthæus de Afflicto, vtriusq; Iuris Doctor.

DECISIO LXXXI.

De restituendis pecuniis hæreditatis cessionario exactis p cedētē ante trāsactionē.

SVMMARIVM.

1 Hæres cedens ex cā trāsactionis hæreditatem, an teneat debita ante trāsactionem exacta restituere cessionario, vt pecuniā hæreditariam. nu. 3.

2 Hæreditas vendita cessante conuentione trahit illa quanti erant tempore mortis testatoris.

Tempus contractus quando inspiciēdū, & non præcedens, nisi actum sit.

TESTAMENTARIA hæ-
1 res†vnius mercatoris noīe Infabrica: ex cā transactionis cessit hereditate dictæ Infabricæ suæ filiæ, vxori Antonij Follerij, pro certis alimentis præstandis annus vsq, ad summā ducatorū cētum p annū. ¶ Antequā fieret dicta transactio, hæres exegit certos debitores hæreditarios. Vtrū hæres teneat istam pecuniā per eum exactā post mortem testatoris, vt pecuniā hęreditariam restituere huic cessionario ex cā trāsactionis? Et sumus in casu, qn̄ nō est aliquid actum inter partes, qd de istis pecuni js hæreditarijs debitis dictis hæreditati.
2 ¶†Dico ꝙ istud dubiū exprefsè deciditur in l. ij. in §. j. ff. de hæred. vel actio. vendita. vbi dicit, ꝙ ille qui vēdidit hæreditatē cessante cōuentione, debet illa quāti erāt tpe mortis testatoris, & teneē hæres de eo quod ad eū peruenit cū effectu restituere emptori hæreditati, & sic ista hæres debitum hæreditarium per eū exactum ante transactionē debet restituere dicto cessionario, cū nihil aliud
3 in contrariū sit conuentū:†licet plerunq; conueniri solet, vt inspiciat tēpus contractus: tū si hoc conuentum non sit teneē pecunias hæreditatis exactas restituere: vt ꝓbat tex. in d. l. ij. in versi. plerunq; & in vers. peruenisse. & in vers. illud. ¶ Nec obstat Glo. ibi posita, quæ dicit ꝙ tp̄s contractus inspiciē, & non tp̄s p̄cedens,
4 nisi actum sit. ¶ Quia†illa Gl. ꝓcedit qn̄ res fuerunt demonstratæ tempore contractus: vt declarat tex. in l. ꝗ filij famil. ibi. nisi de substātia eius affirmauerit. ff. eo. tit. Aliàs, si secus vellemus dicere, ista Glo. esset falsa: quia contra tex. §. illud. & in versi. sed rerum. & melior est tex. in l. venditor ex hæreditate. in vers. cū hæreditas venit, tacite hic agi videē &c. Et sic fuit mihi uisum de iure dicendū: quia fui cōmissarius causę, & facta relatione in Consilio, Consilium fuit eiusdem voti.

DECISIO LXXXII.

De exercitoria, & de domino nauis, an teneat de dāno dato

SVMMARIVM.

1 Dominus ad damni emendationē, an & quādo teneatur ꝓ familia. 3. 5.

2 Familiares cōtra volūtatē principalis Simoniā cōmittentes, an ligēt prīcipalē, & idē de alio delicto. n. 8.

3 Administratoris gesta ēt in excessu p̄sumunē à domino approbata.

Exercitoris factū an obliget nauis dn̄m, etiam quò ad dolū & culpā, & quando. nu. 9. & 10.

4 Familiā bonā dn̄s teneē eligere.

Publicanus tenetur ex facto ministrorū exigenti ū, & an libereē si delinquentem exhibeat nu. 7.

6 Forma libelli spoliari à familia, &

vult contra dominum agere.
Familia extra districtum delinquente, dominus non tenetur.
7 Dominus ratum habens tenetur de facto familiæ liberæ, licet non mandauerit.
8 Dñs ppones aliquē, ne furta cōmittant, an teneat de furto cōmisso.
9 Intellect⁹ ad l.j.§.igit.ff.de exercit.
10 Casus specialis an exclusus à regulis iuris communis.

Dvbitatvr, an dominus nauis
1 †teneatur ad emendationem damni illati Georgio Veneto, cuius grippū cum bonis captum fuit per nautas & exercitores nauis, ipso domino absente & ignorāte, ac dante eis in mādatis expresse, ꝙ non capiant bona Venetorum. ¶In hoc dubio dico prima facie, ꝙ stāte mādato domini expresso facto exercitoribus & nautis nauis suæ. ꝙ non capiant bona Venetorū, si ipsi exercitores faciunt cōtrariū eius quid dñs mandauit, dñs non tenet de damno dato Venetis per dictos exercitores & nautas. ¶Ad hanc decisionem fundandam, allegat text. in c.Petrus diaconus.de homic.vbi illi consanguinei & familiares contra prohibitionē illius diaconi fecerunt delictū & homicidiū, dicit ibi Papa, ꝙ nō tenetur ipse diaconus, quia cōtra eius ꝓhibitionē expressam factū
2 fuit delictū. ¶†Item allegat tex.in c. sicut.de Simonia.vbi si consanguinei & de mea familia contra meā prohibitionē & contra meā voluntatem à qua minimè recessi, Simoniā cōmiserūt. Ego nō teneor de dicto delicto. ¶Item allegat text.in c.cōstitutis.in præsentia nostra.de testi. vbi delictū præstitum à consanguineo cōtra ꝓhibitionē principalis, non nocet ipsi principali. ¶Item allego text.in c.q̄a ꝓsulatus.j.q.quarta, vbi si cleric⁹ spoliauit alium clericū possessione sua, & cōsanguinei clerici spoliati reuulserunt oculos clerico spoliatori, dicitur ibi, ꝙ delictum non imputat clerico spoliato, quia illud ideo est, quia ignorauit consanguineos velle offendere aduersariū: multò fortius nō imputat, si expressè prohibuisset, licet in administratorib. & nautis & exercitoribus hoc.s.de ignorantia nō ꝓ
3 cedat, † quia illud q̄d gerit administrator etiā ꝙ excedat, ꝑsumit approbatū à dño, vt est tex.in c.fi. de iureiu.li.vj.bene facit l.quarta, in prin.ff. de dā.infe.& in l.j.in prin.ff. na. cau. stabul. Vnde dicit eleganter tex. in l. j.§.magistrū.ff.de exercito.ꝙ domin⁹ nauis obligatur ex omni facto magistri nauis. Itē tenet ex dolo & culpa nautarū, & sic ex delicto eorū, vt expsse etiā dicit tex.in l.debet exercitor.ff.nau.caup.stabul. ¶Itē allego tex.in l.j.§.igitur ꝑpositio.ff.de exercitoria, vbi dicit, ꝙ forma mādati est inspiciēda, & si magister nauis excessit formā mandati, dñs nō tenet, aliàs cessante dicto mandato seu ꝓhibitione ꝑdicta, si familia deliquit in illo officio seu ministerio, in quo dñs eā ꝑposuit, tunc tenet dñs de delicto familiæ, quia tūc non potest dño impu
4 tari, †ex quo non elegit bonam familiā, vt dicit tex.in l. j.§.familiæ .ff. de public.vbi præpositus ad vectigal tenet ex facto familiæ suæ, quā sibi adiunxit in illo ministerio. Et tūc si dominus illā familiā delinquentē exhiberet, liberaret. vt in d.§. familiæ. & l.si post. C.de assessoribus. & l.cum si exhibuissent.ff de public.hoc verum secundū do.Abb.in c.j.de restit.spoliatorum, cùm quis exercebat officium publicum, secus si priuatum, vt quia regebat hospitiū, tunc nō sufficit exhibere malefactorem. sed est in electione damnum passi an agat contra dominum, an contra familiam, vt in l.vnica.ff.furti aduersus nau.caup. sta.allegat Bart. etiam in dicto §.fa-

miliæ. & sic in casu nr̃o cessante dicta ꝓhibitione non liberare ĩ exhibẽdo nautas & exercitorẽ. ¶Et in hoc voto fuit magna pars dñorũ de Cõ-
5 silio. ¶Regulariter † in isto dubio, an dñs teneat ex delicto familiæ, sic dicendũ est, quantũ ad casum, de quo agitur, ꝙ si dñs sciuit delictũ fieri à familia, & potuit ꝓhibere, & non ꝓhibuit, & tunc teneť. Si aũt nesciuit, & tunc non teneť. ita tenet Spe. in titul. de lapsis dispẽsa. §. iuxta. ver. qd si amici. & Bal. ĩ l. j. iiij. col. de seruis fugit. dum allegat capitulũ, cũ ad sedem. de resti. spol. & ibi glos. & hãc cõclusionẽ firmat Alex. de Imo. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori. ff. de ope. noui nũtia. Bene facit tex. in d. l. ij. iij. & iiij. ff. de noxalibus. ¶Et bñ probatur hæc conclusio in d. c. cùm ad sedem. Et ideo Spe. in ti. de resti. spolia. §. j. versi. si verè tu me non expulisti, sed familia tua. ponit formã libelli qñ quis spoliatus est à fami-
6 lia, & vult agere contra dñm: † nam debet dicere, quod ipse est spoliat^9 à familia talis de tali re, quam expulsionẽ dñs ratam habuit, vel res spoliata ad eum peruenit. & idem dicit ĩ. eo. §. versi. item circa interdictum. Et sic puto quo debet intelligi illud quod dicitur, ꝙ dñs tenetur de delicto familiæ, vel ex dãno per eam dato: vt dicitur in d. §. si quis ipsi ꝓtori. & vt dicit Spec. ĩ ti. de iniur. & dam. dato. in fine, dũ allegat l. si verò. §. j. ff. de his qui deie. vel effuderũt. & idem in Spec. de furtis. §. j. versi. alia quoq; hoc addito, qđ si familia delinquit extra districtum, dñs non teneť l. debet. ff. nau. cau. sta. & ibi Bartol. ¶Item datur alia regula, ꝙ licet dñs ꝓhibuerit vel nesciuerit delictũ factũ à familia, si tñ ex facto familię res peruenit ad dominũ, dñs tenetur: vt dicit Ioã. de Imol. in d. c. cum ad sedẽ. licet Glo. Inno. & do. Anto.
7 hoc non firment: † sed in hoc nõ est dubiũ, ꝙ qñ dñs mandauit, vel non mãdauit, sed ratum habuit, tunc dominus tenetur: vt dicit ibi Gl. & patet in l. j. §. ait prætor. & §. quod ergo adijcitur. ff. de vi & vi arma. ¶Et hoc procedit in familia libera. Sed ĩ familia seruorũ, dñs tenetur, etiã si non mãdauit, vel si non ratũ habuit, si res ad ipsum dominũ peruenit, vel tenetur actione noxali: vt dicit gl. in d. c. cũ ad sedẽ. ¶Item est alia regula in proposito nostro, ꝙ si dñs præposuit familiam in aliquo exercitio, puta fecit exercitorẽ in naui, & ibi posuit nautas, & exercitor deliquit cõtra prohibitionem & mãdatum, tenetur dominus, si familia deliquit in exercitio: vel nauta in naui: secus si extra nauim. tex. est ĩ l. debet. ff. nau. cau. stabularij. ¶Item datur alia regula, quã ponit Bart. in l. ne quid. ff.
8 de inceu. naufr. rui. vbi dicit, † ꝙ si aliquis poneret aliquem ad custodiã totius territorij, ne cõmittanť furta & robariæ, ille custos disrobauit, certè dñs qui eum posuit teneť, licet fecerit cõtra mandatũ. bene ad hoc facit id, quod dicit Bar. in d. l. j. §. familię. ff. de publicanis. Ista regula est satis ad decisionẽ huius causæ. ¶Nec obstant in contrariũ allegata quia illi consanguinei, qui deliquerunt, ꝓsumuntur deliquisse de ordinatione illius beneficiati: cõtra istã iuris præsumptionem probari potest contrarium, ꝙ nõ de eius ordinatione, imò contra eius ordinationem. quod nõ est sic in casu, de quo quæritur: quia cũ ista familia, scilicet exercitor & nautæ deliquerint, videtur dominus in culpa ipsam eligendo talem familiam delinquentem. Ideo tenetur ex hac cõmissa contra prohibitionẽ &
9 mandatum. ¶ † Tota vis est in respondẽdo textui in l. j. §. igitur. ff. de exercitoria. vbi non tenetur dñs si magi-

ſter nauis exceſſit formam mãdati. ¶Aliqui dicũt ꝙ ibi eſt caſus ſpãlis vt ibi patet. Regulariter aũt dñs tenetur ex oĩ contractu & facto magiſtri nauis, & de oĩ delicto nautarum vt d. §. magiſtrũ. Imò ſi dñs ꝓhibuit exercitorem, vt nõ faceret ſubſtitutũ & ille cõtra ꝓhibitionem ſubſtituit, & ſubſtitutus deliquit, tenetur dñs, per tex. ĩ l. j. §. magiſtrum. & ibi Bal. ff. de exercito. vt dicit ibi Bal. ꝙ hoc eſt ſpãle in exercitoria. ¶Sũt ergo duo iura contraria, quæ reddunt cauſam iſtam dubiã, videlicet. §. igitur. & §. magiſtrum. ¶Sed Bal. ibi dicit, ꝙ in §. magiſtrũ. eſt caſus ſpecia

10 lis: ergo in contrariũ eſt ius cõe: vt in in l. ius ſingulare. ff. de legibus. ¶Vnde dicendũ eſt, ꝙ ex facto nautarũ non tenetͬ dñs, ſi dñs expreſsè prohibuit delictum: quia fecerũt cõtra mãdatũ: vt in d. §. igitur. ¶Vel poteſt dici, dñs tenetur ex delicto inſtitoris, ẽt ꝙ delinquat cõtra eius mãdatum. Secus qñ contrahit cõtra ei⁹ mandatũ, vt innuitur in Gl. in l dẽt. ff. nau. cau. ſta. in §. item ſi ƥdixerit. Et licet per ſnĩam magnæ Curiæ Admiratiæ, Io. Thomaſius Calatam fuiſſet condemnatus: tñ per ſententiam ſacri Conſilij fuit reformata in eius fauorẽ: quia aliqui teſtes fuerũt examinati minus legitimè, aliqui fuerũt repulſati, aliqui examinati poſt cõcluſum in cauſa cõtra formã pragmaticę, ꝑ dictã curiam Admiratiæ.

DECISIO LXXXIII.

De iure emphyteutico, & de confinibus antiquis.

SVMMARIVM.

1 Verbis enuntiatiuis inſtrumẽti quãdo ſtetur. & nu. 3.

Limitatio ad legem optimam. C. de contrahend. ſtipulatio.

Verba enuntiatiua quæ dicantur.

2 Confines in inſtr̃o enuntiati maximè in facto antiquo ꝓbant dñiũ ĩter partes enũtiãtes, & illis ſtatur.

Cõfines rei ſuę ꝗlibet ſcire ƥſumitͬ.

3 Cõfeſſio iurata oẽm repellit allegationẽ ĩ cõtrariũ, niſi iuſta ex cauſa.

iuramentum validat actum ſiue iureiurando inualidum.

Actus iuratus regulis iuris poſitiui non ſubeſt.

4 Verba in inſtrumẽto partib⁹ ꝓbata ƥſentib⁹ fidẽ ſemꝑ cõtra eas faciũt.

Confeſſio inſtrumentalis ad vnum prolata effectum inter partes eaſdẽ nocet ad alium.

Confeſſio in vna inſtantia nocet in alia inter eaſdem partes, niſi procurator illam feciſſet.

5 Verba enuntiatiua propter aliud emiſſa diſpoſitionẽ inducunt fauore piæ cauſæ, vt, ꝓ dote & monaſterij.

6 Iudex diluit quod inter partes actũ eſt, ſiue in cẽſu, ſeu in ƥtio, licet de illis aut de quantitate nihil cõſtet.

Pretij quãtitas expreſſa ĩ inſtrumẽto ſubiicitur iudicis moderamini, ſi de re contẽdatur, non de pretio.

7 Fama ĩ antiquis factis multũ opatͬ.

Factum antiquum de quanto tempore dicatur, & an illius limitatio iudicis arbitrio ſubmiſſa ſit.

8 Probatio plena an reſultet ex vno teſte oculato & duobus de viſu in factis antiquis, ſi coniungantur.

9 Cõdẽnatio ad nõ petita qñq; fit.

10 Solutio cenſus erronea eſt, ſi cõſtet de ꝓprietate ſoluẽtis, nec nocet: & ĩ illa verba enũtiatiua nihil poſſũt.

11 Liber terrarius & cenſualis an, & quando fidem faciat.

12 Emphyteuſis an finiatur re emphyteutica deſtructa.

13 Religioſus proximis ſuis ſuccedẽs acquirit ſuo monaſterio.

Deſcendentium appellatione monaſterium poſt mortem monachi non venit in emphyteuſi pro ſe & deſcendentibus conceſſa.

Contrahentium verba strictè inter pretanda sunt.

14 Monasterium dicitur filius fictus in contractibus,& non descendens.

Redintegratio fit eo,quòd loco rei surrogatur.

Aestimatio rei locũ habet, vbi res præstari non potest.

IN causa antiqua sancti Sebastiani super duabus apothecis, quæ per illos de Blanca possidentur: & p eos dicitur, ꝙ attento,instrumento emptionis factæ iã sunt anni xc.p antecessores eorum,ꝙ sunt Frãciæ:& monasterium sancti Sebastiani, dicit, ꝙ sunt indebitè distractæ & alienatæ à dominio & possessione ecclesiæ: petitur eas reintegrari. ¶Vtrum probet de iure monasterij taliter quòd sufficiat. ¶Et fuit mihi & alijs dominis visum, ꝙ nõ probetur de dominio vel possessione apothecarũ ipsius monasterij:sed solũmodo probat,ꝙ monasterium super dictis duabus apothecis habet censum perpetuũ: ꝙ declaratur per libros monasterij videlicet de terris xj .hoc modo. Nam producitur instrumentũ,in quo continetur,ꝙ monasteriũ cõcedit Petro de Blanca duas alias apothecas in emphyteusim coniunctas dictis duabus apothecis,de quibus contenditur, q̃ sunt ad censum perpetuo concessæ per dictũ monasterium dicto Petro.

1 †Et in isto instrumento est ista assertio partium,quæ eis nocet per l.optimã.C.de contrah. stip. ¶Nec ob. ꝙ verbis enuntiatiuis instrumenti non statur, qñ cõtingit principaliter dubitari de eo quod enũtiat.sic limitat Ale.dictã l.optimam. in cõsilijs suis, consil.xxj.in j.vo.& in co.vol. conf. cxxxvj.in vij.co.& in ij.vol.cõs.ccj. in ij.col.Et firmat d.Ant.in c.illud.d ꝓsump.& Alex.in l.ex hac scriptura. ff.de dona. & Bal.in l. ad ꝓbationẽ. C.locati.¶Quia ad hoc respondet,ꝙ verba enuntiatiua dicuntur illa, quæ cõtinent præambulũ vel proœmiũ, in quibus nõ consistit voluntas, seu per se non stant, & non est verbum principale orationis, & de istis verbis enũtiatiuis intelligit dicta doctrina:vt dicit Alex.in conf. lxxxij.ĩ vij. col.in iij.vol.

2 Secus † autem si instrõ partes dicunt & enunciãt cõfines.nã statur illis confinibus enũtiatis inter partes maximè in facto antiquo: vt no.in l.cũ aliquis.p Bal.C.de iure deliberã.vbi dicit An.ꝙ illi fines ꝓbant dominiũ inter ipsas partes hoc idẽ expressius firmat Ant.ĩ d.l.optimam.in apostilla mea ibi quia quilibet dominus præsumitur scire confinia rei suæ.dicit Alex. in iij.vol.cõs. lxxxvj.ĩ ij.col. præsumitur enim Petrus qui contraxit, & dixit iuxta bona censuaria in perpetuũ dicti monasterij,ꝙ scienter hoc dicit, & ꝙ ipse sciebat esse censuaria dicti monasterij.¶Maximè etiam considero,quòd ista confessio facta per Petrum fuit

3 iurata†contra quã non admittitur aliqua in contrariũ allegatio, quæ tendit in eius annulationẽ, nisi ex iusta causa:vt dicit Gl.in c.fi.in verbo, iusta de iurei.in v.gloss.xxxij.q.j. c. apud misericordẽ. vbi si confessio est redacta in scriptis,nõ põt ipsam mutare.& not.Bal.in l.generaliter. C.de nõ nu.pec.Et pro hoc facit,quia vbi actus non valet sine iuramẽto,cũ iuramẽto valet:vt patet in multis exẽplis relatis p Alex.in j.vol.cõs.xxvij v.col.nã actus iuratus non dicit subesse iuri positiuo,vt dicit ibi Alex.& in.iiij.vol.consi.cij.Itẽ licet Alex.& do.Ant.dicant. ꝙ verba enuntiatiua non probant,quãdo principaliter dubitatur de enuntiato, tamẽ reperio ꝙ Ioannes And.in c.cũ in iure.circa fi.de offic.delegat.

4 † dicit quod verba in instrumento prolata præsentibus partibus, semper faciũt fidẽ cõ-

tra eas:& hoc refert Pet.de Anch.in Cle.j.de proba. Et ideo hæc confessio facta ad vnũ effectũ in instrumento nocet ad alium effectũ inter easdem partes,iuxta no. per Inno. in c. causam.de testibus.& Bar.in l.cũ lite.ff.iudi.solui. Abb.in c.dilectus. in verbo,confessus.de ca. mo. vbi confessio facta in vna instantia nocet in alia instantia inter easdẽ partes etiã variato modo agẽdi,fallit nisi eẽt facta per ꝓcuratorẽ,vt dicit Cõpostellanus in c.per inquisitionẽ.& ibi Abb. Sic.de elec.de cuius intellectu ꝑ Felinũ in c.j.vlt.col.vt lite nõ contest. ¶Bene ad hoc facit quod dicit Abb. Sic.in c.cũ dilectus.de suc. ab intest. quod vbi tractatẽ de fauore piæ cau-
5 sæ† verba enũtiatiua emissa ꝑꝑ aliud inducunt dispositionẽ. & tenet Bar. in l.j.C.de sacro. san.eccl.vnde dicit Bar.in cõs.ꝙ incipit,factũ sic se hẽt, Titius & Seius &c.ꝙ verba enuntiatiua pro dote inducũt dispositionẽ, vbi aliàs non inducerent, ꝑ no. in l. ij.C.de dotis promissione.& hoc fauore piæ causę: scilicet dotis. cũ ergo dicta confessio Petri sit in fauorẽ piæ causæ.s.monasterij, esto ꝙ sit enũtiatiua ꝑꝑ aliud,dico ꝙ inducunt dispõnẽ,vt habetur in c.cũ dilectus, ꝑ Abb.Sic.de suc.ab inte.& Bar.in l. j.C.de sac.san.ec.·¶Nec ob.ꝙ in instrõ ꝑdicto non dicitur ꝓ quãta quã
6 titate sit census † quia potest iudex hoc liquidare,ꝑ id ꝙ dicit Bar in l.si quod ex Pãphila.ff.de leg.ij.& Bar. in l.vinũ.ff.si cer.pe. & Ang.in l.pretia rerũ.ff.ad leg.Fal. Vnde dicit no. Bar.in l.si duo.§.Marcellus.ff.de iureiu.ꝙ si pars cõfiteatur, ꝙ emit vel vendit,licet de pretio nihil sit dictũ, potest iudex hoc declarare.Et idem tenet ibi Bal.idẽ firmat Raph.Cu.in l.sciendũ.ff.de verb.obli. si tempore confessionis nõ fiebat disputatio de pretio,sed de re:de quo per Bald. & ibi remisi.in l.j.C.de re ali.non alie. & ꝑ Albe.de Ros.in l.hæc venditio. §.huiusmodi.ff.de contrahend.emp. ¶Vnde postquã tunc non erat qõ de quantitate ꝑtij, nõ curamus an quãtitas sit expressa,secus si fuisset contentio de pretio,& istud placet Ale. in d.§. Marcellus. Licet dicat aliter Pau.de Cast.ibi.¶Item probatur ꝙ dictæ duæ apothecæ erant dicti monasterij per famã,& ĩ factis antiquis
7 † fama multũ operatẽ, vt dicit Bald. in authentic.quas actiones.C.de sac. sanc.eccl. & in l.cũ super vernis, cũ multis cõcord.in Bal. meo. C.de rei vendica.& dicitẽ factũ antiquũ,quod excedit metã xl.anno.vt dicit domi. Anto.in cap.peruenit.de emp.& vẽdi.& doc.Moder.in l.sciendũ.de verbo.obli.& firmat Alex.in cõs.lxxix. in j.vol.in iiij.col.& in ij.vol. consi. iiij.in vij.col.Licet in alio cõs.dicat, ꝙ requiritur meta centũ anno.videlicet in j.vol.consi.vj.in iiij.colũ. tñ hoc iudicis arbitrio remittitur, secũdũ Alex.in iij.vol.cõsi.ix.in iiij.col. ¶Tamen in hoc ꝓ nũc nõ facio vim quia fama nõ est formiter probata. ¶Item est depositio vnius testis de visu ꝑceptionis ꝑẽsionis factæ ꝑ monasteriũ de dictis apothecis, ꝙ sic vnus testis de visu,& duo de fama,qñ
8 esset ꝓbata, cõiungerenẽ † ad plenã ꝓbationẽ faciendã, vt dicit Bald. in rub.de cõtro. inuesti. & ibi sunt remissiones in alijs locis, & in c.fin.de succes.ab ĩtesta.& in l. admonẽdi.ff. de iureiu.& Alex.ĩ ij.vol. cõs.cxliij. in ij.col.& idẽ Alex.in iiij.vo. consi. xj.& in eo.volum.consi.xix.in fin.& in eo. volum. consil. xxj. in ij. colum. ¶Vnde fuit mihi visum, quòd pronuntietur,quòd monasterium redintegrandum est in iuribus suis, scilicet in dicto perpetuo censu, quẽ habet supra dictam domũ,videlicet terrenorũ xj. prout dicebat li-

bet dicti monasterij, & licet fuisset petita redintegratio apothecarum, & non census, tamen sacrum Cōsilium potest condemnare conuentos ad cē
9 sum, quia † sic fecit Papa, in c. constitutus. de reli. do. vbi fuit facta condēnatio ad censum, licet non esset petitū. & no. Io. de Ana. in c. licet Hely. de Simo. & Ias. in l. vinum. ff. si certū peta. in vij. limita. aliàs de necessitate haberem dicere, ꝙ conuenti sunt absoluendi, quia monasterium non plenè probat dominium nec possessionē ipsarum domorū, maximè stante antiqua possessione aduersarij possidentis domos, vt frācas, & producūt instrm antecessorum ipsorum cōuentorū. Et illa verba enunciatiua possunt dici erronea enunciata, vt dicit Barto. in l. si rem aliquam. de acquir. poss. dum loquitur de eo, qui conduxit in emphyteusim rem suam ab ecclesia tanquam ecclesiæ. Et cōcludit, ꝙ si constat de proprietate soluentis
10 censum, † tūc non nocet sibi soluisse censum, & idem dicit An. in auth. de non alienan. §. emphyteusim. & Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. vij. Ias. in l. ij. col. xxxij. C. de iur. emphyteutico. & Bal. in l. cùm falsa. & in l. post diuisionē. C. de iu. & fac. ign. & Bal. in l. ad probationem. C. loca. hoc etiam firmat Alex. de Imo. in v. vol. consiliorum. consi. lxix. in quarta colum. ¶ Tamen quia in casu nostro ꝓbatur per illos testes de auditu, ꝙ dictæ apothecę erant monasterij, & ille qui tenuit fuit procurator monasterij, & solum vbi sunt apothecæ, aliàs fuit solùm monasterij, vt plenè fuit hoc probatum in processu, & ibi monasteriū habet alias apothecas coniūctas, & depositio testis vnius de possessione monasterij, & sunt dicta verba enunciatiua iurata in dicto instrumento. vt suprà dictū est, & liber ꝑceptionis pensionum & reddituum
11 monasterij. ¶ † Fuit visum omnibus dn̄is de Consilio, ꝙ solummodò monasteriū habeat dictū censum territoriū xj. in perpetuū prout dicebant dicta verba enunciatiua, licet non dicebant de quantitate, sed quātitas declarat ex libro, qui liber licet non faciat fidem de iure, quia non concurrūt requisita, de quibus in c. ad audiētiā. de ꝑscrip. & in l. census. ff. de ꝓb. cū cōcor. tn̄ ita totum sacrū Cōsiliū arbitrat, postquā partes dixerunt, ꝙ erant dictæ apothecæ cēsuales, ꝙ cēsus debuit esse modicus. s. dictoꝝ territoriū xj. cū dictæ apothecæ sint redditus xl. ducatorū annuatim, ꝑ no. in d. l. si qđ ex Pāphila. §. fi. ff. de leg. ij. & sic fuit lata sn̄ia, ꝙ monasteriū redintegret ad dictū censum ꝓ tēpore preterito & futuro in perpetuū. ¶ Aliæ duæ apothecæ petitæ dirutę, quia de eis fuit facta via publica iussu Regis, & dn̄s Rex Ferdinandus primus, vt seruaret monasterium illęsum depositauit ducatos quatricentos pro eius pretio, quia descendentes sunt extincti, & nō existunt iuxta formā
12 instrī, † & quia perijt emphyteusis, ex quo reductæ sunt apothecæ in viā publicam quæ fuerunt cōcessæ in emphyteusim, quib⁹ destructis finita est emphyteusis, vt dicit Bar. in l. fi. ff. de superficie. secus qn̄ solū fuisset cōcessum vbi erat domus, tūc resoluta domo remanet emphyteute solū, secundū Bal. in l. j. in j. & quarta col. C. de iure emph. & Ang. in aut. de nō alie. §. lex itaque. in fi. de quo in c. potuit. locati. & in §. adeo. Insti. de locat. & in Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. cxxxviij. de quo per Iaso. in v. & viij. col. d. l. j. quod quidē solum minime remāsit in casu nostro, quia solum factum est publicum, id est, via publica. ¶ Et stāte dubitatione, an valuit concessio in emphyteusim ex defectu solēnitatis omissæ, de qua in c.

hoc consultissimo.de reb.eccle.nõ alie.in vj.¶Fuit pariter votatũ, quòd sunt deuolutæ dicto monasterio,& ꝑ consequens dictũ depositũ cccc. ducatorũ subrogatum loco dictarũ apothecarũ,debet consignari dicto mo-
13 nasterio.†Sed potissima rõ me strinxit,quia linea erat extincta, quia omnes filij Petri sunt mortui,solùm remansit quidam frater ordinis Prædicatorum,filius dicti Petri,qui confessus est dictas duas apothecas fuisse dicti monasterij sancti Sebastiani,& qñ ipse succederet,acquireret monasterio sancti Dominici per aut. ingressi. C.de sacrosan.eccl.& not.in c.in præsentia.de proba.Et monasterium sancti Dominici nihil dicit, & qñ se opponeret,dico,ꝙ in contractibus concessa emphyteusi pro se & descendẽtibus non intelligit, ꝙ appellatione descendentium veniat monasteriũ
a 2 post mortem monachi:vt dicit Anto.de Butr.in c.in pñtia.de ꝓba. q̃a verba contrahentium strictè intelligunt.l. quicquid astringendæ. ff. de verbo.oblig. & sic non intelligit in contractibus verbũ descẽdẽs de mo a
4 nasterio.† ꝙ per ingressum dicit filius fictus & non descẽdẽs: vt plenè hoc ꝓbat dñs And. Barb.in consi. xiij.in iij.columna, quod incipit, circa hanc existimationẽ. ¶ Fuit ergo conclusum per totum Consilium, ꝙ dictũ monasteriũ monialiũ sancti Sebastiani debet reintegrari in dictis apothecis dirutis, cuius solum est facta uia publica prope plateam Piscium ciuitatis Neapo.iussu Regio, depositatis ducatis quadringẽtis ꝓ earũ apothecarũ æstimatione, & q̃a in eis nõ põt fieri reintegratio, fiat in dictis cccc. ducatis tanq̃ subrogatis loco dictarũ apothecarũ iux. no. ꝑ doc.in l.vinũ.ff. si cer.pet. vbi qñ non potest fieri præstatio rei,fit condemnatio in eius æstimatione.

ADDITIO.

De verbis ꝓnũtiatiuis etiã ad aliud emissis,an disponãt & probẽt,videat Pet.de Anc.consi.ij.in ij.nu.2.& cõsil.xxxiiij.nu.6.& consi. cxx. nu.3.& cõsi.cxxvj.nu.6.& cõsi. clxxij.nu.6. Et D.Iacob.de sancto Geor.in epist. nu.1.ff.de pac. Et Bertrandi.parte j. consil.xciij.nu.4.& consi.cxviij. nu. 10.& par.ij.cõsi.lxxviij.nu.4.& parte iij.cõsi.cliiij.nu.6.Et Bartho.Cassaneũ cõsi.v.nu.2.& consi.xx.nu.10. & consil.xliiij.nu.18. & Hippoly.de Marsi. in sing. ccccxlij.inci. uulgata iuris regula.& in l.j.nu.39.C.ad leg. Cornel.de sica.Et de cõfinib⁹& probatione illorũ nõnihil videre poteris per Iacobinũ de sancto Georgio, in l.cũ aliquis.nu.10.& C.de iur.delib.& Hippoly.de Marsi. in l.de minore.§.plurimũ nũ.78.ff.de quæstio. Et de libro terrario & de fide & probatiõe librorũ cẽsualiũ,uade ad Pet. de Anch. consi.xliiij. nu.5.& Iacobinum in l.census.num.1.ff.de ꝓba.& Chassaneum consi.vj.nu.3.& consil. xv.nu.3.& consi.xviij.nu.13.

MONASTERIVM. Adde ꝙ monasteriũ hŕ loco filij, in casib⁹ à iure exp̃ssis, uide plenè Fely.ĩ c.in pñtia. 17.col.xv.char.extrà,de probatio.

DECISIO LXXXIII.

De statuto cõpromittendi inter consanguineos.

SVMMARIVM.

1 Statutũ d̃ cõpromittẽdo ĩter cõsanguĩeos,an hẽat locũ ĩ spolio recẽti.
3 versi. quæro an succedat matri. † Qui dicit, ꝙ d. l. si spurius. nõ habet locũ in spurijs natis ex dānato coitu, sed in spurijs, qui dn̄r vulgò quæsiti, quorũ coitus nõ est accusabilis, vnde sicut nõ cōtrahit̄ cognatio inter matrē & filiũ natũ ex dānato coitu accusabili: ita inter ipsos fratres natos ex dānato coitu. Quia infecta primitiua, inficit̄ & deriuatiua, vt dicit Bal. in l fi. C. de verb. signi. cum sim. vt latiorib⁹, verbis ibi allegat Ale. ¶ Hāc opin. refert tenuisse Dy. in tracta. de success. ab intest. dum tractat de successione ab intestato trāsuersalium, vers. de incestuosis & nefarijs. Idem refert tenuisse Matt. de Mathesylanis in tractatu successionũ ab intesta to. pe. char. versi. secundũ membrum principale. ¶ Hanc partē reperio tenuisse Benedictũ de Barzis in suo tractā. de filijs nõ legitimè natis. in iiij. char. in q. An licet natus ex coitu accusabili non possit succedere matri, possit succedere collaterali, dicens, ꝙ ista q̄ō est satis difficilis, & non est diu, ꝙ per oīa studia Italiæ fuerunt requisita hincinde consilia. & dicit, ꝙ ipse bene ruminauit istum articulũ, & finaliter cōcludit, ꝙ nõ pōt succedere, neq; ꝑ caput vnde legitimi, ne-
4 que per caput vnde liberi, † quod nõ habet locũ in bonis maternis, neq; ꝑ caput vnde cognati, quia inter tales natos ex dānato coitu nõ est dare cognationē, vt in l. j. §. permittit. ff. vnde cognati. Et sicut filius nõ pōt matri succedere, q̄n natus ex dānato coitu, vt in l. fi. §. fin. C. de natu. libe. ita nõ succedit collaterali ex latere materno, quia est stipes & radix infecta & sicca, ex qua nõ potest fructus in ramis nasci desiccata radice, vt in l. fi. C. de natu. libe. ¶ Hanc opi. tenet Hostien. in sum. in tit. qui fil. sint legi. circa prin. dicit enim audiuisse semꝑ dici à dño suo, quod leges quæ loquuntur de spurijs ad successionē admittendis etiam secundùm terminos legis, ex hac parte. & l. si spurius. & l.
5 Modestinus. ff. vnde cogna. † debent intelligi de spurijs vulgò q̄sitis seu coitu nõ accusabili, nõ aũt de spurijs natis ex coitu accusabili. ¶ Hanc partē consulēdo tenuit do. Benedi. Capra. Itē vr̄ tenere Io. Fa. in d. l. si qua illustris. prout allegat Ioan. Bapt. de sancto Seuerino. Idem tenet Ang. de Aret. Insti. de succe. cog. §. vulgò. ¶ Sed contrariā partē. s. ꝙ spurius natus ex dānato coitu succedit fratri spurio vterino, similiter nato ex dānato coitu defuncto sine filijs, expressè tenuit legēdo & cōsulēdo do. Ioan. Petrucij de mōte Sparello, in

d.l.si qua illustris. C.ad senatusconsultũ Orficianũ. Cuius rõnes & motiua refert in repeti.d.l.si qua illustris.præfatus do. Ioan. Baptista aduocatus cõsistorialis,dicẽs, ꝙ in hac opinione ipse perseuerauit ꝑ annos xl.& vltrà,& sic cõsuluit, & dicit,ꝙ hanc partẽ tenuit consulẽdo do. Philipp.de Corsinis de Florentia, & do. Torellus de Prato. Itẽ hanc partẽ tenuit etiã quidã auditor Rotæ,do.Nicolaus de Rabat, vt refert præfatus do.Ioan.Bap.Idem tenet etiã Nicolaus de Vbaldis. Ipse tñ Ioãnes Bapti. † nihil firmat,ob reuerẽtiam sui magistri,s.Ioãnis Petrucij. ¶ Cuius motiua delectat referre,quia reperta fuit quædã sñia diffinitiua olim in sacro Consilio regnãte Rege Ferdinãdo primo lata, & tunc præsidebat in consilio do. Lucas Tozulus Romanus,qui fuit discipulus Io. Petrucij, ꝑ quã sacrũ Consiliũ admisit ad successionẽ sororẽ spuriã natã ex dãnato coitu vterinã fratri suo spurio de domo de Ametrano de Neapoli.¶Et sic inter tãtas varietates fuit facta interpretatio in sacro Consilio,ꝙ spurius natus ex dãnato coitu succedat fratri. Et iõ ad cõprobationẽ istius sñiæ : & interpretationis registri,hic vide rationes præfati d.Io. Petrucij.

6 (margin, beside "Bapti. †")

7 ¶†Et primò dicit ipse,facit textus in d.l.si spurius.generaliter loquens de quolibet spurio,ergo de nato ex dãnato coitu, ut in l.j.§.& generaliter. ff.de leg.præstãdis.¶Secũdò,cognatio denotat sanguinẽ.i.naturalitatẽ, vt Insti.de succe.cogna.q nõ põt negari,ꝙ nõ sit in istis, ergo bonorum possessio vnde cogna.¶Tertiò , quia licet.§.fi.in aut.quib.mod.natu.effi. sui.& §.fi.in aut.qui.mod.na.effi.legitimi. corrigũt in ascendẽtibus & descendẽtibus, vt spurij ex damnato coitu ijs nõ succedãt,tñ nõ corrigũt in transuersalibus, ergo &c.l.sancimus.C.de testa. ¶ Quarta rõ est diuersa,quia ascẽdentes ex delicto puniunt̃,ergo nõ trãsuersales.¶† Quinta.l.fi.ff.de sta.libe.quæ dicit,ꝙ infecto stipite inficitur sequẽs, loquit̃ in paterna linea.¶Sexta, hanc partẽ tenet Cy.in aut.itaq;.C.cõ.de suc.per d.l.si spurius. ¶ Septima, quia si mater nõ est illustris, si sint veniẽtes ex latere mr̃is,inter cõiunctos,ex latere matris est successio, ꝑ d.l.si spurius. Sed qñ est mr̃ illustris, & legitimos habet,dicit Cy.ꝙ inter cõiunctos est successio , & punitio de matre illustri,de qua in d.l.si qua illustris. non se extẽdit ad illos gnatos. ¶ Octaua pro hac parte consuluerunt philipp. & Torellus suprà nominati.¶Nona, odia restringant̃,ergo dispositio illorum tex.in dictis authẽticis s̃.alleg. nõ extendit̃ ad cognatos. ¶ Decima rõ dictæ l.fi.C.de natu. liber.vr̃ tendere ad finẽ,ne in tales agnatio extẽdatur,quia tractat̃ de conseruatione domus & familiæ, † quæ in talibus spurijs nõ conseruat̃,secundùm Bal. in l.libertinũ.C. de interd. ma. & in l.fin.C.de ver.sig. sed hæc ratio non hẽt locũ in descẽdentibus ex matre, inter quos nõ cadit rõ ꝑdicta. ¶ Itẽ consanguinei ex parte matris certi sunt,secus ex parte patris. Hæc sunt motiua quæ fecit in lectura pro ista parte.Sed in cõsilio fecit ista alia motiua omittẽdo eius allegationes causa breuitatis. ¶ Et primò. Nam hodie sublata est differentia agnationis & cognatiõis.Inst.de suc.cogna. §.placebat.vnde prior in gradu cognationis sicut præfertur alijs vlterioribus cognatis, ita præfertur alijs vlterioribus agnatis. vnde natus ex damnato coitu,præfertur in successione mortui consanguinei sibi ex parte matris omnibus etiã cõsanguineis dicti mortui ex parte patris, si sunt vlteriores dicto nato ex dam-

natò coitu in gradu,ſicut alijs etiam
conſanguineis vlterioribus ex parte
10 matris præfertur.¶† Secũdò,quia li
cet ſpurius natus ſit ex dãnato coitu,
tñ retinet cognationẽ cũ cõiũctis ex
parte matris.d.l.ſi ſpurius.quæ loqui
tur generaliter, nec poteſt dici,ꝙ lo
quat de vulgo cõcepto tñ de quo tñ
locuta erat l.hac parte.vnde cũ apel-
latione ſpuriorũ contineanť nõ ſolũ
vulgò concepti : ſed etiã qui habent
patrẽ certũ,tñ illicitũ,puta patrẽ mo
nachũ uel inceſtuoſum , ut formali-
ter dicit gl.in l.vulgò.ff.de ſta.ho.er
go l.ſi ſpurius. loquiť etiã in ſpurio
nato ex dãnato coitu, quia lex ita in
terpretatur ſpuriũ , patet etiã in vir-
tute vocabuli ſpurius,quod vocabu-
lũ ſecũdũ Guidonẽ dicitur immũ-
dus & extra puritatem,ut in Spec.de
ſucceſ.ab inteſt. verſi. nũc de natura
libus. & ſic gloſ.in l.ſi ſuſpecta.§.in
teſtõ.ff.de teſta. mili. intelligit d.l.
ſi ſpurius.etiã in natis ex dãnato coi-
tu,ut querelet teſtamentũ matris iu
re illo.cùm dicat corrigi hodie inna-
tis ex damnato coitu, ergo loquitur
ille tex.in eis. aliàs non dixiſſet glo.
11 quod corrigitur. † Ex quo ſequitur
quòd dictus §.fi.correctiuus nõ extẽ
ditur,& multũ extendit iſtã ſecundã
rationẽ,vt ibi per eũ.¶ Tertiò, quia
non reperitur expreſsè prohibita in
tranſuerſalibus ſucceſſio, qñ ſunt na-
ti ex dãnato coitu:& ibi reſpõdet ad
rõnes, quæ in contrariũ allegantur.
¶Ego autẽ per iſtas rationes non re-
cederẽ à concluſione domi. Alex.de
Imol. ¶ Sed quia in hoc dubio fuit
producta dicta Regia ſententia, quæ
declarauit in regno tale dubiũ iuris,
talis ſententia Regia facit ius quo
ad omnes in regno, vt dicit Bal.in l.
fi.C.de leg.& do.Ant.in c.cùm Ber
toldus. de re iud. & ideo virtute di-
ctæ ſentẽtiæ fuit pariter in Conſilio
votatum,ꝙ dictus frater ſpurius ſuc
cedit fratri ſuo ſpurio uterino , licet
ambo ſint nati ex damnato coitu.
excluſa dicta vxore ſentẽtia lata fuit
die iiij.Februarij.M.ccccxciiij.

ADDITIO.

De ſpurijs & eorũ ſpeciebus iuribuſq; eorũ, & de ſpurinatu plura vide ꝑ Petr.de Anch.cõſi.cccxx.nu.4. Bertran.par.ij.conſi.cxxxv.nu.12.& conſil.cliij.nu.3.Iacob.de ſ.Geor.in l.iiij.§.ꝑtor ait.nu.3.ff.de in ius vocan.Chaſſaneum,conſi.xxxix.nume.38.Hyppoly.de Marſi.ſingu.cclxxv. incipien.notiſſimũ.& ſingu.cccclxxviij.incip. ſpurius. & an dicatur ſpurius natus ex vi cognita, Hyppo.l.j. num.15.C.ad legem Cor.de ſica. Et de etymologia huius nominis extra Guidonem hic allegatum , quòd ab ex & puro deriuatur,nonnulli à verbo Græco deducunt ſpeirein , quod eſt ſeminare,quaſi nihil à patre retineat præter ſemen. hunc Græci vocant , nothum.

DECISIO XCVII.

De iure emphyteutico , & de domino expellente emptorẽ rei emphyteuticæ ſine eius conſenſu,&c.

SVMMARIVM.

1 Dñs directus an poſſit ꝓpria autoritate emptorẽ rei emphyteuticæ expellere ementẽ ſine ſuo cõſenſu.

2 Dominus qui ſpoliauit à poſſeſſiõe emptorẽ rei emphyteuticæ ementẽ abſq; ſuo cõſenſu,an poſſit cõueniri ĩterdicto recuperãdæ poſſeſſiõis.

Emphyteuta alienans irrequiſito domino cadit ipſo iure.

3 Emphyteuta an poſſit per dñm expelli propter canonẽ non ſolutum.

Emptor rei emphyteuticæ ſine citatione & ſñia non põt de facto ſpoliari per dominũ irrequiſitum.

1 VTRVM dominus † directus rei emphyteuticæ poſſit expelle-

re propria autoritate emptorem ipsius rei emphyteuticæ ementem ipsam rem emphyteuticam sine dñi directi requisitione, vel consensu à possessione rei emphyteuticæ ad effectũ vt si priuauit eum possessiõe, & ipse emptor egit possessorio, non teneat dñs directus vel habẽs cãm ab eo ad restitutione. ¶Et prima facie videt᷑ q dñs ꝓpria autoritate possit expellere emptorẽ, qui emit rem emphyteuticam sine eius consensu, & p cõsequens non tenet᷑ restituere possessionẽ, & hoc per gl. fi. in verb. cadet. in l. fi. C. de iur. emphy. quæ expressè tenet, q quando emphyteuta alienat rem emphyteuticam irrequisito domino, q cadit ipso iure, & sic nõ requiratur sententia. ¶†Istum articu-
2 lum in alienatione facta irrequisito dño. Vtrum possit dominus ꝓpria autoritate spoliare, non reperio tactũ. ¶Sed bene reperio copiosissimè tactam istam qõnem, an propter canonem non solutum dñs possit expellere emphyteutam, ꝓut copiosè examinat dñs Ias. colligendo v. opi. in l. ij. C. de iure emph. Et remitto me ad eum ibi. ¶Et pro decis. huius principalis dubij, dico q licet ipso iure perdatur res emphyteutica, si alienet᷑ sine dñi requisitione, tñ quo ad aduocandam possessionẽ requirit᷑ sñia, ex quo oportet emptorẽ & possessorem
3 citare, †quia posset multas exceptiones opponere ipse emptor, propter quas non incideret res in cõmissum. Et ideo sine citatione & sñia nõ posset de facto spoliari, vt patet ĩ c. licet eps. de concess. pben. lib. vj. & in c. cũ secundũ. de hæret. lib. vj. & dixi in c. j. quo tpe miles. & in c. j. de feudo sine culpa nõ ami. hoc expressè firmat d. Ant. de but. in cons. suis cons. xxij. & Ale. in v. vol. cõs. cxxviij. in j. colũ. ¶Et sic fuit votatum & iudicatum in causa illorum de Tancredo.

ADDITIO.

Nota aliquos casus, in quib⁹ emphyteuta irrequisito domino potest alienare. Primò si alienet partem suã alteri emphyteutæ. ita dicit Hipp. de Marsil. sing. xxviij. incip. emphyteuta. Itẽ si alienatio sit nulla, quia contractus non tenet. idem in l. fi. nu. 12. ff. de quæst. & in l. j. §. præterea. num. 20. ff. ad l. Cor. de sicar. & in prædicto sing. ne si paciscatur de retrouendendo statim re. idẽ in l. fi. nu. 158. ff. de iur. om. iud. Item si alienat saluo iure dñi. idem in l is qui cum telo. nu. 40. C. ad l. Corn. de sica. Item si rẽ nõ tradiderit, vel se non constituerit ꝓcario. idem sing. cccc xij. inci. plures. Item si ignoranter alienet. idẽ in l. q falsam monetam. nu. 70. ff. ad l. Corn. de fal. Itẽ si alienet pp dotẽ vel donationẽ pp nuptias, vt firmat idẽ Hyp. in sing. ccccxliij. incip. postq̃ sunt. & Bertran. par. ij. cõs. ccclxxx. nu. 1. Et sup isto casu, vide m ãm diffusam ĩ. in deci. cxj. vbi sup feudis & emphy. alienationes ponderantur.

a EMPHYTEVTAM. Ob canonẽ non solutũ ñ ꝓt dñs ꝓpria autoritate expellere emphyteu. Adde, q cõtrariũ cõsulẽdo t3 Phil. Dec. vbi multa allegat, in cõ. 146. in iij. col. j. vol. Th. Br.

DECISIO XCVIII.

De sequestro rei immobilis facto lite pendente per iudicẽ ad quem.

SVMMARIVM.

1 Iudex appellatiõis an possit odio possessorũ rẽ contentiosam lite pendente sequestrare.
2 Possessiõe nemo priuãd⁹ lite pẽdẽ.
Iudex an possit ꝓcedere in cã principali, pendente lite sup innouatis.
Innouatur in causa per sequestrũ.
3 Attentata & innouata, an prius diluenda, quàm catur ad negotium principale.

Ordo seruād⁹ maximè in iudicijs.
Possessorio agēs facit supersedere ī petitorio p alterā partē opposito.
Exceptio petitorij opposita ī actione possessorij reiicienda.
4 Attentata præferuntur nullitati, super quibus prius prouideri debet.
Interdicto vnde vi, agēti obstat exceptio alterius spoliationis.
Exceptio spoliationis non obstat agenti remedio attentatorum.
5 Iudex iustitiam offendit non reuocans attentata pendente appellatione à diffinitiua.
6 Sequestrū dissequestrari petēs ītra sex dies allegationes pponere dēt.
Tempus sex dierum non importat interesse partis.
Attentatorum remedium cessat, quando notoriè constat de non iure petentis reuocationem.

1 PVLCHRVM est dubium† lata sententia cōtra possessorē rei stabilis, vt restituat naturalē possessionē: ab ista sentētia appellaī, & de nullitate dicitur. lite hmōi pendente iudex appellationis pp timorē armorū euitandū sequestrat, facto seqstro petitur, q nō obstante appellatione facta snīa mandeī executioni, quia ē super possessorio, per l. j. C. si de mo. pos. fuerit appella. Dicit, q snīa est nulla, & nō dēt mandari executioni, sed q reuocetur sequestrū factū lite pendente, quod fieri non potuit, ex quo cōstat de possessiōe sua, de qua fuit expoliatus per sequestrū lite pē dente. ¶ Dicta pars insistit in executione snīæ latæ in possessorio. An iudex possit & debeat reuocare seque-
2 strū? Nulli dubium est, q sic, †quia lite pendēte quis non dēt priuari sua possessione, per tit. vt lite pēdēte. Iudex non reuocauit sequestrū, sed debet terminū ad ostendēdū de nullitate snīæ, ab hoc appellatur, & terminus ē elapsus. Vtrū potuit iudex nō reuocatis prius attentatis: id est non reuocato sequestro: hoc est, vtrū pendente lite super innouatis, iudex possit pcedere in causa principali. ¶ Videt q prius est procedendū super innouatis: quia ista de sui natura habēt
3 ordinem in se, † sicut dicimus in possessorio & petitorio, ī l. ordinarij. C. đ rei vēd. c. ij. de cau. poss. & pprie. & sic donec cā pendet attentatorum nō proceditur in negotio principali. Nam sicut agens possessorio facit supersedere in petitorio opposito per alteram partē: vt in c. j. & ibi not. de restit. spo. & in c. ex conquestione. eo. tit. ita petens reuocari attētata, facit supersedere ī negotio principali, donec attentata reuocētur: vt habeī in c. non solū. de appel. lib. vj. ¶ Itē si actor pponit possessoriū, & reus excipit de petitorio, nō est audiendus. vt dicit Abb. in c. fin. de ordi. cogni. ¶ Ita si conuentus petit reuocari attentata, & actor dicit, fict executio
4 sententiæ, quæ allegatur nulla, †non pōt videri de nullitate, nisi prius prouideatur super attentatis. ¶ Itē quia licet agēti interdicto vnde vi, obstet exceptio alterius spoliationis: vt in c. ij. & fin. de ordi. cogni. & in c. frequens. de restitu. spol. libr. vj. tamen agenti remedio attentatorū, nō obstat exceptio spoliationis: vt dicit Inno. in c. j. de ordi. cog. & do. Abb. in c. bonæ. đ appel. Et p hoc videī tex. in c. non solū. in ver. dēt. de appel. in vj. vbi expresse probaī, q iudex ante
5 oīa hēt reuocare attentata:† adeo q iudex faceret iniustitiā, si non reuocaret ante oīa attentata appellatiōe pēdente à diffinitiua, secundū Ioan. Andr. in d. c. non solū. Et ita expresse firmat Io. Mo. in c. cupientes. §. pen. in fin. de ele. lib. vj. ¶ Licet Dominicus in d. c. non solum referat opini. doct. super hoc. Tamen Philippus in d. ca. dilecti filij. versi. ij. quæritur de

appel.tenet opi.Ioan.Mod.& Ioan. And.& idem Bal.in l. appellatione,ī princip.C.eod.tit.& Pet. de Ancha. in d.c.non solū. Et cū ego allegassē ī sacro Cōsilio Ioā.Mo.ita dicentē, Viceprotonotarius voluit videre ipsum originaliter, & nullus doctor ipsum habuit, & sic ostendi meū Ioā.
6 Mona.ī pgameno,quo viso, ¶†Fuit ꝓuisum, vt ille qui petit sequestrū dissequestrari intra sex dies, alleget, quare sententia lata contra eum non dēt mādari executioni,& nullitates, vt possit ꝓuideri. & quia tēpus erat modicū,& tēpus sex dierum non importat īteresse partis. Ego accessi ad hoc maximè quia remedium attētatorum ad instantiam partis non hēt locum,quādo notorie constat de nō iure petentis reuocationem attentatorum, secundū vnam opi. prout dicit Ioan.de Imol.in cap.bonæ.de appella.& Rota,decis.xiiij.in fi.& Ioā. Mona.& Pet.de Ancha. in c.ad decimas.de restit.spolia. licet alij cōtra, vt refert Philippus in d.ca. bonæ. & probatur in c.significasti.de diuor.

DECISIO XCIX.

De emphyteusi recepta pro se & filio spurio, & suis hæredibus.

SVMMARIVM.

1 Emphyteusis, potest per patrem recipi pro se & filio spurio & eius hæredibus.
Spurij hæredes, an possint ab intestato succedere in emphyteusi,recepta per patrem ꝓ se & spurio filio, & eius hæredibus.
2 Spurius potest de nouo acquirere feudum & emphyteusim.
Argumentum de spurio ad seruum in emphyteusi militat.

1 SI pater † mediante pecunia recepit emphyteusim, pro se & Titio & hæredib⁹ Titij filij sui spurij nati ex dānato coitu. ¶Vtrū in re ista post mortem patris succedant hæredes ab intestato,vel ipse spurius virtute stipulationis.¶Bis in duab⁹ causis in ciuitate Capuæ & posteà in sacro Consilio ꝑ remediū appellatiōis euenit iste casus. & fuit iudicatū in Consilio,per no. ꝑ Bald in l.ij.C.de iure emphyte.ꝙ spurius habebit ipsam emphyteusim virtute stipulationis.est ratio,quia nedū spurio, sed ēt seruo pōt de nouo dari feudū & emphyteusis:vt in c.j.§.ꝑsonam.ꝑ quos
2 fiat inuesti. † verū illa pecunia videt̄ donata pro alimentis: si ipse non hēt vnde se alat,iuxta not. in c.cū haberet.de eo qui duxit in matri.quā pol lu.per adulter.& habet̄ in authen.licet.C.de nat.liberis. & not. Glos. & Ang.in authē.de triē.& semisse.§.cōsideremus.Et illa emphyteusis computabitur etiā in alimētis.Do.Alex. Seuerinus Regius Consiliarius. & Nobilis Neapolitanus fuit commissarius causæ.Et ipse cum alijs fuit in hoc iudicio.

ADDITIO.

Super hac decisione vide do. Stepha. Bertrandi parte iij.cōs. lxxxvj. nūme.15.& quæ notantur ī.decisione xcvj.& in additione.

DECISIO C.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 Emphyteusis concessa minus solenniter ꝓ se & hæredib⁹an trāseat ad hæredes extraneos.
2 Emphyteusis ecclesiæ,transit ad hæredes extraneos.
Alexander de Imol. sibi cōtrarius.
3 Alexādrū de Imol. sufficit allegarī cōsilijs ꝑꝑ eius copiā & veritatē.

1 IN causa sancti Petri ad Arā de Neapoli,†Fuit dubitatum, si emphyteusis concessa minus solēniter pro se & hæredibus trāseat ad extraneos

hæredes. ¶Fuit cõclusum, quod nõ: quia non fuit legitimè concessa. ¶Et quia cõis opinio est, ꝙ nõ transit em phyteusis ecclesiæ ad extraneos hæredes. ¶Nisi dicat, quando legitimè facta est concessio: quia si põt ecclesia in casu à iure pmisso in totũ alienare, & sic ꝙ transeat ad hæredes ex-
2 traneos: †sic põt rẽ ritè & rectè cõcedere in emphyteusim, vt transeat ẽt ad extraneos hæredes, vt firmat Alex. in ij. vol. cõs. ix. & in j. vol. consi. xcj. in xij. col. & in ij. vol. cõs. xxxviij. in iij. col. & ĩ eo. ij. vo. cõs. clxxxviij. in j. col. sed in v. col. aliud sentit, & videt sibi contrariari. & in iij. vol. cõs.
3 xj. in xj. col. tenet vt s. ¶†Tamẽ veritas est, prout in dicto ix. cõsi. continetur, nec miretur aliquis, ꝙ vt plurimũ allegantur consilia Alexandri, & non iura, quæ loquuntur de materia: quia dictus doctor est copiosissimus, & gratia breuitatis eligi eum allegare solũ, quia ipse allegat ad propositum semper copiose. ¶Et ita fuit p sacrum Consilium iudicatum. vide ĩ cap. in præsentia. quotas quas allegat Felinus, de probationibus.

DECISIO CI.

De tabellionibus episcopalibus.

SVMMARIVM.

1 Notarij episcopales, an sint reuocabiles post episcopi decessum, maxime officium magistri actorum.
Gr͂a p mortẽ cõcessoris an expiret.
2 Priuilegium prædecessoris potest per successorem reuocari.
Episcopus quo casu potestatem habet disponendi de futuro in successoris præiudicium.
3 Ecclesia est immortalis.
Facultas non se habet in futuris.

1 ARCHIEPISCOPVS Bochus Salernitanus concessit† officiũ actorum magistri ad vitam notario Baptistę, mortuo dicto Archiepiscopo successor in prælatura concessit alteri dictum officium. notarius Baptista dicit, ꝙ non potuit successor priuare eũ: quia ad sui vitam fuit facta concessio dicti officij, & de iure contractus seu gratia facta non expirat per mortem concessoris: vt dicit Ioã. And. in no. in c. ex tua. de fil. presby. & in c. si super gratia. de offi. de-
2 leg. ¶In contrarium dicitur, † ꝙ successor potest reuocare priuilegium prædecessoris, per ea quæ no. Bal. in c. j. qui successo. teneantur. vbi dicit, ꝙ prælatus non potest concedere futura in præiudicium successoris, nec hẽt ptãtẽ disponendi de futuro. fallit, nisi fuisset facta dicta cõcessio ad vitam, cũ consensu capituli, tũc ipsa
3 ecclesia videtur cõtrahere, † quæ nũquam morit. xij. quæst. ij. ca. liberti. hoc firmat Ioan. de Ana. in c. fin. ne pla. vic. suas. & Car. in cons. xcv. vers. sed etiã ex alio capite. Abb. Sic. in c. j. de dolo & cõtu. Alex. in j. vol. consil. cxxiiij. vnde cum prælatus nõ potest administrare futura post eius obitum, sed præsentia tantum: quia facultas non se habet in futuris, secundum Inno. in c. j. de maio. & obe. secundum Bal. in d. c. j. qui succes. tene. non potuit Archiepiscopus vltra vitam suam viuẽte notario Baptista concedere dictum officium eius vita durante, sed tantum durante vita ipsius Archiepiscopi. ¶Et ita fuit iudicatum in sacro Consilio.

DECISIO CII.

De legato concubinis facto.

SVMMARIVM.

1 Legatum factum concubinæ p seruitijs presbytero præstitis an debeatur proportionaliter.

1 LEGATVM † factum per presbyterum concubinæ pro bonis seruitijs, si est moderatum respectu seruitutis, & probentur seruitia, debeẽ

secundum

secundum qualitatem seruitiorum. ¶Et ita fuit iudicatum in sacro Consil. allegabať hoc ad cōsi. Pet. de Ancha. in cōſ ccxlvij. incipiē. dubiū facit, aliàs incipit, qō talis est, quidam pſby. nã fuerūt taxata seruitia min⁹ q̃ fuit legatū. & hoc est not. dignū.

DECISIO CIII.

De iudiciis, & de accusatione falsi contra partem & testes causa ciuili pendente.

SVMMARIVM.

1 Testes possunt accusari de falso cū parte ante conclusionem in causa.
Præiudicialia in Regno Neapolitano hodie sunt sublata.
2 Causa ciuilis pendente falsi accusatione cōtra partem & testes, an possit expediri.

SI agitur ciuiliter & in ipsa cau-
1 sa sunt examinati testes. ¶†Pars ante conclusionē pōt partem & testes accusare de falso. Vtrum pendente cā criminali super falsitate cōtra partem, & testes, ꝓcedeť in cā ciuili, ex quo p̄iudicialia hodie in regno istò sunt sublata: vt in constit. Regni, si ci
2 uiliter agens. †cum de iure clarū est, ꝙ non pōt expediri causa ciuilis pēdente accusatione falsi cōtra partē, & testes: vt dicit Bal. in l. fi. C. de fide instr. & plenè ꝑ Cy. & Bal. in l. j. C. q. accusa. nō poss. ¶Fuit ꝑ sacrū Cōsiliū pariter votatū, ꝙ ꝓcedatur in vtraq; causa, sed non expediať ciuilis, nisi prius expediať cā criminalis super falsitate, nec constit. Regni hēt locum in hoc casu: vt dicit ibi Glo.

ADDITIO.

Hic articulus de falso in causa ciuili incidenti latius examinatur & ponderatur ĩ. decisi. ccxxix. Et vide Petr. de Ancha consi. lxij. per totum & Hipp. de Marsi. in rubr. ff. ad legē Corneliam. de fal. nume. 20. & quæ per eum allegantur.

DECISIO CIIII.

De apochis & fide illarum.

SVMMARIVM.

1 Apocha ꝑ tertium scripta, & signata per debitorem & subscripta per tres testes, an faciat plenam fidem.
2 Cōfessio dicētis se subscripsisse in testiū p̄ntia parem vim habet, sicut, si testes vidissent eū subscribere.
Scriptura priuata à tertio confecta & subscripta à testibus tantum ꝓbationē inducit, si testes deponūt de partiū voluntate & mandato.
3 Paria sunt cōstare per partiū subscriptionē, vel testiū depositionē.

DVBIVM contingit in sacro Consilio, ꝙ ego non inueni tactum nisi in quibusdam recollectis do. Ca roli de Rogerijs in l. admonendi. ff. de iurei. tale est: †Quidam hæres cre- 1
ditoris agit contra hæredē debitoris virtute apochæ scriptæ factę à tertio & subscriptæ ab ipso debitore & à tribus testibus. Examinãť ipsi testes subscripti, & dicūt, ꝙ illa subscriptio eorū est manu ꝓpria eorū, & ꝙ debitor in p̄ntia creditoris rogauit ipsos testes vt subscriberēt dictā apochā. quā dicebāt debitor & creditor fuisse subscriptam manu debitoris, non tñ viderūt debitorē scribere. ¶Vtrū dicta scriptura sic adiuuata, faciat plenā fidem. In illis recollectis dicit ꝙ
2 sic. †Quia parem vim habet cōfessio debitoris, dicentis se subscripsisse in præsentia testium, sicut si testes vidissent eum scribere. Vnde dicit Ludo. in d. l. admonendi. ꝙ si producitř priuata scriptura facta a tertio non subscripta à partibus, sed à testibus. si tamen testes deponant de partium voluntate, & mandato, ꝙ scriptura sit à tertio confecta, sufficit vt proba
3 tio inducatur: †cum paria debeant censeri de partium voluntate cōstare per eorum subscriptionem, vel ꝑ

testium depositionē.l.in exercendis. C.de fide instru.de quo in l. scriptu ras.C.qui po.in pign.hab.& ꝑ Bart. in l.nuda.ff.de dona.& in ca.ij.de fi. instru.& mirandū est ꝑ certo ꝙ Alex ā:& Iason in d.l.admonēdi. vbi exa minār istū articulū, & alij doctores hunc casum omiserūt, nec aliquis ex dominis Cōsiliarijs inuenit aliquam decisionē in terminis nisi vt supra. Nihilominus fuit iudicatū dictā scri pturā sic comprobatā, facere fidem.

DECISIO CV.

De confessione debiti soluti probata per testes.

SVMMARIVM.

1 Confessioni per duos testes proba- tæ standū contra confitentem.

2 Exceptio nō numeratæ pecuniæ in tra bienniū non habet locum, nisi ī contractu mutui, & in alijs contra- ctibus nō opponitur post xxx.dies.

3 Confessio enuntiatiuè facta nō ꝓ bat, secus si ꝓbeē ꝙ principaliter ēt ex semiplenis probationibus. Cōfessio solutionis probanda per testes rogatos in obligatione in scriptis redacta.

4 Cōtractus in scriptis celebrari quā do dicatur.

IN causa reductionis ad arbitriū boni viri inter Iacobum Riffum con ueutū & Isabellam de Palagano vxo rem domini Andreæ de Pace actricē de & super petitione ducatorū quin gentorum, ex causa depositi probati per scripturam manu propria reco-
1 gnitam.¶†Dubitatur, vtrum probeē de restitutione totius depositi vel partis.¶Mihi fuit visum, ꝙ per duos testes ꝓbeē de confessione Isabellæ facta pñte parte ad liberādū in eccle sia Annunciatæ, de ducatis ccc. Igiē standum est suæ cōfessioni, cōtra se: vt in l.Publia.in fi.ff.depositi.& no. Bald.in l. minoris. C. qui dare tuto. possunt. nec potest opponere exce-
2 ptionem non numeratæ pecuniæ:† ꝗ non habet locū nisi in cōntractu mu tui infra biennium:in alijs vero con- tractibus, non pōt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ nisi infra tri ginta dies:vt est text.& Bal.ī l.in cō tractibus.C.de non numera.pecu. & Glo.Institu.de lite.obli.in verbo,ex tendatur.& in l.pecuniæ.C. de solu. Et licet ipsa Isabella conata fuit il- los repulsare, ¶Tñ repulsa non fuit sufficiens.¶Maximè quia probatum fuit ex processu ex multis probatio- nibus semiplenis, ꝙ dicta confessio fuit vera. ¶ Item quia recepit mul- tas partitas, ita ꝙ nō solum cōfessio verificatur in dictis trecētis ducatis, sed etiā ꝙ plus habuit.¶Et ego cre- do, ꝙ plꝰ habuit vel rōne lucri, vel ra tione salarij do. Andrę pro aduoca- tione præstita, vel alicuius beniuolē tiæ.Ideo fui in voto, ꝙ condemneē in ducatis ducentis dictus Iacobus, prout condemnauit domi. Andreas arbiter:& sic ꝙ eius sententia veniat
3 cōfirmanda. ¶†Et in hoc voto fuit maior pars doctorum sacri Consilij, nisi vnus consiliarius, qui fuit in opi- nione, ꝙ dicta confessio facta præsen te parte in dicta ecclesia fuit enūtia- tiuè facta, & ideo non probat, per ca. fin.de succes.ab intestato. Sed certè fuit principaliter facta. Et vnus alius consiliarius concurrebat cum eo, & dicebat, ꝙ confessio debiti soluti in totum vel in partem debet probari per testes rogatos, allegabat iij. ꝗst. ix.cap.de his.& ibi Glos. aliàs testes non probant, vt dicit ille tex.sed fuit eis responsum, ꝙ illud procedit, quā- do cōtractus obligationis.fuit in scri ptis celebratus, iuxta l.contractus. C.
4 de fide instru. † & dicitur in scriptis celebrari contractus, quando actum est, ꝙ fiat in scriptis, & non aliter, vt ibi dicitur. & tunc solutio debiti vel

eius confessio debet probari per testes rogatos: vt in l testium. C. de testibus. & in authent. ibi posita.

DECISIO CVI.

De supellectili legata, & de specie contenta sub genere in legatis generis.

SVMMARIVM.

1 Legatum generis oīum, & quorūcunq; bonorum mobiliū, an restringatur ꝑ verbum supellectilium vltimo per testatorem prolatum, vel amplietur, aut declaretur.

2 Supellex legata, an ponatur ex superabundanti in legato generis omnium mobilium. 5.

3 Domus ponitur pro patrimonio. Voluntas ex antecedentibus & sequentibus depræhenditur.

4 Legato generali nō derogat̄ ꝑ speciē ex abūdāti īperitē enumeratā. Legatū pecuniæ quæ in domo est, non egreditur foras.

5 Species contenta sub genere, quandoq; ꝑ testatorē exprimitur ad dubitationem tollendam.

6 Legatum supellectilis domus an cōpræhendat uenalia, & quid de bonis ad negotiandum. Signa duo vniuersalia voluntatem contrahentium ostendunt latiorē, & sunt fortiora vno.

7 Regula generi per speciem derogatur, exponitur, & limitatur.

8 Copulatiua, &, quos effectus hēat.

QVIDAM Petrus de Monte alto, diues in mobilibus & pecunia fecit testm̄: & quia nō habebat filios, instituit nepotem ex fratre hæredē. & fecit multa legata, ad pias causas, & nō pias, & vxori reliquit vsumfructum omnium & quoruncunq; bonorum mobiliū & supellectiliū domus
1 suæ. ¶ † Vtrum illud verbum, & supellectiliū domus suæ, restringat verba ꝓcedentia omniū, & quorūcunq; bonorum mobiliū, vel sit positum ex abundanti. s. vt habeat omnia bona mobilia quæcunq;, & ēt supellectilia domus suæ. ¶ Oēs dñi de Consilio fuerunt in voto, ꝙ illa vltima verba; & supellectilium domus suæ, restringant illa verba generalia precedētia, quia gñi per speciē derogat̄: vt in regula gñi. ī vj. cū oībus alijs iuribus, quæ ibi allegantur. ¶ Ego solus fui in contraria opinione, & iudicio meo veritatē dixi secūdū iuris dispositio-
2 nem, † ꝙ illa verba, & supellectilia domus suæ, non restringūt legatū gñis omniū & quorūcunq; bonorum, sed sunt posita ex superabundanti, vt videatur legasse v sumfructū oīum & quoruncūq; bonorū mobiliū, ēt supellectilium domus suæ. Quia testator primò legauit in gñe & postea legauit speciē cōtentā sub gñe: hic est text. ī l. quæsitū. §. si quis fundum. ff. de fun. instr. vbi testator legauit fundū instructū, & adiecit cū supellectili. Propter illud verbum supellectili, nō videt̄ diminutum legatū gñis, sed potius illud verbū cū supellectili videt̄ adiectū ex abundāti. Et illud verbū domus suæ, exponitur, i. sui patrimonij: vt dicit Bal. l. si voluntate. C. de fideic. Albe. ī l. j. C. de inge. & ma. sicut accipitur. ff. si cer. pet. l. lecta. ff.
3 de offi. præsi. l. fi. ¶ † Et maxime quia ex alijs antecedentibus & sequētib⁹ cōpræhendit̄ hāc fuisse volūtatē defuncti, & qñ esset dubiū ꝓsumitur, ex abundanti posita illa verba, & supellectilium domus suæ. dicit gl. in d. §. siquis fundū. & ꝓ hoc optimus text. in l. pediculis. in §. Labeo. ff. de auro & ar. leg. & l. supellectili legata. ff. de supellecti. lega. vbi legato gñis, si aliqd qđ cōtinet̄ in gñe legauit, nō detrahit̄, sed ex superabūdanti videtur legatū. ista sunt verba tex. legata su-
4 pellectili. † cum species ex superabūdanti per imperitiam enumeret̄, ge-

neralì legato non derogatur. & istū tex. alleg. Bal. in ij. volumi. conf. clj. ¶ Quando enim illa verba, & supellectilium domus suę, determinarēt ꝙ restringerent verba præcedentia ad locum domus suæ, tunc esset quærendum an veniāt pecuniæ extra domū, & etiam nomina debitorum. ¶ Et certè non, vt dicit tex. in l. quæsitum. §. j. & ij. ff. de leg. iij. vbi legando omne argentū & suppellectilē quancūque in domo habeat, non venit argentū & supellex, quæ alibi esset. Et quia in veritate illud verbum, & supellectilium domus suæ, non restringit verbū omniū & quorūcunque bonorū pcedens, sed venit ex abūdanti, vt s. dictū est: ideo d. l. quæsitū. non meret allegari ad hoc dubiū decidendum.

5 ¶ † Maximè prædictum votum verificatur verum de iure, quia colligit ꝙ voluntas testatoris fuit, vt cū dubitationis tollendæ species contēta in genere sit expssa, vt deponit magister Gregorius doct. in Theolog. & cōfessor ipsius Petri, licet notarius ei contradicat. Et sic non pōt negari, ꝙ dubia sit voluntas, & per consequens in dubio, species pdicta fuit expressa ex superabundanti, vt dicit Bart. in d. §. si quis fundū. ¶ An autē in tali legato generali veniant etiā pecuniæ causa mercantiæ, & venalia. Dico, ꝙ quando legatum prædictum restringeret, ad bona supellectilia domus, non ue- 8 nirent venalia. Bal. in rub. C. de verbo. sig. in iiij. q. Bar. in l. generali. §. vxor. ff. de vsufr. leg. Bar. in l. diuus. ff. de bon. dam. & in l. si res. § fi. ff. de lega. iij. no. in l. cum tabernā. & ibi Bar. ff. de pign. docto. in l. si constante. ff. sol. mat. & Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dot.

6 ¶ † Sed quia dictum legatum, & supellectilium domus suæ, non restringit genus omniū & singulorum bonorum mobilium, veniunt etiam bona ad negotiandum. ita Bar. in d. l. generali. §. uxori. & Pau. de Cast. ibi, Ias. in l. ij. §. prætor ait. ff. qui satisda. cog. & uoluit Alex. de Imol. in v. uolu. con cxviij. in ij. col. uers. ij. probatur. ubi dicit, ꝙ si factum sit legatū cum signo uniuersali, omnium rerū, quæ quoquo modo sunt in domo, ueniunt etiam res uenales in domo existentes, per l. pediculis §. Labeo. ff. de auro & arg. leg. & in l. Iulianus. ff. de leg. iij. Et tantò magis, quando sunt duo signa uniuersalia. s. omnibus & quibuscunque, latiorem uoluntatem contrahentium ostendunt l. falista. ff. ad Treb. Sali. in l. si serui uestri. iij. col. C. de noxal. ubi uult,

7 † ꝙ propter dicta uerba generalia dispositio non patitur interpretationem restrictiuā. hæc Ale. ubi s. ¶ Sed posset mihi obijci, nonne quando præcedit genus, & sequitur species, tunc species ex toto restringit genus & copula, & exponitur pro id est, ut dicit Abb. in c. sedes v. colum. de rescrip. ¶ Quia ad hoc respondetur, ꝙ prædicta procedunt, qñ genus & species non sunt diuersa. Et tunc stat expositiuè, pro id est, sed si differant vt genus & species quia copula non diuersificat, tūc uenit utrūque, ut lego alimēta & medicinas alimenta est genus, medicinæ species, & sic uenit utrunque, ita Io. de Imo. in l. si cum dotē. §. si autem. ff. soluto matrimo. Felin. in ca ij. ix. colum. de rescrip. Itē † quando copula ponitur inter talia, in quibus unum includit in alio, tunc unū resoluitur, ut l. quæsitum §. fi. ff. de fun. instruc. sed supellex includitur sub uerbo, omnia mobilia, ergo nō restringit, & ita fuit iudicatum per sacrum Cōsilium. Licet multi fuerunt in voto cōtrario, & ꝓpterea fuit reclamatum ad Regem, & dominus Rex cum suis auditoribus iudicauit, quòd bene fuit pronunciatum secundùm prædictum votum.

DECISIO CVII.

De rebus ecclesiæ non alienādis vltra solitum, & lege prohibente.

SVMMARIVM.

1 Emphyteusis in ppetuum concessa post cōcessionē vsq; ad scđam generationē nondū finitā, an valeat sine solēnitatibus, & an cōtractus resoluat vsque ad scđam generationem.

2 Contractus contra solitum an reddatur nullus.

Locatio facta vltra tps pmissū, non valet etiam in tempore pmisso. 4.

3 Nullitas potest per tertiū allegari.

Episcopus in indulgentijs concedēdis tempus limitatum excedens, an destruat tempus concessum.

5 Solennitates extrinsecæ, an & qñ ex tēporis diuturnitate præsumantur.

6 Probatio nulla maior, quam rei euidentia.

Præsumptionis allegatio, ex cursu tpis non venit, vbi ueritas patet.

7 Euidētia facti plus operatur, quàm vocis efficacia.

8 Solennitas ex tractu temporis præsumitur, probata superioris scientia & patientia.

1 IN causa domini † Motię de Motijs, fuit dubitatū vtrum secūda concessio in emphyteusim facta ab ecclesia in perpetuū, nondū finito tpe primæ concessionis usque ad secundam generationē, quia sic fuerat cōcessa, valuerit sine solennitatibus à iure requisitis? Fuit per me dictū, ꝙ nō valet, quia non fuit ecclesia solita concedere in perpetuū, sed ad scđam generationē, & si concessit in ppetuum

2 contra solitum, † contractus redditur nullus quò ad perpetuitatē. & solum ualet usque ad secundā gñationē, ꝓut erat solitū: allegabā in ꝓprijs terminis cons. Alex. de Imo. in ij. uolu: cōs. xxxviij. in ij. col. allegat no. in c. præsenti. de reb. eccl. nō alie. in vj. & Bal. in aut. si quas ruinas. in j. co. C. de sac. sān. eccl. & idē Bal. in l. si pupillorū. in fi. ff. de reb. eorum. & Ioā. de Imo. in c. ij. circa fi. de feud. licet Barto. in aut. qui rē. C. de sac. san. eccl. tenuit ꝙ in totū sit nullus. ¶ Tamen reliqui dñi dicebant, ꝙ sit nullus inquātum est contra solitū, sed do. Iaco. de Gello dicebat, ꝙ in totū dictus cōtractus non valebat, & allegauit suū doctorē Ias. in d. auth. qui rē. qui firmat opi. Bar. & dicit esse verā de iure, per tex. in §. emphyteusim. in authen. de non alienandis, aut permutan. rebus ecclesiæ. col. ij. & alleg. Bal. in multis locis tenere contrariū eius quod dicit, in aut. si quas. vt ibi per eū. & allegat etiam Alex. in cons. suis. ¶ Maior pars dñorum de Consilio tenuerunt, ꝙ ex quo prima cōcessio facta ab ecclesia fuit vsque ad secundā generationē, & secūda concessio fuit in perpetuum, ꝙ nō valet etiam ad scđam generationē. finita prima, ex quo lege prohibente facta fuit in perpetuū vt dicit Ioan. de Imo. in l. quod dicitur. & ibi etiā Alex. ff. de uerb. obl. &

3 subdit ibi Alex. † ꝙ talis nullitas pōt allegari per tertium, dato ꝙ ecclesia nihil dicat scđm Bal. in l. j. C. de reb. eccle. non alienan. Ioan. de Imo. in c. ea noscitur. in quarta col. de his quæ fiunt à pręla. pro hoc ego allegabam in simili Domi. in c. fi. de pœniten. & remissio. in vj. ubi dicit Io. Mo. dicere. Episcopus non pōt dare nisi quadraginta dies de indulgentia, si dedit quinquaginta, nō ualebit etiam quo ad quadraginta. licet Ioan. Andr. ibi teneat contrariū. facit etiā quod in simili dicit Pau. de Cast. in l. precib. in fi. C. de precib. Imper. offe. ubi dicit, ꝙ princeps potest dilationē quinquēnalem cōcedere, sed excedere nō potest, ꝙ si excessit, quia cōcessit usque ad vij. annos, non ualebit concessio

4 etiam quo ad quinque. ¶ †Item in ꝓprijs terminis allegaui Lapum, alleg. lxxx. uolentem post multa iura allegata pro & contrà, ꝙ si locatur res ecclesiæ ultra tempus permissum, ꝙ etiã non ualebit in tempore permisso. & ibi dicit idem uoluisse Bar. in cõ. incipiente, uisa quadam constitutione episc. Flo. clix. & in hanc partẽ distinguendo uidetur inclinare Ioann. de Imol. in l. quod dicitur. ff. de uer. obl. & pro eius distin. facit qđ dicit Bart. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & Alex. in quarto uol. conf. xvij. in iij. col. ¶ Et sic stante secunda concessione nulla ꝓpter pacta insolita ibi apposita, stãdum est primæ concessioni, & per cõsequens ius est pro domino Motiæ, qui venit per ius accrescendi, quod non est præscriptum, & sic prima & secunda sententia debet confirmari. Nec obst. quod dicitur, ꝙ ex antiquitate secundæ concessionis, præsumũtur omnia solenniter acta,

5 †& solennitates extrinsecæ præsumutur, si earum defectus nunquàm fuit allegat' vt dicit Compostellanus & Io. And. in c. cum dilectus. de consue. ꝑ tex. in c. ea noscitur. de his quæ fi. à præla. & notant Moder. in l. sciẽdum. & in cõcord. ff. de verb. obl. Quia respondetur, ꝙ illud est verum, nisi producat instrumentum, in quo apparet, ꝙ non interuenerunt solennitates, tunc ex cursu longissimi temporis non præsumuntur solennitates interuenisse, ita dicit Pau. de Ca. in conf. xlviij. incip. in causa quæ vertitur inter reuerendum patrem. post medium, dicẽs, ꝙ si ex facie instrumenti apparet, ꝙ non interfuit citatio ad sententiam, non statur dictæ præsumptioni propter antiquitatem, quia sublata est ꝑ

6 euidentiam facti, †cùm nulla sit maior probatio, q̃ rei euidentia, vt not. Innoc. in c. proposuisti. de proba. Facit l. emptorem. in princi. ff. de actio. empt. & istud consil. Pauli allegauit Alex. in quarto volum. in consil. j. in vj. col. Sed ista secunda concessio est producta taliter, ꝙ per eam apparet, ꝙ non interuenerunt solennia requisita de iure in perpetuis concessionibus rerum ecclesiæ, ex quo simpliciter apparet facta. ergo vbi habemus veritatẽ, non cadit præsumptionis allegatio ex cursu temporis

7 †quia plus demonstrat per facti ꝑsentiam, q̃ per vocis efficaciam, secundum Bal. in l. j. ij. c. C. de ædi. action. tolliẽ ergo dicta ꝑsumptio, per id ꝙ in contrarium apparet, vt in l. cum multæ. C. de do. ante nup. ¶ Præterea ista scđa cõcessio in perpetuum, quę dicitur alienatio, nõ potuit fieri sine decreto summi Pontificis, cui est subiectum monasterium, vt in ca. dudum. de reb. ecclesi. non alie. in vj. & habeẽ in Cle. j. eo. tit. & in c. vt super. eod. tit. in antiquis. per Inno. & alios. & Bal. in aut. hoc ius por. C. de sacrosan. eccl. Et cũ nõ sit probatũ ꝙ Papa sciuerit, ꝙ talis concessio secũda facta fuit sine eius voluntate, ideo non potest ꝑsumi decretũ prædictum ex antiquitate tẽporis, vt dicit Bal. in l. ij. C. de legi. hæredib. & in l. si aliena. vers. sed si non adierit. ff. de acquir. hęred. & in l. si filius. C. de pet. hære. vbi ex antiquitate præsumitur solennitas, quia interuenit scientia & patientia illius, cuius authoritas vel consensus pręsumitur. igitur cùm non sit probata scientia Papæ, qui habebat consentire, nõ oritur dicta præsumptio, & ita re ꝑ io tenuisse Alex. in quarto vol. cõs. xvij. in ij. col. & in iij. vol. conf. ix. in iij. colum. Item semper pro parte Motiæ fuit negatum, ꝙ in dicta secunda cõcessione interuenerunt solẽnitates requisitæ, & ideo nõ possunt ꝑsumi ex antiquitate tpis xxx ann. vt not. in c. j. & ij. de his quę fi. à præt. & hoc firmat Abb. Sic. in c. ea noscit. eo. tit. &

voluit Alex.in d.ix.conf.& sic fuit iudicatum in fauorem Motiæ pdictæ. vide infrà decis.cccliiij.

ADDITIO.

Emphyteusis ecclesiæ an possit in perpetuum fieri, Anchar.cons. ccccxliij. nu.3. & vsque ad quem gradū veniētes vocet, idem d. cons.xliiij. in prin. & cōs.cccxciij.in princ. & quæ requirantur in alienatione eius.idem d. cōs.ccccxliij.nu.2.& Bertr.parte j.cō. vj.nu.5. Et in quibus casibus teneat sine solennitate, vide per Hippol. de Marsil.singu.cxxxij.inci. in alienatione.& in practica.§.ij.nu.27. Bertran. parte ij.conf.cclvj.in princ.

DECISIO CVIII.

De cautione fideiussoria præstanda in casu suspitionis in transactione.

SVMMARIVM.

1 Cautio de adimplendo adueniente conditione, an peti possit pendente conditione apposita in trāsactione.
Fideiussorē dare non tenet, qui recepit, & promisit de nō conueniēdo.

2 Intellectus ad l.omnibus.ff.de iudi. & ad l.dedi.ff.de cond.ob cau.
Transactio est contractus innominatus & stricti iuris.

3 Cautio fideiussoria habet locum etiam in actionibus stricti iuris.

PROCVRATOR patris Raymundi in partes conuentus fuit in sacro Consilio per dictum Raymundū procuratorem sui patris ad restituendum sibi maximam summā pecuniæ ex causa administrationis, tandem deuenerunt ad transactionem publico instrō mediante, in quo dictus procurator conuentus promittit dicto Raymundo ex causa dictæ administrationis soluere per eius hæredes vel eius vxorem post eius mortem ducatos octo mille dicto Raymundo procuratori, vt s. vel eius principali. ¶ Et est præmittendū, φ ante dictā transactionē, dictus procurator donauit irreuocabiliter inter viuos suæ vxori vltra dotes ducatos duos mille, & vltrà, cū iuro, & ista transactio fuit facta in ciuitate Neapoli, demum post aliquot menses iste pcurator pparauit suas sarcinulas pro eundo extra regnum, in quo nihil possidet. ¶ 1 † Quærit vtrū pendente dicta conditione contenta in d.transactione possit petere dictus Raymundus noīe quo suprà, vt dict⁹ pcurator idoneè caueat, φ post eius mortē eius hæredes, vel vxor satisfaciant dictos octo mille ducatos. ¶ Dubium facit l.dedi.in prin.ff.de condi. ob cau.vbi dr, φ si dedi tibi decē, ne me conuenias in iudicio, nō possum petere vt caueas mihi idoneè, φ non me conuenias.ista lex allegat p Bar. in l.in oībus.ff.de iud. pro contrario ad d.l.vbi dicit, φ ille qui tenetur ad diē vel sub cōditione, pōt conueniri ad cauendū cum fideiussore. ¶ Soluit Bar.secundū gl.in d.l.in oībus. vc 3, 2 φ lex † in omnibus.loquit in bonæ fidei iudicijs: lex, dedi.loquit in cōtractibus innominatis & stricti iuris, sed transactio est contractus innominat⁹ & stricti iuris, vt dicit gl. in verb. ex pacto.in l.siue apud acta.& ibi Barto. ver.quæro secundò vtrum.C.de transac.& ibi Bal.etiam, in ver.quærit hic Bar.& Bal.in rub.C.de rer. permu.ergo videt, φ nō debet pstari dicta idonea cautio, nisi qñ dictus debitor de facili pōt pstare dictā fideiussoriam cautionē, vt dicit gl. & Bart. in l.ij.in 3 prin.ff.so. ma. ¶ † Sed cōis conclusio est, φ dicta fideiussoria cautio nō solū hēt locū in actionibus bonæ fidei, sed ēt in stricti iuris, vt dñt Ang.Ioā. de Imol.& Paulus de Castro, & Alexander in dicta l. secunda non habita distinctione, an facilè debitor possit inuenire fideiussorem. hoc verum causa superueniente. puta quia

debitor effectus est suspectus, prout erat in pñti themate: vt multũ egregiè p multa iura firmat Alex. in d.l. ij. in princip. in v. col. & sequen. vbi hoc limitat tribus limitationibus: vt ibi per eũ. ¶ Fuit p oẽs votatum, ꝙ stãte dicta suspitione, ꝙ dictus debitor retineatur, donec idonee caueat, ꝙ eius heredes uel uxor adimpleant promissa per eum.

DECISIO CIX.

In ius vocati vt eant, vel cautum dent.

SVMMARIVM.

1 Actione personali conuentus, cauere debet de stando iuri.
Satisdare de iudicio sisti, non tenetur possidens immobilia in Regno.
Regnum ponitur pro vna prouincia.
2 Cauẽdũ est de iudicio sisti, donec pendet quæstio an debeat cauere.

1 ACTOR agit † actione personali contra cõuẽtũ, & petit, ꝙ reus caueat de stando iuri, iuxta formam. §. sed hodie. Institu. de satisdatio. Replicat reus, ꝙ ipse possidet immobilia in Regno, & sic cũ totũ Regnũ 1 sit pro vna prouincia ut dicit Lucas de Penna, in l. fi. C. de discussoribus. lib. x. non tenetur satisdare, ut in l. sciẽdum. ff. qui satisd. cog. rñdit actor, ꝙ donec constet, ꝙ possideat bona immobilia in Regno, debet cauere iuxta formã dicti §. sed hodie. quia interim posset recedere, & sic iudiciũ es- 2 set elusorium. † Fuit pariter votatũ in Consilio, ꝙ iste casus non reperitur in specie decisus. Sed bñ põt iuridicè decidi per titulum, in ius vocati ut eant aut satisdẽt. ubi pstatur fideiussio de eundo ad iudicẽ, & postea præstatur cautio de stando iuri. Idem dicit Alex. in l. j. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. Et conclusum fuit, ꝙ reus caueat iuxta formã iuris de stando iuri donec probauerit se possidere bona stabilia in Regno, & hoc constituto, sit annullata dicta fideiussio.

DECISIO CX.

De non numeratæ pecuniæ exceptione.

SVMMARIVM.

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ põt in contractu mutui, p debitorẽ etiam post biẽnium opponi, si probatum fuit de non solutione. 2.
Cõfessio geminata an excludat ab exceptione non numeratæ pecuniæ.
2 Exceptio non numeratæ pecuniæ. qñ peti possit post solutionem.
Prorogatio intelligitur facta, iuxta qualitatẽ primæ obligationis.

VINCENTIVS de Foresta est obligatus ex causa mutui ad soluẽdum Io. Colæ oriliæ duca. lx. elapso biennio exequitur obligatio in magna Curia contra Vincẽtiũ in certis bonis mobilibus. Facta executionẽ, Vincẽtius vult pbare, ꝙ pecunia non fuit numerata, & ꝙ causa, p quã fuit facta obligatio non fuit secuta, & hoc probat p cõfessionẽ Io. Colæ 1 oriliæ pbatã p testes. ¶ † Ioã. Cola in contrarium post istã cõfessionẽ pducit instrumẽtum factum post dictam confessionẽ, per quod apparet ꝙ Io. Cola orilia prorogauit terminum solutionis dictorũ ducatorum lx. uirtute obligationis debitorũ, & sic uirtute geminatæ cõfessionis excluditur ab exceptione non nu. pec. p id ꝙ dr in l. in contractibus. C. de non nu. pe. & facit l. cũ fidẽ. C. eo. ti. ¶ In contrarium dr ꝙ dicta prorogatio intelligitur facta, iuxta qualitatẽ primæ obligationis. arg. in l. cũ stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de uerb. 2 obli † sed contra obligationem poterat promittens post biẽnium probare de non numeratione: vt plenè p Ioan. de Imo, in c. fi. de sol. & Bal. in l. si sub specie. C. de postulando.

Bal.& Sal.in l.si nõ singuli.C.si cer. pe.Fel.in c.si cautio.v.char.de fi.instru. Idē post prorogationē.& pro hoc alleg.Glo.Cyn.& Albe.de Rosa.in d.l.cū fidē. C.de non nu.pecu.
3 †ubi licet post solutionē,non possit allegari exceptio non nu.pec.tamen post secundā & tertiā promissionē sic.Et ita fuit uotatum in sacro Consilio.Bene facit quod dicit Ludo.in l.si uero.§.de viro.ff.solu.mat.Et sic fuit dictum, φ executio uirtute dictæ obligationis retractetur.

DECISIO CXI.

De dote sub cautione obligationis bonorum feudalium data,& de reuocatiōe ipsius.

SVMMARIVM.

1 Assensus Regis, an possit p uxorē mortuo uiro impetrari,sup obligatione bonorū feudaliū,non obstante reuocatione p hæredē facta.
2 Alienatio feudi sine Regio assensu, reuocari iure ppprio pōt p alienātē uel eius hæredem,nisi in dote.
3 Fraus excepta intelligitur in omni dispositione legali.
4 Reuocatio alienatiōis feudi pcedēs Regium assensum,fraudem arguit. Maiorū nrorū magna ē autoritas.
5 Alienatio feudi facta in augmētū feudi,pmissa est sine cōsensu dni. Alienatio feudi in pximū,imediate successurū,sine assensu ualet.
6 Alienatio in fraudē nō psumit,quādo fit pro uxore ducenda. Feudum obligari nō pōt,p dote ir reqsito pricipe de assensu,φ si secus nō reuocat ante requisitionem. Maritus in eadē uolūtate mori psumitur,in qua pmansit in uita.
7 Hæres fauore dotis,tenet hre ratū defuncti factū,maximè fauordotis. Donatio facta alteri, ut postea donet ecclesiæ,an possit reuocari per donātē in ecclesiæ piudicium:& an ius illud reuocādi trāseat ī hæredē.
1 cōpensationis.¶†Ad primū fuit decisum ꝑ sacrū Consiliū,ꝙ postq̄ cōstat per instr̄m mutui liquidū contra hæredē mulieris, ꝙ inducta sit ipso iure cōpensatio, & ꝙ hæredi mulieris nō cōpetat actio,& licet istud dubiū sit de apicibus iuris,ut dicit Pau. de Cast.in l.si constat.C.de cōpensationibus. vbi gl.tangit hoc dubiū,& sunt opiniones inter doctores,tn̄ ista est uerior opinio,quā firmat Bart.in l.verū.ff.de cōpensatio. & quia text. in §. bonæfidei. Institutio de actio.
2 † imponit iudici necessitatē ad compensandū. Et firmat hoc Tindarus discipulus in suo solenni tractatu de cōpēsatiōe,ꝑ iura & authoritates:vt ibi per eundē. nā speciale est in ista exeptione cōpensationis, vt ipso iure extingat actionē,sed aliæ exceptiones elidunt, vt in l.si vnus.§.pactus
3 ne peteret.ff.de pactis.¶† Ad secundum dubiū fuit decidendo rn̄sum ꝑ sacrū Consiliū, ꝙ cōpensatio potest opponi etiā post sn̄iam, quę transiuit in rē iudicatā,vt cōcludunt Abb. post alios & Felinus in c.suborta. de re iudi. & vr̄ text.in l.ij.C.de compensa.& in l.si cùm militi.§ cùm intra.ff.de compensa. & firmant Alexand.in lege,si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiuran. Ang.in cōsil.cxxx.incipiēte; quidā noīe Nicolaus.& Anto.de Butrig.in cap.bona fides. depositi.Ludo.in consi.lxxvj.
¶Ad tertiū dubiū fuit dictū,ꝙ glos. Neapol.super dicta consuetudine,in verbo, solutum. tangit dictum du-
4 bium,† & concludit quòd contra instrumentū dotale potest opponi exceptio cōpēsationis, quæ habet vim

solutionis,vt in dicta lege,si constat. & qui cõpensat nõ facit cõtra instrumentũ dotale,imò acceptat validum esse instrumẽtum,sed est satisfactum & solutum per cõpensationẽ,cum nihil intersit an quis soluat vel cõpensét.l.si debitor.ff. qui potio.in pig. habe. Idẽ firmant Bar.& Bal.in l.diuortio.§.donationes,ff.sol. matr.Facit quod not. Bar.in l.amplius non peti.ff.rẽ ra.habe.& idẽ sentit Neap. in consuetudine,dos. in verbo, peti. ¶Et si dicatur in instrumẽto dotali fuit renuntiatũ exceptioni cõpensationis.

5 ¶† Respondet,ꝙ nõ fuit renũtiatum, nec iuratũ nõ opponere exceptionẽ solutionis, nec id quod habetur loco solutionis, nex exceptioni carentiæ actionis, quæ propterea possunt opponi,& sic repellit agẽtẽ, quia agentis nõ interest agere,vt in l.iij.ff.de cõpensatio.¶Secũdò respõdetur, ꝙ nõ valet renuntiatio ut nõ possit opponi cõpensatio, quia esset cõtra naturalẽ æquitatẽ,vt in d.§.in bonæfidei.Itẽ esset cõtra bonos mores,vt in l.alia.§.elegãter.ff.sol mat. 2

6 ¶† Itẽ nõ valet renuntiatio in his,q̃ iudex ex officio facere potest, vt dicit Hostien.in summa de offi.iudi.§. vtrũ desideret, Sed iudex ex officio debet facere cõpensationẽ,vt in d.§. in bonæfidei.ergo renuntiatio nõ tenet.¶Et sic fuit conclusum per Consilium quod talis renuntiatio non debet esse in consideratione. Matthæus de Afflicto.

DECISIO CXXII.

De mero & misto imperio nõ cõcesso per verba generali.

SVMMARIVM.

1 Imperiũ merũ & mistum an veniat sub generalitate alienationis.

2 Imperium merum & mistum de regalibus est.

3 Verba generalia non sufficiunt,vbi specialia requiruntur.

Specialiter dictum quid dicatur.

Regalia non transeunt per generalia verba.

SI COMES alienauit cum Regio assensu castrũ cũ iurisdictione & pertinentijs suis nihil sibi reseruãdo,nõ tñ dixit cũ mero & misto imperio, quod ipse comes habebat à Rege in

1 dicto castro: † an videat̃ alienasse ipsum merũ & mistũ imperiũ?¶ Videt̃ ꝙ sic,quia cũ sit alienatũ castrũ cum vniuersitate nihil sibi reseruãdo, vr̃ alienatũ etiã merum & mistũ imperium,quod habebat à Rege. hoc expressè firmat Bal.in c.j.de capi. qui curiã vẽdidit.& Bal.in l j.§.in initio. ff.de off.præfec.vrbis.& Bal.in l.ij.ff. de const.princ.& in l.penul.C.de bonis,quæ lib. & Alb.in l.imperiũ.ff.de iurisd.om.iud.& Bar.in cõsil.clxxxix. incip.primò quærit̃.& Ale.in iiij.vo. consi.xxv.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de iur.om.iud.in addi. quæ incipit,vide istas duas opi.& Hostien. in sum.de potesta. iud.deleg.§.qui delegari.circa fi.

2 †Sed in isto Regno nũquã veniunt regalia p generalia verba,ut dicit And.de Iser. in c.j.§.si qs alium.de pace.tenen.Nã merũ & mistũ imperiũ est de regalib⁹,vt in c.i. quæ sint regalia.& iõ nisi specialiter cõcedat̃,nõ venit p verba gñalia, ut in cõst.regni.Ea q̃ ad decus.

3 † & ubi requirunt̃ verba specialia,non sufficiunt generalia,vt in c.fi.de off.vica. lib.vi.& illud dr̃ specialiter dictum, quòd est à generalitate verborũ extractũ.l.uxorem. §.felicissimo. ff. de lega.iii.Item ea quæ sunt regalia nõ transeunt p generalia verba,ut in c. quod translationẽ.de offi.leg.& Alexan.in l.j.col.j.ff.de iur.om.iud.¶Et propterea fuit iudicatũ in Cõsilio in causa comitis Consiæ cõtra dominũ terræ saluiæ, quòd non sit cõcessum merum & mistum imperium, licet

sit dictum, nihil sibi reseruando, sed ipse comes habebit merum & mistũ imperium in dicto castro prout habebat ante alienationem.

DECISIO CXXIII.

De promissione vulnerati chirurgo facta.

SVMMARIVM.

1 Promissio infirmi medico facta an valeat.

Promissio defuncti obligat hęrdes.

2 Medicis an liceat ab infirmo recipe ꝓmissionẽ pecuniæ pro curatione.

3 Intellectus ad l. archiatri. de profes. & medi. libro. x. C.

DOMINVS Carolus copula 1 chirurgicus petit† ducatos centũ ab hæredibus Petri de Blancha tanquã sibi ꝓmissos tpe quo ipse Chirurgicus medicinabat eius feritã. Vtrũ debeatur sibi Oẽs dñi dicebant, ꝙ sic, quia illa promissio defuncti obligat hæredes. l. si pactũ. ff. de ꝓbatio. cum cõcord. Ego fui per momentũ in cõ 2 traria opinione, ꝙ nõ debent, † quia nõ licet medicis recipere ab infirmo ꝓmissionẽ pecuniæ pro eo curãdo, & si ipsam ꝓmissionẽ recipit, nõ valet, allegabã tex in l. archiatri. & ibi Bar. C. de professo. & medicis, lib. x. & alle. ff. de varijs & extraord. cogni. l. medicos. Sed melius cogitando dixi, ꝙ dicta lex, archiatri loquitur in medico, qui habet salariũ ã publico & 3 ideo nõ† facit ad factũ. Itẽ in d. l. medicos. loquit̃ qñ medicus dedit mala medicamẽta, & infirmus ꝓmisit centum vt curaret ipm, talis ꝓmissio cassatur. Et ideo Spec. in tit. de salarijs, ponit versum Ioãnis de deo. ¶ Dum dolet infirmus, medicus sit pignore firmus. Licet Io. An. ibi dicat, ꝙ hoc nõ est bene dictũ ¶ Et iõ p sacrũ Cõsiliũ vnanimiter fuit cõclusum, ꝙ valuit dicta promissio, & hæredes dicti infirmi, qui conualuit de il a ferita, fuerunt condẽnati ad dictos centum ducatos soluendos dicto chirurgico.

DECISIO CXXIIII.

De restitutione in integrũ aduersus probatione omissam, & dedicatione in ea.

SVMMARIVM.

1 Beneficiũ quod denegari non potest, proficere debet.

2 Beneficiũ restitutionis in integrũ aduersus probationẽ omissam, & illius tẽpus est iudici arbitrarium.

3 Tẽpus ad defensiones faciendas in beneficio debet esse congruum.

Citationis tẽpus congruere debet, ne citatio reddatur nulla.

1 ECCE† datus est terminus ad probandum incumbentia arbitrio iudicis, facta publicatione reus cui cõpetit beneficium, petit beneficium primum per extra Regnum, & petit dilationem competentem, dicitur, ꝙ non debet habere nisi medietatem primi termini, quia sic semper fuit obseruatum. ¶ In cõtrarium dicitur, ꝙ dictum beneficium postquàm non potest sibi denegari, debet esse sibi proficuum, vt arbitretur à iudice tempus secundùm distantiam loci 2 vbi sunt testes, † quia tempus beneficij est arbitrarium iudici, vt dicit Inno. c. coram. de restit. in integr. & Card. in Cle. j. eo. tit. in vlt. q. aliàs si esset medietas primi termini, esset terminus impossibilis ad faciendum suas defensiones, & per indirectum tollitur sibi beneficium. i. restitutio in integrum aduersum probationem omissam, per quam omissionem perderet possessionẽ siue dominium, vt dicit Bal. in l. ab hostib⁹. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. maiores. & 3 in l. interdum. ff. de mi. † tẽpus ad faciendum defensiones in beneficio debet esse congruum, sicut dicimus in tempore quod ponitur in citatio-

rie, quod debet esse congrum, aliàs citatio redditur nulla, secūdum Bar. in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clā. & Old. in consil. xliij. inci. quæritur vtrum &c. Et Abb. in c. cum dilecti. de dolo & contu. & Barto. in extrauaganti, ad reprimendam. in verbo, per edictum. ¶ Fuit tandem conclusum in Consilio, ꝙ primum beneficium arbitretur secundùm distātiam loci, & nō prout vulgariter dicitur, quod sit medietas primi termini, & ita postea vidi fuisse pluries seruatū, & maximè in causa Ia. Rubei cū domina.

DECISIO CXXV.

De inofficioso testamento, & legitima à legatis immuni.

SVMMARIVM.

1 Soror quæ fratris testamentum pro quarta parte dixit inofficiosum, an teneatur ad legata pro illa parte.

2 Legitima debetur fratri vel sorori in institutione turpis persona, & quanta sit.

3 Testamentum in quo turpis instituta est persona, qualiter rumpatur, & in quibus.

4 Legata an præstanda in testō inofficioso per turpitudinem institutionis.

Clausula codicillaris quam habeat virtutem.

1 SOROR † dixit testamentum fratris inofficiosum, quia in eo fuit instituta turpis persona, puta frater spurius. Et fuit pronuntiatum testm̄ inofficiosum, & hæres scriptus fuit condemnatus ad restituendum quartam partē hæreditatis defuncti sorori: in quo testō testator multis personis fecit certa legata, & ēt ad pias causas. ¶ Vtrum illa soror teneatur ad legata pro quarta parte. ¶ Fuit votatū per totū sacrū Consiliū ꝙ non, quia fratri vel sorori debet legitima turpi persona instituta: vt in l. si fratres. & in l. fratres. C. de inoff. testa. & in l.
2 j. ff. eo. tit. † ista legitima est quarta pars: vt firmat Ange. in d. l. j. qn̄ fratres sunt infra quatuor, aliàs esset semis: vt dixit ibi Ang. & Alc. in ij. vol. consi. lxiij. in ij. col. Et ista legitima debet sine onere: vt C. de inoff. testa. l. omni modo. & l. quoniam in prioribus. vnde hæres scriptus tenetur soluere legata integra, si hēt tantū ꝙ de bonis testōris remanet sibi Falcidia de legatis. Et sic hæres scriptus qui habet tres partes hæreditatis soluet
3 integra legata. † Et sic testm̄ non rūpitur instituta turpi persona quo ad legata, sed solū quo ad institutionē, hoc est quo ad ipsam legitimam, secundùm Pau. de Ca. in l. Titia filia. ff. de inoffi. test. licet alij velint ꝙ si testamentum dicitur inofficiosum per fratrem, quia fuit in eo turpis persona instituta, non prestantur legata, vt volunt magis communiter doctores in authen ex causa. C. de liber. pteritis. per Alex. & Ias. tn̄ hoc esset, quando teneretur illa opinio, ꝙ in totum testamentum in quo turpis persona est instituta fuit. Sed secundum opi. Ang. in d. l. j. quævult, ꝙ solū cōpetit
4 fratri legitima, † vitiatur institutio quantū ad legitimā, & legata soluuntur: vt firmat ēt Alex. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Trebel. vt firmat hoc indistinctè procedere, vbi in testamento esset clausula codicillaris, quæ operatur ut uenientes ab intestato sint grauati restituere hæreditatem hæredi scripto: & tunc detrahit quartam sine honore: ut ibi latius per eū. ¶ Et sic fuit uotatum, ꝙ legatum alimentorum factū tertijs soluatur integrē per hæredes scriptos, & nihil contribuat illa soror.

DECISIO CXXVI.

De possessione restituenda per inquilinos possidentes.

SVMMARIVM.

1 Inquilinus de possessionis restitutione condẽnatur pp simplicẽ possidẽdi assertionẽ in principio causæ.

2 Expẽsarũ cõdẽnatio pp mendaciũ.

PETRVS Gammitella egit cõ
1 tra certos coniuges,† eò ꝙ ipsi occupatũ tenẽt quondã mẽbrũ terraneũ domus suæ:illi coniuges interrogati si tenet & possident,dicunt ꝙ sic, postea in limine conclusionis dicunt,ꝙ tenent vt inquilini monasterij sanctę Mariæ Carmino,& producũt instrumentum locationis per tres annos. Petrus actor probat suam possessionem dicti membri, quæ possessio indebitè puenit ad dictũ monasteriũ. ¶Dubitatur modò, vtrũ illi conuẽti sint cõdẽnandi ad restitutionẽ membri prædicti. Videtur ꝙ non per not.
2 in l.j.C.vbi in rẽ actio. † quia possessor possideit vt inquilinus,& nominat dominũ in iudicio. ¶In contrarium, quia semel dixerunt se possidere, ió debent cõdẽnari ad restitutionẽ possessionis quã habent,ex quo semel se obtulerunt liti,per l.qui se liti obtulit.ff.de petitio hæredita. & l.is qui se obtulit.ff.de rei.ven. ¶Et sic fuit votatum citra præiudiciũ iuriũ dicti monasterij. Sed ipsi conuenti pp dictũ mendaciũ debent cõdẽnari in expensis:& sic fuerunt condemnati.

DECISIO CXXVII.

De augmento dotis,& de successione in illa.

SVMMARIVM.

1 Soror uterina præfertur proximioribus alteri⁹ ĩ successiõe antiphati. Cã proxima & nõ remota inspicit.

1 MATER hẽt duas filias, † vnam ex primo viro,& aliã ex secũdo uiro, lucrata fuit antiphatũ quo ad vsumfructum. ¶Demũ deuenitur ad conuentionẽ & transactionẽ, vt pro vsufructu antiphati habeat talẽ rem stabilẽ pro vsufructu & proprietate: moritur mater superstitibus ipsis filiabus hæredibus matris. ¶ Demũ moritur filia ex primo mrimonio superstite sorore vterina,& superstitibus agnatis ex parte patris sui. ¶ Vtrũ in illo antiphato succedãt proximiores ex parte patris,vel soror prædicta vterina. ¶ Fuit iudicatum in Consilio nemine discrepãte, ꝙ soror uterina succedat:quia antiphatũ procedit à matre tanquã cã proxima. & licet pro-
2 cessit à patre,tñ ista ẽ cã remota:† & cã proxima & non remota inspicitur vt sunt concordantiæ p me in c.j.Imperator Lotharius:hoc concludit gl. in consuetudine ij.de success.ab intestato,in verbo, obuenerunt. & in gl. in verbo, materna, tene menti istam decisionem,quia prodest ad multa.

DECISIO CXXVIII.

De priuilegio legitimandi reuocato per successorem.

SVMMARIVM.

1 Priuilegiũ legitimãdi spurios mortuo cõcedente,an expiret & qñ.8. Priuilegiorum confirmatio p nouũ Regem cõsilij est,cuius defectu nõ inficiuntur.

2 Indulgentia post indulgentis mortem nõ protrahitur, & eadẽ ratione dispensatio.3.

Sententia tractũ successiuum habẽs sine causæ cognitione lata effectum in tempus successoris non extẽdit.

4 Licentia concessa cum concedente, an moriatur.5.

Neapolitanum regnum liberum est ab imperio.

6 Indulgentia ex causa necessaria cõcessa durat post cõcedẽtis mortem.

7 Confirmatio ex certa scientia & cũ causæ cognitione prorogatur in tẽpus successoris.

9 Successor laici in feudo habet ratũ factũ defuncti etiam consummãdũ.

10 Priuilegium in uim contractus cōcessum, est irreuocabile.
11 Princeps quæ iuris ciuilis sunt, facile tolli.
12 Princeps legitimatū ad illegitimationem reducere potest.
13 Legitimationes sunt de iure ciuili.
14 Rescriptum principis habet vim legis.

FVIT dubitatum: Ecce Imperator dedit priuilegium dño Michaeli Ricio.I.doctori,& eius filio in doctorali dignitate in futurū existēti legitimandi spurios in regno, & Rex Alphōsus primus dictū priuilegiū con
1 firmauit. ¶ † Vtrū mortuo Rege Alphōso tale priuilegium expirauerit. Multi dicebant, ꝙ non: quia defectus confirmationis noui Regis, non inficit priuilegium, licet sit consilij ꝙ confirmetur, vt dicit Cy.in l.priuilegia.C.de sac.sanc.eccle.& Bal.ī cōsi. xcvj.in iij.vol.Alij dicebant, ꝙ illa licentia legitimandi concessa ab Imperatore,& confirmata per Regem Alphōsum expirauerit in Regno ꝑ mortem Regis Alphonsi per glo.in c.pe.
2 de cleri. non residen. quæ dicit, † ꝙ indulgentia non extēditur post mortem illius qui concessit. & pro hoc facit l.fi.ff.de pœnis.& Insti. de perpetuis & temp.actio.Vnde sicut sñia quæ habet tractum successiuum, si ē lata sine causæ cognitione, nō durat vltra tempus proferentis eam, & nō operatur effectum suum in tempus successoris: vt dicit glo.& Abb. Sicu. in c.à nobis. el j.de senten. excom. Ita videtur dicendum in ista licentia data per dominum Regem. & illam glo.in dicto c.pe. sequuntur Pet. de Ancha.& Cardi.Flo.ibi, licet referat alios tenere contrariū.Io.And.tenet ibi, ꝙ si licētia data causa non cognita, expirat per mortē concedētis eam dominus Gaspar. de Calda. simplici-
3 ter sequitur illam glo.† Et dicit, ꝙ in dulgentia extinguitur ꝑ mortē,& eadem ratione dispēsatio.postea dicit, quòd si indulgētia fuit cum causæ cognitione concessa, valet etiam intra tempus successoris. Et dicit Ioan. de Imo.in d.c.penul.ꝙ ista est communis opinio.& hoc firmant domini de Rota in decisionibus antiquis in ix. char.incip.camerarius Papæ &c.Quare videbatur esse dicendum, ꝙ si illa cōfirmatio facta ꝑ regē Alphonsum fuisset facta in forma communi,& sine causæ cognitione, de qua in ca.j. de confir.vti.vel inuti.& not.in c.inter dilectos.de fide instr.ꝙ talis confirmatio extinguitur per eius mortē.
4 † Et si diceretur, ꝙ ista confirmatio Regis non pōt dici licentia, sed priuilegium, per ea quæ no.in l.& quia.ff. de iur.om.iud.transiens in filium doctorē. Ad hoc quidam respondebant, ꝙ priuilegiū Regis Alphonsi non est aliud in effectu, nisi ꝙ dat licētiā domino Michaeli,& eius filio, domino Pirrho Loisio doctori, vt possit in Regno legitimare spurios, quos legitimare nō poterat sine licētia Regis: vt dicit Cardi.Flo.in Cle.fi.in ver.v. quæro.de elec.quia hoc Regnum liberum ē ab imperio: vt dicit Andr.in prælu.feu.& ꝑ consequēs Imperator in successionibus bonorum, non pōt legitimare spurium in isto Regno: vt habetur in c.ꝑ venerabilem.qui filij sint leg.igitur ista licentia non trāsit intra tempus Regis successoris. Sed do.Card.in loco præallegato dicit, ꝙ
5 mortuo † concedente licētiam, licentia non expirat. & idem firmat Abb. Sicu.in d.c.pe.allegans Inno. in c.ꝙ trāslationē.in fi.de offi.lega.vbi vult, ꝙ indulgentia vel licentia semel concessa non expirat ꝑ mortē concedentis, secus in pœnalibus, ꝑ d.l fin.ff.de pœnis.Ideo res ista fuit effecta dubia in Cōsilio, ¶ Dicebāt do. Ant.de Alexandro, ꝙ ista.licētia Regis Alphōsi

fuit concessa ex causa voluntaria, & non necessaria. unde reintegra nõ durat post mortẽ concedẽtis licẽtiam. l. inter causas. in prin. ff. mandati. Si
6 enim† licẽtia concedaẽ ex causa necessaria, tunc durat post concedẽtis licentiã. vt hr̃ in l. fundi. ff. de acquir. pos. & not. Bald. in l. j. C. de postul. Item dicebat idem doctor, ꝙ ista cõfirmatio Regis Alfonsi importat cõcessionẽ volũtariȩ iurisdictionis. s. legitimare spurios. & ꝑ consequẽs reintegra finiẽ morte delegantis: vt in d. l. & quia. ff. de iurisd. omniũ iud. c. gratũ. & c. relatũ. & c. licet. de offici. deleg. vbi morte mandantis re integra statim expirat mandatum. Ego dicebã, ꝙ ex quo priuilegium Regis Alfonsi erat cũ inserto tenore priui-
7 legij Imperatoris, † ꝙ talis cõfirmatio dr̃ facta ex certa scia, & dr̃ facta cũ causȩ cognitione, vt volũt doct. in c. j. de transa. & in d. c. j. de confir. vti. vel inuti. & ibi ꝑ Abb. & in Spe. de instru. edi. nunc autẽ. vers. itẽ opponiẽ contra confirmationẽ. Ex hoc sequiẽ, ꝙ si confirmatio est facta ex certa scia, & cum causæ cognitione transit in tp̃s successoris: vt Ioan. de Imo. in d. c. penul. Et donec successor in regno non reuocauerit illã licentiã datã per Regẽ Alfonsum, durat illa licẽtia & cõsumatio: vt dicit Albe. de Rosa in l. digna vox. C. de legi. Et qñ fieret talis reuocatio, nõ operaẽ in ꝑiudiciũ legitimationum factarũ de filijs spurijs per do. Firrhum Loisiũ Riciũ antequam fieret ipsa reuocatio: vt dicit Albe. in d. l. digna vox. ¶ Dicebat domi. Caro. de
8 Rogerijs, † ꝙ licet mandatũ legitimandi expiret post mortẽ mandãtis reintegra, per Cle. fi. de procu. tamẽ fallit nisi actus veniat gerẽdus post mortẽ defuncti mãdantis: vt est tex. in c. cum tibi de testa. vt est etiã videre exẽplũ in executore testamẽti. vt in c. Ioan. de test. & not. in d. c. licet. & in d. c. relatũ. per Abb. Sic. & ꝓbat tex. in l. si ꝓcuratorẽ. §. idem Marcellus. ff. manda. Ego dicebã, ꝙ actus legitimationis poterat fieri ꝑ dictũ Michaelẽ tam ante mortẽ Regis Alfonsi: q̃ post. & ideo secundũ dicta iura allegata per dñm Carolũ, morte mandantis debet finiri dictũ mandatũ: vt Iusti. manda §. rectè. & dicta l. inter causas. & l. si ꝗs. §. morte. ff. manda. Vnde videbaẽ, ꝙ dicta confirmatio non põt dici mandatũ, sed potius licentia. quæ operabitur effectũ suũ donec nõ sit reuocata: vt
9 s. dictũ est. † Et pro hoc facit: quia successor laici in feudo hẽt ratum factũ defuncti, cuius est hæres, etiã nõ consummatũ, sed consummandũ: vt in c. j. qui success. teneantur. secus in successore, qui non est hæres, sicut in ꝑlato ecclesiȩ: vt ibi dicitur. & c. fin. ne ꝑlati vi. suas. & idẽ in successore, qui non est hȩres ex idẽtitate rõnis: & in hoc remanserunt dñi de Consilio. Sed dubitauerũt an Rex Ferdinãdus secundus possit reuocare priuilegium legitimandi sui prȩdecessoris concessum domini Michaeli & filio doctori sine causa. & quid de legiti-
10 mationibus factis: vigore illius cõfirmationis. † Fuit dictum, quòd si illud priuilegium confirmationis fuit concessum pretio mediante, uel ob seruitia [a] & sic in vim contractus, non posſit reuocari per id quod dicit Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe & And. de Iser. in consti. Reg. Ea quæ ad decus. & Alexand. de Imo. in ij. volum. consi. primo, in vj. colum. & cons. cc viij. in iiij. colum. & in consil. ccxv. Secus si illud priuilegium non transiuit in vim contractus, quia tunc potest reuocari, vt dicit Andre. in capitu. primo de vasal. decrepitæ ætat. & Innocent. in capitul. nouit. de iudic. & not. in l. qui fun-

dos.C.de omni agro deserto.lib.xj. & firmat Caro.Floré.in repetit.in c. ppédimus de senté. excom. in dist. magna,an princeps possit tollere priuilegium.& ponit exéplum in priuilegio legitimationis : & de hoc dixi in c.j.de natura feudi & not.Bald in l.rescripta.C.de preti.Imperat.offe.

11 † Id ergo quod fuit acquisitũ facto principis,sine causa princeps pôt tollere.dicit Ang.in l.Luci⁹.ff.de euic. nam ea quæ sunt de iure ciuili princeps de facili tollit.dicit Bald.in l.fi. penul. colũ.C.senté.rescin.non pos. & Abb.Sic.in consil.lxxxv.in cipiéte,illud in summa.vbi firmat,ꝙ ius quæsitũ mediante iure ciuili priceps pôt tollere.idẽ Paul.de Cast.in l.cũ hæredes.ff. de acquir.pos.hř per scribétes in c. quæ in ecclesiarũ . maximè per Moder. de constitu. At illa confirmatio Regis Alfonsi non transiuit in contractum,quia nõ interuenit ptium,nec seruitia fuerũt expressa,ideo successor Rex pôt ipsam re-

12 uocare.†Sicut.n. priceps de illegitimo facit legitimũ cũ clausula , non obstante &c.Ita legitimatum ab eo pôt reducere ad primũ statum tollẽdo illam legitimationem factam virtute sui priuilegij,& hoc p totum titulum.C.de interdicto matrimonio. & p id ꝙ voluit Bar.in l.si is qui pro emptore.in iij.quæstione princip.ff. de vsuca.¶Fuit igit̃ votatum post lõgam discussionẽ, ꝙ donec licẽtia & cõfirmatio Regis Alfonsi priuilegij Imperatoris concessi domino Michaeli Ricio,& post eius mortẽ dicto domino Pyrrho Loisio Ricio docto ri,legitimandi spurio,non fuerit reuocata per Regem,ꝙ pôt ipse Pyrrhus Loisius legitimare spurios,licet non habuerit confirmationẽ à Rege Ferdinando primo & successoribus. Et facta relatione de prædictis Regi Ferdinando secũdo,dictus Rex scripsit sacro Consilio ꝙ ipse reuocat illam licẽtiam datam per Regem Alfonsum pdictum, & etiam oẽs legitimationes factas per dominũ Pyrrhũ Loisium Riciũ post mortem Regis

13 Alfonsi: † quia istæ legitimationes sunt de iure ciuili,quę pñt per Regẽ tolli sine causa:vt no.in c.proposuit. de concession.pbẽ. & in iuribus pallegatis.& in consilijs Alex. in ij.vol. consi lxxxviij. Et licet pro parte ipsius domini Pyrrhi Loisij fuisset de hac reuocatione reclamatũ ad dominũ Regem Ferdinãdũ secũdum. Et idem Rex decretasset supplicationẽ ꝙ sacrũ Consilium iustitiam faciat: tñ hæc decretatio non tollit illam re-

14 uocationẽ:†quia qñ princeps mandat per literas aliquid seruari,de quo pôt disponere, talis litera habet vim legis.dixit Ang. per illum tex.in lege,itemueniunt.§.cæterũ.ff.de peti. hæredi sed dictus Rex potuit facere dictam reuocationem:ut suprà.ergo iustitia est,ꝙ seruetur dicta reuocatio.& sic illa decretatio ꝙ fiat iustitia,nihil profuit impetranti.

SVIS priuilegium concessum pretio mediante , uel ob seruitia , transit in contractum, & non potest reuocari sine causa,per text.in l.fundum.C.de fund. patri. & in cap.primo de feud. sine culp.non amitten. Et dicit Bal.in l.j.ff. de constitutio. princi.quòd concessa per principem iure contractus,non possunt per eũdem uel eius successorem reuocari. ita Petr. de Ancha.in cap.quoniam. de concessio. preben.in vj.Alexand. in cõs.192.4.col.ij.vol.ex quo Deus nõ subiecit cõtract⁹ sub ptãte prinpis.dixit Bal.in c.j.de nã feu.vñ non poterit reuocare , nisi ex cã:vt qñ s. nõ adimplet quod adimpleri debet, secũdũ Bald. in l.pe. C.de don.inter vir.& vxo.Bal.in additio.Spe.in tit. de sent.col 23.ver.sũa quoq;Pet.de

Ancha.in repetitio.c.canonum statu ta.q.xiiij.2.col.ext.de consti. Alex. consi.5.2.col.primo uo.Ro.in l.si ve rò.§.de viro.24. fallen.ff.solu.matr. & in consi.67.& 255.& 350.Thomas Bramaticus.

DECISIO CXXIX.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 Feudo redditítia res est, ergo est feudalis,non tenet consequentia.

2 Reditus non est de feudi substãtia sed fidelitas.
Feudum propriè quid dicatur.

3 Feudum non est sine inuestitura.

4 Feudalis res non concesse in feudo, de qua pręstatur annua pẽsio in du bio,an sit præsumenda emphyteu- tica uel censualis.8.

5 Iason Modernus doctor clarus.

6 Dominium utile & directum ꝑ cõ- tractum cẽsualẽ alienatur.
Contractus feudalis uerè non est quando soluitur pecunia.

7 Feudalis res in emphyteusim à do- mino concessa:sub canone alienata sine consensu,cõmissum cõtrahit.

9 Superficiarius sine domini cõsensu non põt sua melioramẽta uẽdere, sic nec emphyteuta.

8 Pẽsio per alienantẽ soluta procura tori ante declaratum commissum ꝑ dominũ, an præiudicet domino sciẽti.Et quid si procurator ignora uerit.10.

10 Dominus an ignorare uideatur ge sta per procuratorem.

11 Procuratoris factũ qñ noceat dño. Procurator generalis recipiẽdo ca nonẽ,ius domini donare nõ põt.

12 Procurator non põt ad solutionẽ recipiẽdam dilatare terminum.

13 Consuetudo res feudo redditítias alienare concedens irrequisito do- mino,quid requirat.

14 Feudi dominus incultam rem sub canone potest redigere sine Regio consensu,ut colatur & ferillescat.
Domus dicitur modica causa.

15 Modica non curanda.

COMES sancti Angeli agit tanquam vtilis dñs terrę Cirignolæ de ꝓuícia Apuliæ cõtra archipresby terũ dictæ terræ possidẽtẽ quandam domum cũ Casaleno, vbi aliàs erat furnus dictę curiæ, quam petit red- integrari ad feudũ. Et in articulis di cit,ꝙ debet redintegrari, ex eo quia Iosue vẽdidit dictam domum & Ca salenũ dicto archipresbytero sine eius consensu.¶ Quæritur modò de quinque.¶ Et primò,vtrũ sit proba- tum,ꝙ dicta domus cũ Casaleno sit feudalis de dicto feudo Cirignolæ. ¶ Secũdo,an si non ꝓbetꝛ, ꝙ sit feu- dalis,vtrum ꝑsumatur emphyteuti- ca vel cẽsualis. ¶ Tertio vtrũ per re- ceptionem cẽsus siue reditus factum ab ęrarijs comitis ab ipso emptore videatꝛ pręiudicatum in iure caduci- tatis ipsi comiti?¶ Quartò,utrum sit probata cõsuetudo ꝙ res redditítiæ feudo possint alienari sine consensu dñi?¶ Quintò, vtrum in regno si res sterilis feudalis sit vẽdita sine cõsen su dñi,dñs possit illã vẽdicare?¶
1 †Ad primã quæstionem fuit decisum, ꝙ ex ꝓcessu non apparebat,ꝙ dicta do mus cum Casaleno eẽt feudalis.Sed tñ apparebat,ꝙ erat redditítia feu- do annuatim in terrenis vj.& nõ se- quitꝛ, res est redditítia feudo, ergo est feudalis:vt dicit Bal.in l.liberti li bertæq;.C. de oper. liber. Idẽ tenet
2 Iaco.de Belui.in ꝑlu.feud.† quia re ditus non est de substantia feudi,sed fidelitas,secũdũ Andr. in c.j.§. item qui domino,quæ sit prima causa be- ne.amit.ideo dicit Cyn.in authẽ.in- gressi.in vlt.col.ver.circa ꝑmissa ad hoc quæro.C.de sacrosanctis eccle- sijs.ꝙ illud propriè dicitur feudum, in quo quis habet præstare seruitiũ personale. Sed quando præstatur ser

uitium

uitium reale, nō dicitur propriè feu dum† Item quia sine inuestitura nō est feudum, vel id quod habet pro inuestitura, secūdum Bal.in l.j.C.de rerum permu. & in Specu. de loc.§. nunc aliqua.versi.lxxxv.notant.scribētes in l.si stipulatus sum Damā.ff. de verb.obli.not.Alex. in j. vol.cōs. cxxxvj. in iij.col.nec obstant testes dicētes, ꝙ dictæ res sunt feudales, q̄a pro eis soluūtur annuatim dicti vj. tr.& gr.xv. quia p hoc nō probatur ꝙ dicta domus, cū Casaleno sit feudalis:vt in ꝓprijs terminis firmauit Alex. in ṗalleg.conf. cxxxvj. in iiij. col.& sic in isto dubio fuit conclusum p totum Consiliū. ¶ Ad secūdā quæstionē dicit Bald. in d. l.liberti.

4 † ꝙ præsumit contractus emphyteuticus, vel cōtractus innominatus. Et idē vr̄ dicere Bal. in l.falsa.C.de iur. & fac.igno.vbi dicit ꝙ est cōtractus emphyteuticus uel locationis. Sed in veritate potius est iudicandus cōtractus censuarius: vt dicit Alber de Rosa in l.ij.in iiij.col.C.de iure emphy.vbi dicit. Quid de quæstione à me quæsita per quēdam priorē cuiusdam monasterij, in cuius instr̄is fuit repertum vnum, in quo continetur, ꝙ Titius dare ꝓmiserat omni anno ipsi monasterio sextaria decem frumenti pro quodam fundo: Nunquid ex cessatione cadat à iure suo? per l. ij.C.de iure emphy. dixi ꝙ quantocunq; tpe cessaret, quia non constat esse emphyteuticum: vel colonum. Idem si cessaret in solutione census perpetui vel in eleemosyna vel in legato:vt in Spec.in dicto ver. lxxxvj. & not.in ca. constitutus. de reli.do.

5 †Hoc dictū reassumit in scriptis suis iste Modernus doctor clarus Iason in d.l.ij.in ix.q.col.ccxxiij.dicens, ꝙ sol⁹ Io.Fab.in l.j.C.de iure emphy. tangit istā q.& dicit, ꝙ si in regione illa magis frequentatur contractus emphyteuticus, p̄sumit emphyteuticus. Si verò magis frequentat contractus censualis. p̄sumitur cēsualis. Sed idem Iason.ibi in xxj.col.solum refert dictum Alber.& remittit se ad id quod dixit in vj.q. Sed ibi q̄rit, si per quadraginta annos possedit vt emphyteuta, an p̄sumatur ꝑpetuus emphyteuta ille qui tanto tpe soluet canonem:& distinguit vt ibi per eum. Quæstio nostra est, quis cōtractus in dubio præsumat, qn̄ non apparet an soluit vt emphyteuta, vel vt censuarius, & nulla allegatur consuetudo regionis. & istam tangit Alberi.vbi suprà.

6 †Ego dicebā, ꝙ iste casus non est decidendus per dictas authoritates: quia res istæ, de quibus annuatis soluuntur dn̄o Feudi Cirignolæ tr.vj.& gr.xv.& sunt intra fines dicti feudi, impossibile est, ꝙ possit præsumi censualis contractus, q̄a per talem contractū esset res alienata in totū.s. utile & directum dominiū, vt not.in d.c.constitutus & not. Io.de Imo.in c.ad audientiā.de reb. eccle.non alie.in ij.colū. & feudales res non possunt alienari taliter vt transferatur omne dominiū: vt in cōstit.Regni, Constitutionē diuæ memoriæ. ¶ Nec obstat, ꝙ dictū est in prima quæstione: quia concedo ꝙ nō est contractus feudalis verè, qn̄ solui tur pecunia, sed tn̄ res de feudo. Et ideo sicut nō pōt res quæ est de feudo, concedi ad sensum, ita non pote

7 rit præsumi concessa ad cēsum.† Ex quo sequitur, ꝙ dicta domus cū Casaleno præsumit concessa à dn̄o feudi in emphyteusim sub dicto canone, & sic nō poterit alienari sine eius consensu. Et si alienauerit sine consensu, & dn̄s feudi declarauit, ꝙ vult ex hac culpa, ꝙ dictæ res sint amissæ, ex quo malè versatus est alienando sine eius consensu: tunc dictæ res incidunt in cōmissum, vt not.in d.l.ij.

& firmat Ale. in ij.vol.cōsil.xiij.in
j.col.& in eodē volu.consi. clxxxvj.
in iiij.col.& in iij.uol.consi. xliiij.in
j.col.& in hac mea opin.maior pars
dñorū assensit. Illi qui noluerunt cō
currere,dicebāt contractū prædictū
esse potius cēsualē. Mouebant per
id ꝙ dicit Ang. Aret.in §.adeò.in fi.
Insti.locati.vbi dicit,ꝙ sicut emphy
teuta non pōt uendere sua meliora-
8 mēta sine consensu dñi,†ita etiā cen
sualis vel superficiarius:& sic dñs nō
solū habet illū cēsum,sed etiā habet
ius ꝗ cēsuarius non pōt vēdere illā
rē censualē sine consensu eius cui de
bet soluere cēsum.Ego dicebam , ꝙ
Ang.ibi non loquitur de censuario
in quē omne dominiū est translatū,
sed de superficiario vel censuario, ꝗ
soluit aliquid noīe pensionis , & sic
de eo cēsuario qui habet utile domi
niū,qui non pōt alienare sine cōsen
su dñi.Vel illud dictū procedit , ubi
expressè apparet de cōtractu cēsua-
li,secus ubi sumus in ꝓsumēdo quis
contractus sit,ubi prestat annua pen
sio de re quæ est de feudo: licet non
sit concessa in feudū,& sic in dubio
præsumit in emphyteusim , vt s̄.di-
ctum est.¶Ad tertiā q.fuit dictum,ꝙ
9 non est dubium. † ꝙ procurator vel
ærarius recipiēdo pēsionē ab eo cui
fuit facta alienatio rei , quæ prestā-
bat canonem, antequā fuerit per do
minū declaratū,ꝙ volebat,ꝙ illa res
incideret in cōmissum propter cano
nē non solutū præiudicauit domino:
ut tenēt Gl.Io.Andr.& Ioā.de Imo.
in c.potuit.de locato. & cōiter doc.
in d.l.ij.C.de iure emphyteu. & fir-
mant Ale.& alij,ut ipse refert in iiij.
uol.consi.cxij.in ij.col.Quod est ve-
rū,si ꝓcurator & dominus sciuerūt,
ꝙ res illa inciderat in cōmissum ob
aliquam culpam:nam recipiendo pē
sionē,videntur remittere illā culpā.
Sed stat dubium, quid si procurator
ignorauit caducitatē,& recipit pen-
10 sionem,dño ignorāte.†Vtrū dño ꝑ-
iudicauit?vr̄ ꝙ id quod facit procu-
rator, ꝓbabiliter vr̄ ignorari à dño:
ut in l.vulg.ff.pro empto.l.fi. ff.pro
suo.Gl.in l.si res obligata.ff. de leg.
j.in l & si quis delegauerit.ff.de no-
ua. Non .n. sufficit scīa procuratoris
ut dñs constituat sciens.Sed propria
scīa dñi requirit:ut in l.j.C.de acqui.
pos.l.ij.§.si seruº.ff.pro empto. hæc
iura ad hoc allegat Alex.in iiij.uolu.
consi.lxiij.in iiij. col. ¶In contrariū
facit,quia dñs potuit procuratorem
uel ærarium certiorare , ꝙ fuit facta
alienatio rei quæ est de feudo sine
eius consensu,ideò caueat ne reci-
piat reditū . Et sic non certiorando
ipsum, vr̄ ꝙ factū procuratoris no-
ceat dño:ut dicit Bart. in l.in illa sti-
pulatione.in fi.ff.de uerb. obli. & in
l.si fideius.§. si mandato.ff. mandat.
11 † Solutio,ille ærarius fuit constitu-
tus procurator ad exigēdū & recolli
gendū.vnde non vr̄ sibi data ptās,ut
possit per receptionē canonis aliena
re ius dñi,per l.quicūq;.§. itē si insti
tor.ff.de institori.quē allegat ad hoc
Ludo.in singularibus suis , in uerbo
procurator.Itē quia procurator ge-
neralis recipiēdo canonem,non pōt
donare ius dñi.l.contra iuris.ff.de pa
ctis.no.Bal.in l.nec ambigi.C.de do
natio.& Bar.in l.si ꝓcurator.ff.de cō
di.indebi.Et tanto magis,quia ꝓsup-
ponitur,ꝙ dominus ignorante ꝓcu-
ratore protestatus fuit,ꝙvoluit rem
ipsam incidisse in cōmissum:per quā
declarationem domus cū Casaleno
effecta fuit ipsius domini & per con
12 sequēs † sicut non possit de ea tran
sigere, vt not.in c.petitio.de procu.
per Abbatem Sicu.& per Barto. in l.
nulli.ff.de trāsac.& Abb.Sic.in c.con
tingit.eo.tit. & not.in c.qui ad agen
dū.de procu.in vj.Ita recipiēdo so-
lutionē,non posse t domino post di-

dam declarationē præiudicare. Item procurator ad solutionē recipiēdam non potest prorogare terminū: ut in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. obli. & not. Bal. in l. non abstulit. C. de noua. ergo nec recipere solutionē per quā domino ꝑiudicaret in remissione ipsius rei. Itē iste ærarius erat præpositus ad recipiendas pēsiones domini: ergo non ad cōsentiēdū alienationi rei: vt in l. i. §. igitꝰ præpositio. ff. de exerci. nec ad ꝑiudicādum domino: ut in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. l. ignorātis. ff. de procura. l. si quis hac l. §. si seruus. ff.
13 de rei vendi. ¶ † Ad quartā quæstionē non oportet insistere: quia non probatur legitimè, ꝙ sit consuetudo in terra Cirignolę, ꝙ habētes res reddititias feudo possint alienare irrequisito domino, iuxta requisita in l. ij. ꝑ Albe. C. quę sit longa consue. & in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi. de consuetu. ¶ Ad quintū dubiū fuit dictū, ꝙ est clara decisio, ꝙ dominus feudi pōt concedere res steriles & incultas cū redditur sine Regio cōsensu: quia dicit And. in ca. j. circa fi. an ille
14 qui interfecit fratrē domini sui, † ꝙ dominus feudi res parū vtiles de dominio feudi pōt concedere, ut plantetur, & certa portio fructuum inde reddatur annuatim domino non in pecunia, tunc valet concessio, & non reuocatur. Secus si modica portio reddatur ita ut possit fraus præsumi. Idē puto dicēdū devna domo uel de vna uinea, quia ista dicitꝰ modica cā: vt dicit constit. regni, quæ incipit, Causas ꝑ magistros camerarios. Ad hoc facit c. terrulas. xij. q. ij. cū cōco. suis. & no. in l. Senatus. §. Marcellus.
15 ff. de leg. j. ideo dicitur, † de modicis nō est curandū: ut per Bal. in l. si prædiū. C. de ædi. actio. & ꝑ Iac. But. ī l. si post morā. ff. cōmo. & ꝑ Præpositum in c. Moyses. vij. distin.

DECISIO CXXX.

De fideiussoribus reorum de repręsentādo toties quoties, & deliberatione eorum.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor de repræsentando reum toties quoties, an liberetur à fideiussione ꝑ incarceratione rei, maximè si propter aliam causam. 4. 5.
2 Nouatio prioris obligationis non inducitur nisi expressè dicatur.
3 Cōmodatarius iussu depositarij rē tradēs, etiam si per latorem perdat, à custodia liberatur.
Extraordinariam uiam eligens uidetur renunciare ordinariæ.
4 Furem capiēs & adiudicē ducēs, an pœnæ dupli sibi debitæ renuntiet tacitè.
Cautela fideiussoribus de repræsentando, ut liberentur à fideiussione.
6 Fideiussores de representando toties quoties, per binam præsentationem liberantur.
Fideiussores non tenentur principali causa reipublicæ recedente.

HABVIMVS istum casum bis in Consilio, quidam † fide-
1 iusserunt pro quodam accusato de stando iuri, & se præsentando in curia toties quoties fuerit requisitus. post hæc curia fecit capi de persona ipsum accusatum, & posuit in vinculis publicis, ipse accusatus aufugit à carceribus, curia requirit fideiussores, quòd præsentent accusatum, & si non præsentant intendit exigere pœnam contentam in fideiussione. fideiussores dicunt, quòd per illam carcerationem sunt liberati. ¶ Quid iuris. Istam quæstionem posuit Lucas de Penna in l. si quis decurio. C. de decurionibus. libr. decimo ubi arguit ad par-

tes .& tandem cōcludit, quòd si accusatus iustè positus fuit in carceribus, fideiussores tenenē ꝑ iura ibi ꝑ eū allegata. istā q. posuit dñs Bartholomeus de Capua in l. ij. ff. de custo. reorū. vbi primò allegat, ꝙ fideiussores per capturā illius principalis non sunt liberati, & sic si eū nō ꝓsentanē
2 tenenē ad pœnā, † quia ꝑ prædictā capturā nō est inducta nouatio prioris obligatiōis, nisi expressè dicat. l. fin. C. de nouationibus. ¶ Secūdò arguit per locū à sufficiēti partiū enumeratione, cū certis modis finiatur obligatio. ff. de acti. & obli. l. obligationū ferè. §. j. Inst. quib. mo. tol. obliga. per totum. hic non interuenit aliquis modus ex eis obligationis tollendæ, per quem liberati sint à fideiussione, ergo si non sunt liberati, remanent obligati ob fideiussionem non sublatam. ar. l. expressè. ff. de præto. stipul. l. penul. ¶ In contrarium ipse arguit. nam recipiendo curia ab isto accusato fideiussores, nihil fuit quā ipsum eorū custodiæ cōmittere, ut l. expressè dicit. ff. de custo. reorū. l. ij. ex quo ergo curia accepit ipsum vt haberet eum in custodia sua, videtur renun-
3 tiare custodiæ fideiussorū, † nam si quis deposuit vel cōmodauit rē alicui, & ipse mittit aliquē qui rem ipsam ad eum perferat, si missus fugiat cum re cōmodata vel deposita, commodatarius nō tenet, quia liberatus fuit à custodia rei. ff. cōmodati. l. eū qui. §. fi. & l. si mei causa. ¶ Præterea dicit ipse curia recepit fideiussores ab accusato, hoc ordinariū fuit, quia lege cauet, vbi quis pōt dare fideiussores, non est carcerādus. Sed postea accipiendo ipsum de persona, hoc fuit extraordinarium. & ideò nō est dubium, ꝙ quis eligendo viam extraordinariam, vr̄ renuntiare ordinariæ. ar. l. si filius emācipatus. ff. de mi.
4 ¶ † Item si aliquis accepit furem ducendo ipsum ad præsidē, vr̄ renuntiare iuri ordinario competenti sibi ad pœnā dupli vel quadrupli, vt. ff. de fur. l. interdum. §. qui furē. Solutio. dicit ipse, vera conclusio est, ꝙ ex quo Curia non fuit contenta fideiussoria cautione, sed fecit ipsum accusatum capi de persona, ꝙ eius fideiussores nō tenenē, imò sunt liberati de ipso repræsentando per iura præallegata. Et dicit Lucas de Penna in loco præallegato, ꝙ ipse reperit hanc opinio. tenere And. de Iser. Sed nō dicit vbi. Istam qōnem posuit Ioā. And. in iij. parte, in titulo, de accusatione. §. sequit. in additione, quæ incipit, Odofre. super l. sed & si quis &c. Conclu-
5 dit, † ꝙ si ex causa ꝑꝑ quā ipse accusatus dedit fideiussores, fuit captus, fideiussores sunt liberati. Secus si ex alia causa fuit captus, & aufugit, quia nō sunt liberati, nisi fideiussores qñ ille est carceratus, ꝓtestati fuissent, ꝙ habēt illū pñtatū ꝑ eos in carceribus, & amplius nolunt esse obligati, vt dicit ibi Ioan. An. quē in ista limitatione sequit Ang. in l. nullus. C. de exhi. reis. Sed idē Ang. in d. l. ij. §. qui exhibēdi. ff. de custod. reo. refert Io. And. prout s̄. retuli. Et dicit, ꝙ ipse credit eius opinionē esse verissimam, nisi promissio fideiussorū haberet in se clausulā, ꝙ teneanē pñtare toties quoties videbitur iudici, & dicit ita
6 consuluisse, scilicet, † ꝙ facta bina præsentatione sunt liberati. & idē dicit in l. si finita. in princ. ff. de dam. infec. dictā opin. Ioan. An. secutus fuit Bald. licet nō alleget Io. And Sed dicit, fideiussores ꝑ carcerationē accusati sunt liberati, licet aufugerit accusatus, quia culpa custodū nō debet nocere fideiussoribus. Lud. in l. ij. §. in fideiussorē. ff. qui satisdare cogan. dicit istū casum habuisse de facto in ciuitate Bononiæ, & tenuit partē cōtra fideiussores, ꝙ non sunt liberati,

& sic ꝙ teneātur ad pœnā. Sed in consilijs suis, in consil. cxxxvj. incipiēte, ista ꝓmissio transit cū opin. Ioā An. istam q̄onem posuit etiā Lud. in l. sti a pulatio. §. inter certā. ff. de verb. obl. 1 & idē in consi. cxciij. incipiente, negari non pōt. vbi tenet, † ꝙ si recesserit principalis ob causam reipublicæ, fideiussores nō tenentur. dns Carolus de Rogerijs de Salerno vnus ex consiliarijs portauit in cōsilio Digestum nouum suum antiquum, in quo erat ista apostilla antiqua, quæ sic dicebat. Et ego habens istam q̄onem quā habuit d. Bartho. de Capua, prout ipse scripsit in d. l. ij. dum essem iudex in ciuitate Neapol. consului do. Ioannē de Auersana magnæ authoritatis virū, qui dixit, ꝙ tpe suo do. Bartholomæus de Capua determinauit in fauorē fideiussorū, deinde ipse habuit in regno pluries de facto, & ita determinauit, ꝙ fideiussores ꝑ carcerationē accusati, si postea aufugit sunt liberati. ¶ Et ita dicit fuisse determinatum per Consiliū Neapo. Et habita magna discussione istius quæstionis nuperrimæ in sacro Consilio fuit visum maiori & saniori parti cōsiliariorū, ꝙ isti fideiussores sunt liberati, & ꝙ nō tenētur ad pœnā contētam in obligatione propter dictā incarcerationē factā ex dicta causa, pro qua fideiusserunt. ¶ Et hoc bis fuit decisum in Consilio tempore meo.

DECISIO CXXXI.

De attentatis lite pendente reuocandis.

SVMMARIVM.

1 Attētata lite pēdēte an reuocāda.
2 Attentatorū cā nō impedit quo minus nō procedatur in cā principali.

QVIDAM concessit feudum Titio in emphyteusim, & constituit se precario nomine Titij tenere & possidere. Demum concludens agit contra Titium, & petit illū contractū declarari nullū. Et citatur ille Titius lite huiusmodi pēdente, ille Titius reuocat precarium [a] † capit possessionem fundi, ille qui concessit petit à iudice reuocari attētata lite pendente. Ille Titius dicit, ꝙ iure ꝑmittente reuocauit precariū. Et sic ante litem motā possedit ciuiliter, iuxta l. quod meo. & l. interdum. ff. de acquir. poss. an debeant reuocari dicta attentata. ¶ Fuit in sacro Cōsilio iudicatum in causa magistri Francisci Chiani de Neapoli, ꝙ debet reuocari dicta attētata per decisionē Rotalē in decisionibus Bellameræ, cap. j. ¶ † Et in dicta causa fuit dubitatū, vtrū lite huiusmodi pēdēte super attentatis, sit procedendum in causa principali super nullitate ipsius contractus. ¶ Fuit cōclusum, ꝙ potest ꝓcedi in vtraq; causa simul, nec vnū iudicium suspendit alterum, ut probatur in l. si constiterit. C. finium regun. Et firmat Bar. & Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. quicquid dicant alij Moder. scribentes in d. §. nihil commune, ut est Aretius & Iason, vt ibi per eos.

PRECARIVM. Pro prædictis facit optima ratio. nam licet possit quis ex pacto, uel aliàs sua propria autoritate aliquid facere. si prius de ipso facto adiuit iudicem, nō poterit uariare, & redire ad exercendū suam potestatē. ita Inno. in c. bonæ. el secūdo, de postula. prælato. versi. requisitus. Bald. in l. ædem. C. loca. in iij. q. Idē Bal. in propria mā in l. j. v. col. in x. q. C. de seruit. & aqua, non. n. hoc fieri pōt in contemptū iudicis, & ꝑiudiciū litis pēdētis: ut ꝑ totū titul. ut lite pendente. Tho. Brama.

DECISIO CXXXII.

De tpe recursus ad arbitriū boni uiri à laudo arbitrorum.

SVMMARIVM.

1 Arbitrium boni uiri intra quod tẽpus peti dẽat, & adiri à laudo arbitrorũ,ne transeat in rem iudicatã.

FVIT dubitatum in Consilio in causa duorũ mercatorũ,† intra quantum tẽps possit haberi recursus ad arbitrium boni viri à laudo arbitrorũ. An iuxtà x.dies sicut in appellatiõe. vt in aut.hodie.C.de appella.si intra x.dies nõ fuit habitus recursus ad arbitrium boni viri,laudũ, transeat in rem iudicatã, sicut sñia,vt in c.quod ad consultationẽ.de re iudi.¶ Fuit pariter votatũ, ꝙ põt haberi recursus ad arbitriũ boni viri à laudo arbitratoris intra annos xxx. ipsis elapsis, transit in rem iudicatã, ut concludit Abb.Sicu.in c. Quintauallis.de iureiurã.in viij.differẽtia, vbi refert opi. pro & contrà.hanc sententiã firmat Bart. in l. si societatẽ.§.arbitrorũ.ff. pro soc.Idem concludit do.Baptista de sancto Blasio in tractatu differentiarum inter arbitrum & arbitratorem, q.lxxxiiij.

DECISIO CXXXIII.

De renuntiatione priuilegii fori per contumaciam.

SVMMARIVM.

1 Contumacia tollit priuilegium fori si expresse renunciari possit 5.

2 Fori declinatoria cõtumacia timet in suo priuilegio.

3 Priuilegiũ facilius perditur, quàm ius commune.

4 Cautio de iudicato soluẽdo præstita nõ excludit declinatoriam fori.

FVERVNT citati ad instãtiam filij do.Io.de Mõsorio Neapoli,quidam de ciuitate Capuæ pro causa ciuili de mãdato magnæ Curiæ Vicariæ,illi citati fuerunt reputati contumaces,posteà cõparuerunt & purgauerunt contumaciã.†Et allegant de- 1 clinatoriã fori: quia Capuani habẽt priuilegium, ꝙ in primis causis possint conueniri nisi in ciuitate Capuę. Replicat, ꝙ illud priuilegiũ militat, nisi citatus per interlocutoriã iudicis sit factus cõtumax.† quia tunc pdit 2 priuilegiũ declinãdi forum. hoc voluit Ang. in l.eum qui.la.j.ff.de priuileg.credi.vbi dicit, ꝙ in pœnã suæ contumaciæ perdit,ut nõ possit opponere exceptionẽ declinatoriã fori.alleg.glo.in d.l.si finita.§.item videamus.ff.de dam.infec.& dicit esse casum,quem alibi nescit, in l.de die. 3 §.planè.ff.qui satis.cog.† facilius.n. perditur priuilegiũ, q̃ ius cõmune. vt in l.eius militis.§.qui militia missus.ff.de test.mili.¶ Magna curia noluit admittere dictam exceptionem. ¶ Fuit appellatũ ad sacrũ Consilium, & dicebãt illi Capuani,ꝙ habent priuilegiũ ꝙ etiã si sunt contumaces debent remitti. Item quia & si præstitissent cautionẽ de iudicato soluen- 4 do,†non videntur renunciasse priuilegio fori, vt dicit Barto.in l.vir bonus.ff.iudi. solui. & p Io.de Imo.in l.quidã cõsulebant.ff.de re.iud.¶ Viso per Consiliũ dicto priuilegio fuit per oẽs votatum,ꝙ sicut ipsi Capuani possunt exprẽsse dicto priuilegio declinandi forũ renuntiare per iura vulgaria, ita possunt renuntiare per contumaciã,vt bene firmat Ioan. de Imol. in d. §. item videamus. licet Bartol.in l.si pupullus.§.primo ff.de priui. credi.hoc non decidit, sed re- 5 liquit cogitandum. † Secus esset dicendum quando habens declinatoriam,non posset illi exprẽsse renuntiare, ut in c. si diligenti.de fo.compe.quia tunc contumacia non excluderet dictam exceptionem.

DECISIO CXXXIIII.

De codicillis,& de exceptionibus contrariis per reum oppositis.

SVMMARIVM.

1 Testamentum tempore pestis factum sine solennitate requisita, an ualeat.

2 Intellectus ad legem fin. C. de codicil.

3 Exceptiones cõtrarias plures reus opponere potest.

4 Codicillus dicitur testamentum largè.

QVAEDAM mulier Neapolitana fuit dotata à fratribus secundũ consuetudinem Neapolitanã in scriptis redactã, & dote tradita marito & consummato matrimonio, fuit infirmata morbo pestifero, & portata in loco deputato in monasterio sancti Ianuarij extra mœnia ciuitatis Nea. Et ibidem existens in persona præsbyteri, & quatuor testium deposuit relinquẽdo marito suo medietatem suarũ dotiũ: quia nõ habebat filios, & in ista dispositione non fuit facta hęredis institutio, neque fuit clausula codicillaris. Fratres dictæ mulieris tanquàm eius hæredes ab intestato, petunt in sacro Consilio integras dotes eis debere restitui à marito, virtute instrumenti dotalis

2 †marit⁹ excepit, ꝙ eius vxor reliqt sibi medietatẽ ipsarum dotium. Illi fratres replicãt, ꝙ relictũ est nullius momenti, pro eo, quia illa dispositio sororis non est testm̃, quia nõ interfuerunt septẽ testes, prout de iure requiritur. Item non interuenit institutio hæredis, quæ est vnũ de requisitis in testõ, vt in iuribus vulgaribus. Replicat maritus, ꝙ si illa dispositio non valet vt testm̃, debet valere vt codicillus. R̃ndent fratres, ꝙ maritus semper in toto processu & vsq; ad conclusionẽ inclusiuè semp dixit, ꝙ ei erat relicta medietas dictarũ dotiũ per suã vxorem in testõ, & nunquàm dicit ꝙ codicillãdo legauit sibi medietatẽ. † ideo nõ potest post cõclusionẽ allegare, ꝙ dicta medietas est sibi legata in codicillis, p tex. in l. fi. C. de codicillis. ¶ Quærit quid iuris. ¶ Fuit per totũ Consiliũ determinatũ, ꝙ d. l. fi. hẽt locum qñ actor agebat virtute testemẽti, & postea vult dicere ꝙ agit virtute codicilli, tunc non põt, si ibi non est clausula codicillaris. Sed qñ reus replicat de testõ, licet nõ valeat testm̃, põt di-

3 cere, ꝙ ualet iure codicillorũ, † quia reus põt plures exceptiones, ẽt contrarias opponere, vt in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib vj. Sed actori non licet: vt hr̃ in l. j. C. de furtis. Imò debet eligere: vt ꝓbat̃ in d. l. fi. iuncta l. ꝙ in hære. §. eligere. ff. de tributo. & facta electione non põt uariare. ue no. in l. si stipulatus sum Damã ff. de uerbo obli. & no. Bal. in l. si à patre. §. si possessor. ff. de peti. hęre. Et pro

4 ista decisione facit † quia largo sumpto vocabulo codicillus dr̃ testm̃: vt est Gl. in l. j. ff. de testa. p quã Gl. ita determinat Bal. ibi, ꝙ si dr̃, talis fecit testm̃ ĩ quo legauit Titio x. & nõ apparet de ĩstitõne hæredis ꝙ ĩtelligit testm̃, id est, codicill⁹. Et firmat hoc Pau. de Cas. ĩ l. ꝓximè. ff. de his quæ in testõ delẽtur. firmãt hoc Moder. Papiẽses in l. nõ codicillũ. C. de testamẽ. ¶ Fuit ergo maritus condẽnatus ad soluẽdũ dictis fratribus medietatem dictæ dotis: & ab alia medietate fuit absolutus.

DECISIO CXXXV.

De pęna obligationi facti adiecta

SVMMARIVM.

1 Pęna facto adiecta an de iur̃ debita

2 Præsumptio fraudis usurarũ cessat in pœna obligatiõi q̃titatis addita.

3 Styl⁹ curiæ attẽdẽd⁹, q vĩ legis hẽt

4 Pœna obligationi in fieri cõsistẽti adiecta limitat̃ secũdũ interesse ad qđ cõcurrit, & eadẽ ratione in pœ-

na, quæ parti debetur pro contumacia.
5 Obligatio apud acta facta quãdo dicatur.
Iuramentum stipulationem operatur pro absente.
6 Notarius potest absenti stipulari.

Qvidam Venetus nomine Ioannes Bergadini, egit in sacro Cõsilio contra certos particulares homines de monte Fusculo, petẽdo ab eis ducatos mille quingẽtos pro pœna, ex quo contrauenerunt Regio priuilegio concesso eidem Ioanni, ꝙ nullus audeat extra Regnum extrahere auellanas sub graui pœna, nisi ipse Ioannes. & pœna contrafacientium applicetur ipsi Ioanni. Item quia dicti de monte Fusculo se obligauerunt penes acta curiæ montis Fusculi sub pœna prædicta de non extrahendis nucellis extra Regnum, & postea cõtraueniendo extraxerunt extra Regnum multam quantitatem auellanarũ. Illi cõuenti duas excusationes allegabãt. Primũ ꝙ ipsa extractio auellanarum facta per eos nullum interesse parauit dicto agenti. ¶ Secundum, quia illa obligatio penes acta fuit facta absente dicto Io. cuius non quæritur. ¶
1 † Dubitabatur an dicto actori sit debita dicta pœna. Ego dicebam, ꝙ dicta pœna de iure est debita d. Io. quia ista pœna est adiecta facto, videlicet extrahentibus auellanas extra Regnum, & sic cessat præsumptio, ꝙ
2 sit apposita in feudum vsurarum, † q. præsumptio habet locum qñ pœna ẽ addita obligationi quantitatis. Ista est vera & indubitata conclusio Canonistarum, prout refert Abb. Sicu. in c. cùm dilecti de arbit. not. in l. cũ allegas. C. de vsuris. Et not. glo. & doctor. in l. Iulianus §. ibidem Papi. & in l. Lucius. ff. de actio. empt. & in c. suã. de pœnis. & ꝑ hoc l. si dictũ. in princ. & in l. prius. in princ. ff. de euictio. & in lege, sed & si quis. §. fi. & ibi plenè ff. si quis cau. & in lege, rogasti. §. si tibi. ff. si certum petat. & in lege, stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. & Bar. in lege iiij. §. Cato. eo. tit. firmat Alex. in iiij. vol. consil. lj. ¶ Dicebant
3 alij domini, ꝙ licet ita sit de iure: † tñ stylus sacri Consilij est: ꝙ siue pœna sit opposita obligationi quantitatis, siue facti ad pœnam ipsam, sacrũ Cõsiliũ non solet condemnare, nisi quatenus inter esse concurrat, & iste stylus hẽt vim legis, secundùm Cyn. & Bal. in l. j. in fi. C. quæ sit lõga cõsue. & in l. de quib. ff. de legib⁹. & iste stylus debet attendi secundùm Bar. in l. Iurisperitos ff. de excusa. tut. & in l. iij. ff. de testibus. Et dicebat do. Ant. de Ale. Vice ꝓtonotarius, ꝙ Io. de Ligna. in d c. cùm dilecti. tenet, ꝙ etiã,
4 † quando pœna est adiecta obligationi, quæ consistit in fieri, non debetur pœna, nisi quatenus cũ interesse concurrat. Idem tenet Laure. de Rodulphis in repeti. c. consuluit. de vsu. in q. lxvij. & in hoc videtur residere Io. de Ana. in c. fi. de vsu. & Ale. in præal leg. cons. ij. sicut ẽt dicimus in pœna, quæ debetur parti pro contumacia, quę non debetur parti nisi quatenus cum interesse concurrat, secundùm Abbatẽ in d. c. cum dilecti. dum allegat l. sancimus. C. de iudi. ¶ Et sic fuit pariter votatũ, ꝙ dicti de monte Fusculo condẽnetur ad dictã pœnã, quatenus cũ interesse dicti Ioannis concurrat, qđ interesse liquidabit in exe
5 cutione. ¶ † Nec obstat, ꝙ obligatio non est facta in ꝑsentia iudicis, & sic non põt dici apud acta facta: vt dicit Lucas de Pen. in l. ij. C. de iure fisc. li. x. quia satis dr̃ apud acta facta dicta obligatio, postquã constat, ꝙ de mãdato iudicis notarius actorũ scripsit, & sic oĩa nostra facimus, quibus autoritas nostra impartitur: vt in l. j. §. sed neque. C. de vete. iu. enu. & ff. de ma.

vin.l.pater.in fi.& ff.de falsis.l.diuus.§.item Senatus ibi,videri.n.&c.¶Itẽ non obstat,ꝙ nõ fuit in dicta obligatione præsens altera pars, quia propter iuramẽtum præstitum per ipsos obligãtes,quæritur ius absenti cuius interest,per no.vij.q.j.c.quoties cordis.& firmãt doct.in l.stipulatio ista.
6 §.si stipuler.ff.de verb.obli. ¶†Item quia notarius põt stipulari absenti: vt no.Bald.in l.j.viij.col.C.per quas personas.& Bart.in l.ij.ff.rem pupil. saluã fo.& Bal.in l.cùm à socero.C. de iure do.& in l.j.ff.de iust.& iur.licet And. dubitauerit de hoc in c.j.§. item sacramenta.v.col.de pace iura. fir. Tñ hodie non oportet dubitare, vt ipsemet dicit.& firmat Spe. in tit. de satisdando.§.expedito.versi.item quæritur.& tenet Bal.in l.non enim. ff.de adoptio.

DECISIO CXXXVI.

De æstimatione subsidii charitatiui.

SVMMARIVM.

1 Subsidium charitatiuum quãti æstimandum in consecratione episcopi uasallis illius super adoa Regiæ curiæ debita.

SVPER charitatiuo subsidio pe
2 tito per episcopũ Liciensem à vasallis suis [a] sancti Petri pro sua cõsecratione iuxta cõstitutionẽ Regni, quã
1 plurimũ &c. ¶†Fuit dubitatũ quantũ erit istud charitatiuũ subsidiũ,fuit die xviij.Iulij M.cccxcviij declaratũ per sacrũ Cõsiliũ cõsiderata dicta cã quæ cõtinetur in dicta constitutione Regni,& considerato c.regni. incipiẽte,comites.& quadã declaratione antiqua Regis Caroli secũdi,ꝙ tale subsidiũ sit quarta pars valoris annui ipsius feudi sui terræ sancti Petri hoc est medietas seruitij siue adoæ q̃ debet Regiæ curiæ, qñ imponit feudatarijs & baronibus Regni ꝑ Regẽ.

a VASAL. suis. Adde appostillã d.Ant.de Alex.super And.de Iser.in constit. Regni,quam plurimum. sub tit.de adiutoribus exigẽdis.vbi dicit ꝙ per dictam cõstitutionem, dum dẽ de adiutorio præstando per vasallos prælatos,fuisse decisum, ꝙ vasalli ecclesiæ Liciensis teneantur ei contribuere:& fuit taxata contributio per sententiam sacri Consilij ad medietatem collectæ generalis seu foculariorum,quã soluit Regi quolibet anno. & sic ad mediũ ducatũ pro foculari. cùm Regi eo tpe soluebatur vnus ducatus ꝓ foculari:& hæc taxatio sumpta fuit ex quibusdam capitulis antiquis.Aduerte tñ ꝙ in quibusdã registris regis Roberti fuit inuenta litera eiusdẽ regis,per quã mandabatur, ꝙ si Abbas Casinensis probauerit,qđ suis prædecessoribus consuetũ fuerit per vasallos dictæ abbatiæ subueniri pro sua consecratione & benedictione,debeat ei iuxta consuetum & debitum subueniri,quæ verba requirũt ꝙ probetur prælatos præcedentes illũ qui petit consueuisse habere talẽ subuentionẽ Cogita.Thomas Bram.

DECISIO CXXXVII.

De instrumentorum cancellatione, & de fideiussoribus in loco iudiciis præstandis.

SVMMARIVM.

1 Cautio fideiussoria an præstanda in partibus vel in iudicio,vbi causa tractanda est.
2 Actor in præparatorijs iudicij non excusatur, ꝙ scit se debere venire cum sacco paratum.
Contumax purgando moras nõ remittitur ad locũ domicilij pro cautione præstanda,nisi in loco iudicij satisdare non posset.
3 Satisdare promittens dare debet in loco promissionis fideiussorem.
Necessitati magis succuritur,quàm

voluntati.

4 Testes in loco iudicij reperti si non examinentur, an fienda remissio ad locum illorum.

Practica pro actore de præstanda cautione in loco domicilij.

DICTAT nouella pragmatica
1 Regis Ferdinādi primi,† q si aliquis præueniat aliquem vt casset instrumē tum debiti ex aliqua iusta cā quam allegat, debet antequam citetur pars præstare fideiussoriā cautionē de probando causam legitimam allegatam, aliàs soluere. ¶Dubitatur, vtrum isti fideiussores sint præstādi in loco iudicij, vel fieri debeat remissio in loco domicilij ipsius petentis præuentionē. id est, vt præstetur fideiussor in loco domicilij. Videbatur dicēdum, q sufficit q præstētur fideiussores in loco domicilij vbi præstari possunt, p no. p Pau. & Ale. in l. j. & in l. de die. §. tutor. ff. qui satisdar. cogā. & in l. si fideiussor. §. si necessaria. eo. tit. ¶In contrariū fuit decisum & determinatū per sacrū Cōsiliū. s. q dicta fideiussio dēt dari in loco iudicij: vbi petiē cassari instrm: quia iste debitor præueniendo potuit antequam præueniret scire se oportere dare fideiussorē
2 de probando, aliàs de soluēdo.† ideo debuit in primis inuenire fideiussorē ante citationē: quia hoc est præparatoriū dicti iudicij, si ergo fuit in mora in nō dādo in primis dictos fideiussores, nō dēt audiri petēdo q fiat remissio in loco domicilij, p dictis fideiussoribus dandis: vt dicit Bal. & Ale. in d. §. tutor. Itē si citatus est contumax, & vult purgare cōtumaciam, & pstare fideiussorē de stando iuri, put tenet de iure, & petat q fiat remissio in loco domicilij pro pstandis dictis fideiussoribus, certè non dēt fieri remissio: vt dicit Ale. in d §. tutor. sic in illo, qui nō aliter pōt agere nisi prius præstita dicta fideiussione. Itē quia
3 qui promittit satisdare,† debet dare fideiussorē in loco promissionis: secūdū Bar. & Ale. in d. §. si necessaria. qui tex. loquitur qn reus est conuentus, & nō pōt satisdare in loco iudicij, remittitur in loco domicilij pro dicta fideiussionæ: quia magis subuenitur ei qui ex necessitate fecit, quàm ei q ex voluntate: vt ibi. & in l. q si minor. §. restitutio. ff. de mino. & l. cū postulassem. ad. fi. ff. de dā. infec. sed iste q vult prçuenire non est in necessitate præueniendi, sed volūtarie præuenit, igitur &c. ¶Et dicit Pau. de Ca. in d.
4 §. tutor. in fi. † q si pars potuit testes semel examinari facere in loco iudicij, & neglexit, & sic recesserunt testes, q nō pōt petere remissionem ad locū vbi sunt. & dicit hoc esse mē ti tenendum: sic dicendū in isto debitore volente præuenire suū creditorē, vt præuideat in pmis de dicto fideiussore iuxta formā dictæ pragmaticę, & nō citare faciat suū creditorē, nisi prius inuenta & præstita dicta fideiussione. ¶Bene tñ ante citationē poterit impetrare à iudice, vt rescribat iudici in loco domicilij, qđ recipiat idoneos fideiussores iuxta formā Regiæ pragmaticæ, & dictā fideiussionē trāsmittat. qñ quidē ipsi fideiussores sunt sub eodē Rege, per ea quæ no. Bart. in l. iij. pen. q. ff. de fideiuss. & Alex. in l. j. ff. qui satisda. cog.

DECISIO CXXXVIII.

De uita & militia secundo genito per primogenitum debita in feudis antiquis non obstāte feudo per patrem relicto secundo genito.

SVMMARIVM.

1 Transactio & compromissum in feudis regulariter sine Regio assensu non procedunt, & quid de laudo super uita & militia.

Compromissum de uita & militia

inter primogenitum & secundogenitum factum, qualiter procedat.

2 Laudum latũ super feudo sine Regio assensu etiam emologatum est alienatio, nec tenet.

Vita & militia est portio feudi & onus.

3 Secundogenitus pro vita & militia præstat seruitium militare.

Laudum latum super feudo sine cõsensu Regis in quæstione fratrũ super quãtitate uitæ & militiæ tenet.

4 Vita & militia, an debita secũdo genito super feudis paternis primogeniti, si pater secundogenito reliquit castrũ vnum, an videatur animo cõpensandi reliquisse nu. 8.

Debitor ex dispositione legali creditori suo legãs, an videatur animo compensandi reliquisse.

5 Pater non tenetur dare uitam & militiam filio secundogenito, sed iudicis officio tenetur ad alimenta.

STANTE constitutione Regni, Cõstitutionem diuæ memoriæ, quæ vult, ꝙ transactio cõpromissum, & laudũ sup feudis sine Regio assensu non valeat. ¶ † Quæritur quid si post factum compromissum inter primogenitum & secundogenitum sup vita & militia, & deinde lato laudo super ipsa vita & militia sine Regio assensu. Vtrũ istud laudũ sit exequendũ? Multa hinc inde possunt allegari de quibus dixi in lege Imperialẽ §. præterea ducatus. de prohibita feudi aliena. p Federicũ. Sed die xxiij. Martij. ij. ind. Mcccclxcix. Fuit decretũ p sacrũ Cõsiliũ, ꝙ si est qõ, vtrũ vita & militia debeat secũdogenito quia secundogenitus dicit se ad illã nõ teneri ex cã, & tũc nõ valet nec cõpromissum, nec laudũ sine regio assensu per dictã cõstitutionẽ Regni, Cõsti. diuę memoriæ. & And. ĩ c. j. §. inter pares. de lege Corra. Doc. in c. cũ ipse. de arbi. Ale. in l. j. §. & post operis in fi. ff. de ope. nou. nun. Bald. in j. vol. consi. cccxxij. incip. à capite inchoãtes col. pe. † quia est species alienationis ẽt ꝙ sit emologatũ secundùm Bal. in c. j. in verbo, infam. de pace Constã. & ita dẽt intelligi illud consiliũ Bal. in iij. vol. consi. cclix. incipiẽte, cũ essent plures. quia vita & militia est portio feudi. idem dicit And. de Ise. in cõst. comitibus. & Ioan. And. in c. licet. de voto. Abb. Sic. in consilio xij. incipiẽte, casus talis est. & Mart. de Laude. in tractatu de primogenitura. Item quia vita & militia est onus feudi: vt dicit And. de Iser. in dicta consti. Comitibus. & in consti. aliquibus. ix. co. & in c. Regis Roberti, qđ incipit, alienationis actus. & Neap. in cõsuetudine ciuitatis Neapoli. q incipit, si qua mulier. in verbo, de bonis. Itẽ † quia 3
pro vita & militia secundogenitus præstat seruitiũ militare, vt in const. Regni, Comitibus. Sed si est qõ non super vita & militia, sed super quãtitatevitæ & militiæ, quia frater primogenitus dicit, ꝙ vita & militia est xx. frater secundogenitus dicit ꝙ est xj. & est differentia inter plus & minus, tũc valet cõpromissum & laudũ sine regio assensu. hoc colligitur ex mẽte And. de Ise. ĩ cõst. Regni, Comitibꝰ. ¶ Et ita fuit iudicatũ in causa Cubelli curialis cum Ioan. Antonio curiale de sancto Seuerino. & iterum in eodẽm mense fuit iudicatum in causa inter Ladislaum Dentecæ, & vxorẽ Ioannis de Sangro de Neapol. ¶ Et in dictis causis fuit dubitatũ de alio dubio, videlicet pater reliquit vnum castrum filio secũdogenito. Et filius primogenitus habet omnia alia feu- 4 da paterna. † Vtrum super feudis filij primogeniti paternis filius secundo genitus debeat habere vitã & militiam, vel censeatur habere illud feudum relictum à patre in compẽsationem vitæ & militiæ sibi debitæ à pri-

mogenito super ipsis feudis. Videbatur dicendum, ꝙ tale castrum videt̃ relictum animo compẽsandi cum vita & militia debita secundogenito. Pro hoc facit illa regula, quæ vult, ꝙ quando aliquis est debitor ex dispositione legali, & legat suo creditori, videtur reliquisse animo compensandi: vt concluditur in distin. tradita ꝑ Alex. in l. si cũ dotem. §. si pater. ff. solu. matri. licet aliqui teneant, ꝙ qñ debitum est in quantitate, & legatũ est in specie, non videtur relictum animo compensandi. vt dicunt Paul. d Cast. & quidam alij in l. huiusmodi. §. cum pater. fin. de lega. j. tamen alij tenent contrarium, vt dicit Alexã. in d §. si pater.

5 ¶ † Tamẽ domini de Cõsilio dicebant, ꝙ legatum feudi factũ à patre filio secundogenito, erat factum ab eo, qui non tenebatur dare vitam & militiam filio secundogenito, nec ipse filius iure amoris poterat à patre petere vitã & militiã, sed officio iudicis tenebatur ad alimenta, vt in l. si quis à liberis. ff. de libe. agno. ideo videtur relicta animo cõpensandi: vt dicit Alber. de Rosa. in l. vnica, in princip. in iij. colũ. C. de rei vxo. actio. allegat l. creditorem. ff. de legatis secũdo. & subdebant, ꝙ feudũ relictum secundogenito erat feudũ nouiter quæsitũ per patrẽ cũ potestate disponendi inter filios. Sicut pater potuisset alienare cũ consensu Regio in præiudiciũ primogeniti &

6 omniũ filiorum, † ita potest alienare in secundogenitum: vt dicit And. in c. j. de alie. feudi paterni, & in c. j. de natura succes. feudi, cum concor. habebit ergo secundogenitus feudum à patre relictum, & habebit vitã & militiam à fratre primogenito super feudis antiquis: nisi fuisset expresse relictũ dictum feudum in cõpensationem vitæ & militiæ sibi debitæ super feudis antiquis.

DECISIO CXXXIX.

De tertio possessore ignorante & præscribente alienam hypothecam.

SVMMARIVM.

1 Possessor tertius ignorans hypothecam alienam an præscribat, & quanto tempore.
Remedium l. fi. C. de acqui. poss. exceptionem præscriptionis longi tẽporis admittit.
Intellectus l. j. C. si aduer. credi.
2 Precariũ resoluit̃ cõtractu resoluto
3 Precarium regulatur secundum naturam sui principalis.
Conditio ex lege, personalis est.
4 Precarium quomodo tollatur.
Tempore liberat⁹, similis est ei qui satisfecit.
Præscriptio longi tẽporis cũ titulo & bonafide æquiparat̃ pacto, & pro veritate habetur, & habet vim satisfactionis.
5 Precarium an sit accessorium ad hypothecam, vt leuata hypotheca tollatur & ipsum.
Accessorium non est sublatũ sublata principali præscriptione.
6 Cõdictio ex lege durat trigin. ãnos.
Precarium an trahatur ad futura.
7 Possessor tertius an conueniendus indiscusso principali in obligatione bonorum precariata.
8 Intellect⁹ ad l. fi. ff. de acquir. poss.
9 Cõstitutũ maius ẽ ꝑcario, & ĩ quo.

MAGNA fuit dubitatio in cã. dñi Roberti Piciscelli Archiepiscopi Brundusij ex vna, & dñam Mariã de Tocco ex altera.

1 † Si tertius possessor cũ titulo & bonafide nesciens ꝙ res possessa ꝑ eũ fuerat ꝑ prius alteri hypothecata, ꝑscribat cõtra creditorẽ hñtẽ ꝑ prius rẽ ipsam hypothecatã cũ ꝑcario spatio x. vel. xx. ãno. iuxta l. j. & ij. C. si aduer. credi. vel requirat̃ cursus xxx. an. ¶ Et mihi & aliquib⁹

doctoribus videbat dicendū, ꝙ tertius possessor aduersus creditorē agētē hypothecaria & remedio l.fi.C. de acqui.poss.& l.iij.C.de pig.& l.fi. C.de iure do.impetrā.pōt opponere exceptionē pscriptionis lōgi tpis x. anno.iter pñtes,& xx.inter absentes, p tex.in d.l.j.C si aduersus credi. Et hoc firmāt Paul.de Cast. in cōs.cxv. in fi.& Old.in cōs.xix.& Spec.in tit. de pscrip.in fi.& Bar.in cōs. incipiēte,qrit nūquid.& Spe.in ti.de oblig. & solu.§.j.voluit Gl.& Bar. in l.j.§. cū pdiū.ff.de pig.Gl.est ordinaria in l.cū notissimi.in prin.& ibi Ange.C. de pscrip.xxx.vel xl.ann. firmat Ale

2 xā.in conf.cxxxvj.j.col.in ij.vol.† Tñ in dictis locis nulla fit mētio qñ oīa dicta remedia sunt cumulata cū hypothecaria:sed dicta iura & doctores loquūtur,qñ creditor agit solū actione hypothecaria. Quid dicendū qñ creditor habuit bona debitoris sui obligata,& ille debitor constituit se precario nomine possidere. Et demū debitor bona obligata quæ cōstituit se pcario nomine tenere & possidere alienauit in tertium: & ille tertius possedit cum titulo & bonafide p x. an.inter pñtes vel xx. iter absentes. ¶Vtrū hoc casu habeat locū dispo.d. l.j.C.si aduersus creditorē. Prima facie videt dicendū, ꝙ sic, p tex.in l.si debitor.ff.de pcario.vbi dicit,ꝙ resoluto cōtractu resoluitur ēt precariū appositū in ipso contractu. Et dictā l.ad præsens ꝓpositū,allegat Bar. in l.ab emptione.ff.de pactis. Sed hypotheca vbi est appositū pcariū est extincta p pscriptionē longi tēporis:ergo & pcariū similiter est extinctum.

3 †Et ꝓ hoc facit, quia regulariter pcariū regulatur secundū naturā sui principalis. dicit Bal.in c.j. de feudo dato ī vicē l.cōmis.& idē Bal. in l.ex testō.C.de fideicom.& Alexan.in ij. vol.consi.lxxij.in ij.col.& in iiij.vol. consi.xl.in iiij.col. hanc partē firmāt Rapha.Cuma.in consi.liiij. vbi dicit ꝙ illa psonalis actio ex l.fi. C. de acqui.poss.quæ durat anni xxx. vt in l. j.C.de condicti.ex lege, qñ est in rē scripta,sicut est in casu ꝓposito: tūc sicut tollitur realis, id est hypothecaria,ita tollitur illa personalis.ff.de captiuis.l.in bello.§.si quis seruū. & ff. de vsucap.l.sequitur.§.fructus. & C. de fur.l.ancillæ.non.n. tollitur citius realis,q̄ personalis.¶Secundo ꝓ ista parte allegatur id quod dicit Bar. in l.si rē alienā.ff.de pigno. actio.vbi di

4 cit† ꝙ pcariū tollitur solutione, vel sublato contractu de voluntate partiū:secus si alia iuris solennitate vel statuto. Sed sublata hypothecaria p pscriptionē longi tēporis cum titulo & bona fide, videtur sublatum pcariū ex tacito consensu partiū, qui est in pscriptione,vt in l.fi.C.de his qui à nō domino manu.& in l.j.§.si quis eū.ff.de dolo.& not.Bal.in l.licet,C. de iure delib.nā qui tempore liberatur, similis est ei qui satisfecit. text. est in l.pupillus.ī fi.ff.de administratuto. Item ista præscriptio æquiparatur pacto:vt in l.ij.C.de dotis ꝓmissi. & habetur ꝓ veritate. dicit Bald. in consi.xxj.in ij.vol. ergo si sublata est hypotheca virtute pscriptionis longi temporis,quæ vim habet satisfactionis & pacti,& sic tacitè inest voluntas partium,merito debet esse sublatū illud precarium tanq̄ accessorium ad ipsam hypotecam. Sed ista

5 ratio confunditur, † quia Barto. in multis lecturis dicit in dicta l. si rem alienā.ꝙ sublato contractu præscriptione vel statuto, non tollitur precarium. & sic sublata hypothecaria remanet precarium,& sic remedium agendi,ex l.fi.C.de acquir.pos.quod remedium durat ānis xxx. & hoc expresse firmat Pet.de Ancha.in regula,accessorū.li.vj.char.lxxiiij.& seq.

vbi dicit, ꝙ sublata principali pſcriptione, non est sublatum accessoriū. idem dicit Cyn. in l. intelligere. C. de luitione pigno. Et ideo dicendū est ꝙ quando debitor hypothecauit omnia bona sua: & constituit se precario nomine tenere & possidere &c. tunc creditor vel hæres creditoris poterit agere contra tertium possessorem, qui possedit rem hypotecatam cum titulo & bona fide lōgo tempore intra annos. xxx. cōditione ex dicta l.
6 fi. C. de acquiren. posseſ. †quia tanto tempore durat condictio ex lege: vt in l. j. C. de condi. ex lege. & firmant scribentes in l. exitus. ff. de acquir. posseſ. Et hoc expſſe firmat Rapha. Ful. in conſ. ccxiiij. & in proprijs terminis hanc conclusionē posuit quidam doctor Moder. do. Franciscus dē Crema ī suis cautelis, cautela lxij. Et hæc vera sunt quo ad bona, q̄ possidebat debitor tempore constituti p̄carij. Sed quo ad bona quæ postea q̄siuit non extēditur precariū: vt not. Alex. in l. iij. §. incertam. ff. de acquirē. poſſ. Item hodie in Regno nō est dubium pp pragmaticam Regis Ferdinandi primi, quę vult, ꝙ vbi est precarium in obligatione bonorum, potest agi cōtra tertiū possessorē absq;
7 discussione principalis debitoris, †cū de iure communi erat contrariū: vt consuluit Alex. in v. vol. conſi. lviij. ī fi. col. vt in aut. hoc si debitor. C. de pigno. & sic creditori nō currit pſcriptio longi temporis, nisi a tempore quo fuit facta discussio, & à tempore quo principalis debitor fuit excuſsꝰ & repertus non soluēdo, quia antea agere non potuit, & sic non currit tēpus x. annorum. & ibi respondet ad obiecta in contrariū. Nihil tamen dicit, quando est precariū. ¶ Dicebant quidā dñi pro limitatione pdictorū, quod Angel. in l. quod meo ff. de acquirenda possessione, dicit quando precarium generaliter cōstitutū est sup oībus bonis, nō transit possessio ciuilis in creditorē, quasi velit, ꝙ dicta l. fi. de acquirēda possessiōe loquatur solū, qn̄ spāliter quis cōstituit aliquas res pcario noīe tenere & possidere, & non qn̄ gn̄aliter. Sed Rap. Cuma. in d. conſi. lj. & Ange. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obl. & in dicta l. exitus, tenent cōtrariū. ſ. ꝙ sem
8 per †vbi est præcariū, hēt locū remediū dicta l. fi. quæ loquitur de his qui possident alieno noīe. Nā licet debitor habeat naturalē, & creditor ciuilē: vt dicit Bart. in l. Pompo. ff. de acquirenda possessione, tn̄ dicit Bald. ī d. l. finali, ꝙ illa lex habet locum ēt ī debitore, qui pcario noīe creditoris sui cōstituit sua bona possidere, etsī illa bona vel eius partē alienat, interuertit possessionē ciuilē ipsiꝰ creditoris. & iō si primo fuit res vēdita vni, & vēditor cōstituit se pcario noīe tenere & possideř, si postea idē vēditor alteri vendidit & tradidit, præfertur primus propter possessionem ciuilē traditam per precari um: & tatno fortius si fuisset cōstitutum, †quod est
9 plus, q̄ precarium, cū per constitutū transeat ciuilis & naturalis possessio: vt plene per Alexandrum in l. quod meo. & in l. interdū. ff. de acquirenda possessione. & volunt Baldus in iiij. vol. conſ. ccccxciiij. & Modernus doctor Iason ponit in l. quoties. C. de rei vendi. ¶ Fuit ergo p maiorē partē dñorū votatum in cā prædicta, ꝙ licet sit sublata hypotheca per præscriptionem longi temporis, non est sublatū precariū, & sic nec remediū dictæ l. fi. C. de acquirēn poſſ. ¶ Et p sentētiam fuit præstita assistentia dicto creditori contra dictum tertium possessorem: qui possedit longo tpe cū titulo & bona fide. Et in eodē anno iterum sic fuit iudicatum contra Antonellum de Alexandro.

DECISIO CXL.

De feudo hæreditario in personam descendentium.

SVMMARIVM.

1 Feudum hæreditarium quod est.
2 Feuda omnia sunt hodie hrditaria.
4 Argumentum à sæpius iudicatis.

Tene menti, ꝙ sacrum Consiliũ
1 bis isto anno pronuntiauit, † ꝙ data cõi forma inuestituræ tibi & tuis hęredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus, ꝙ istud sit feudũ hæreditariũ in persona descendentium. ¶ Et dicebat do. Anto. de Alexand. ꝙ maiores nostri ita tenuerunt, referendo ita tenuisse do. Io. Ant. Carrafam de Neapoli, & dominum Gof. de Gaieta. Et ita tenuit dominus Neap. Sebastianus in consuetudine Neapolitana, quæ incipit, & si testator, in verb.
2 disponit. dicens, † ꝙ hodie oĩa feuda sunt hæreditaria, quia communis est dicta forma. Idem voluit Bald. in c. j. de eo qui sibi & hæredibus suis, & Pau. de cast. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. Et Bal. in authen. hoc ampli⁹ C. de fideicom. & sic fuit iudicatum in causa domini Berardini de Marchisio contra certas mulieres de domo de Samframundo. Idem fuit iudicatum in causa nobilis Cubellis curialis de sancto Seuerino cum eius nepote. ¶ Ego autem legendo tenui cõtrariam sententiam, vt patet in c. j. ex q. bus causis feu. amit. Sed quia sæpius iudicatũ est, ꝙ dicta forma facit feu-
3 dum esse hæreditariũ, † minimè sunt mutanda quæ antiquã interpretationem habuerunt, sed de libero meo arbitrio quando non fuisset, vt s. iudicatum, ego iudicassem contrarium, & crederem non errare in iure in materia feudali in isto articulo, vt patet in scriptis meis super feudis.

DECISIO CXLI.

De testamentis & perduellionibus.

SVMMARIVM.

1 Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.
2 Immorigeratio non conuenit nobilibus.
3 Dictio in, qualiter exponatur.
4 Immorigeratio in testamento posita quomodo interpretetur.
Delictum cadit statim post infantiam.
Adolescentiæ via incognita.

Qvidam Franciscus de Racta fecit testamentum, & instituit Thomasium de Racta suum nepotem hæredem, cum hac qualitate, ꝙ durante eius minori ætate, vsque ad decem & octo annos magistri hospitalis sanctæ Marię Annuntiatæ de Neapo. sint gubernatores personæ dicti Thomasij & bonorum, & si in fine dictorum xviij. annorum dictus Thomasius fuerit immorigeratus, tunc in bonis ipsis succedat dictũ hospitale sanctæ Mariæ Annuntiatæ, & ꝙ teneatur præstare certa alimenta limitata dicto Thomasio. Et cum hac voluntate decessit dictus testator superstite dicto Thomasio. Et dicti magistri Hospitalis prædicti gubernauerunt bona prædicta iuxta dictam voluntatem defuncti, & etiam personam dicti Thomasij minoris. Sed erat maior infante. ¶ Demum adueniente in regno Rege Carolo Francorum iste Thomasius qui erat tunc annorum duodecim, se posuit ad seruitia cuiusdam domini Gallici. Et demum recedente Rege Carolo recessit cum dicto domino Gallico in Franciam, & ibi dictus Thomas mortuus fuit, dum esset ætatis annorum tredecim. Euenit quòd dominus Girardus Gambacurta qui fuerat factus aduocatus pauperum, habuit dono à Rege Federico nõnulla bona existentia in territorio Carsatano, quæ fuerunt dicti quondam Francisci, & dicti Thomasij eius hæ

redis, tanquàm bona spectantia Regi ob rebellionem dicti Thomasij, qui recessit cum hostibus Regis Federici, & virtute dictæ donationis quam ostendebat per priuilegium Regis Federici, cepit possessionem dictorũ bonorum. Insurgunt magistri dicti hospitalis, & dicunt ꝙ dominus Girardus non potuit turbare dictos magistros possidentes dicta bona virtute dispositionis prædictæ dicti quondam Francisci. Et subdunt, ꝙ si diceretur, ꝙ casus comprehensus in dicta dispositione non venit, quia dictus Thomas non fuit mortuus in xviij. anno immorigeratus, sed solùm fuit
1 mortuus in ætate xiij. annorũ. ¶†Et sic iste casus fuit omissus, qui remanet in dispositione iuris communis. Et per consequẽs bona dicti Thomasij propter dictum delictum, quia accessit cum hostibus deuoluta fuerũt ad Regẽ Federicum, & Rex Federicus illa donauit domino Girardo.

¶Ad hoc respondebãt dicti magistri ꝙ ex quo testator disposuit, ꝙ si in ætate decem & octo annorum dictus Thomasius esset immorigeratus, ꝙ dictũ hospitale succedat, certè si fuisset interrogatus testator, quid si ante decem & octo annos fuisset immorigeratus, idem verisimiliter statuisset, vt est gl. singularis in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quam omnes doctores approbant. facit tex. in l. Lucius Titius. & ibi Barto. & docto. ff. de lib. & posthu. & l. fi. C. de posthu. hær. insti.
2 ¶†Ad hoc respõdebat do. Girardus, ꝙ testator non intellexit de immorigeratione, qua adhæsit hostibus Regis Federici, nec de hoc cogitauit. Sed de immorigeratiõe circa ea, quę non conueniunt nobilibus personis. Si ergo dictus Thomasius fuit rebellis, quia iuit cum hostibus, nõ potuit dici, ꝙ de ista immorigeratione intellexerit testator, & sic bona dicti Thomasij non spectant ad dictũ hospitale, sed sunt deuoluta ad Regem Federicum, & sic ad habentẽ cãm ab eo:
3 †nam illud verbũ, immorigeratus, exponitur, in pro non, vt in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri. ibi, iniussu patris. i. nõ iussu. & in aut. quomodo opor. episcopos. §. si non inter. col. j. & in c. Romana. de sentẽ. excom. in §. fi. ibi, innoxios, & sic nõ morigeratus. i. qui non habuerit bonos mores. inde tex. dicit improbato more in l. j. circa fi. ibi. & vt generaliter dixerim. ff. de actio. emp. & tantũ est dicere, quantũ dicere, si dict⁹ Thomas stultus fuerit, vt dicit Plaut. in Tri. Amor mores hominũ, & morosos efficit, & nõ intellexit de morib.
4 qui respiciunt omnes virtutes. †Vel exponitur immorigeratus. i. non morigeratus. i. non obediens, vt dicit Teren. in Adelph. Si adolescẽti esset morigeratus, quasi dicat, si dictus Thomas in xviij. anno non erit obsequiosus & obediẽs, quibus debet esse obediens. Cũ igiẽ casus superueniens. i. mors Thomasij supuenit ante xviij. an. & repertus fuit morã trahere cũ hostibus in ætate annorũ xiij. in qua ætate cadit delictũ, quia non est infans, vt dicit tex. in c. j. de delict. puerorũ. & C. si aduersus delictũ l. j. & in l. præteritas. C. de pœn. ¶Nec est verũ, ꝙ verisimiliter idẽ disposuisset testator, si fuisset interrogatus, quod si intra ætatem. xviij. ann. dictus Thomas fuisset non morigeratus, ꝙ ei succedat hospitale. ex quo via adolescẽtis est incognita: vt dicit Salomon, prout refert gl. Instit. de iusti. & iur. §. j. in verbo, auertit, & ideo non est verisimile, quod idem disposuisset. ¶Vnde videbatur dominis de Consilio, ꝙ dictum hospitale in dictis bonis non fauebat ius. hoc intelligens habuit concordiam cum domino Girardo: nã de dictis possessionibus vnã

habuit

habuit hospitale, aliam do. Giraldus.

DECISIO CLII.

De diuisione debiti per creditore agente cotra certos debitores insolidu obligatos, & non contra omnes.

SVMMARIVM.

1 Protestatio an requiratur in creditore conueniente debitores insolidu obligatos, vt diuidere videatur debitum in conuento vno.
Diuisionem debiti non inducit receptio partis.
2 Creditor agens pro virili cotra suos debitores, diuidere videtur debitu.
3 Diuisio debiti non inducitur, vbi aliquis debitorum non est soluedo.
4 Lex expssa in petete no pscripta. Intellectus ad l. inter eos. §. j. ff. de fideiusso.

QVIDAM creditor pluriu suorum debitoru insolidum obligatorum pro ducatis trecentis egit contra dictos debitores suos, excepto vno debitore, qui erat clericus & hæres sui
1 debitoris. ¶† Fuit dubitatu an per hoc videtur facta diuisio per creditore, ex quo creditor non fuit protestatus, quod vnica solutione sit contentus: vt not. i aut. hoc ita. C. de duob. reis. Prima facie videbatur, quod no erat facta diuisio, p tex. in l. inter eos. §. j. ff. de fideiul. vbi per receptione partis debiti, non inducitur diuisio. sic videtur dicendu si creditor agit contra parte debiti, & no sit inducta diuisio. ¶ In contrariu facit tex. in l. si creditores. C. de pactis. Vbi dicit cotrariu,
2 ;† quod si creditor pluriu debitoru insolidu obligatoru exegit pro virili, videtur diuidere: ita si egit cotra eos sine protestatioe excepto vno clerico, que non poterat conuenire cora iudice seculari, videt diuidere inter eos illud debitu. ¶ Fuit votatu & iudicatu in Cosilio, quod ex quo oes debitores sunt soluedo agedo cotra aliquos sine dicta protestatione videt diuidere, & vltra virile non possunt
3 couenire,† secus si non essent oes soluedo, quia tuc no esset facta diuisio. Bene aduertendu est, quod ista iura no loquutur in creditore petete, sed in creditor recipiete parte debiti. Ideo dubitat quid in creditore agete contra aliquos debitores isolidu obligatos & no cotra oes. pro eo quia dicit Fracis. de Aretio in l. si ex toto. §. si ita. ff. de lega. j. quod in petete non habe
4 mus lege expressam † sed bene habemus lege expssa æquiparate creditore recipiete parte debiti, creditori petenti parte debiti, in dicta l. si ex toto §. si ita, pallegata Nec obstat l. inter eos. §. primo, pallegata: quia illa lex het locu qn obligati insolidu haberet beneficiu diuisionis inuito creditore, vt sunt fideiussores. & tuc non piudicat sibi: & ad hoc fuit lecta pulchra distinctio Bal. i d. §. si ita. & quo ibi p eu, & p alios scribentes ibi.

DECISIO CXLIII.

De testamento in scriptis per multas rationes inualido.

SVMMARIVM.

1 Testm in scriptis quæ requirat. 2. 3.
2 Testm suppositu inualidum, Notarius in testo recipiendo debet esse rogatus, & de hoc costare debet.
Testamentum ad interrogationem notarij conditum, an validum.
4 Testamentum sanæ mentis testado non esse, quæ faciant apparere.
5 Senatus Romanus furiosi cuiusda validum iudicauit testamentu pp eius perfectionem.
6 Testari in scriptis quando appareat testatorem voluisse.
Testamentum nuncupatiuu expressionem nominis hæredis cora testibus requirit explicite vel implicite p relationem ad aliam scripturam.

7 Legatum implicitè relictum p relationem ad aliam scripturam valet.

1 Vtrvm testamentum† Martini Martialis scriptum per manus notarij Modestini clausum & sigillatũ valeat vt testm̃ in scriptis. Et si non valet vt testm̃ in scriptis, valeat vt nuncupatiuũ. Et certè tale testm̃ nõ pôt valere vt testm̃ ĩ scriptis, ꝓpter multos defectus. ¶ Et primo, quia illud testamentum non fuit subscriptum à testatore manu propria, quã do testator scit scribere, ꝓut erat ipse Martinus, & in testamento in scriptis requiritur ista solennitas: vt expresse dicitur in l. hac consultissima. C. de testamẽ. ¶ Secundo ꝓbatũ est, ꝙ dictus testator non tenuit dictum testamentũ in manus suas, nec dixit, ꝙ istud erat suũ testm̃. Sed notarius ꝑdictus tenebat in manibus suis certas chartas, quas extraxit à pectore suo, & interrogauit præfatum Martinum infirmũ, si vellet istud esse suũ testamentum: aliqui testes dicunt, ꝙ Martinus respondit, misser si. Alij di

2 cunt qđ dixit, ma fe si.† & per consequens istud testamentum potuit esse suppositum à dicto notario: & ideo tale testamentũ non debet valere ꝑ d. l. hac consultissima. ¶ Tertio non apparet aliquo modo, ꝙ dictus notarius fuit rogatus, quando interrogauit testatorem si volebat testamẽtũ, quod ipse notarius tenebat in manu sua, ꝙ esset suum testamentum, & testator dixit, vt s̃. qui rogatus est de vno requisito in testamento in scriptis: vt dicit Barto. in l. ij. ff. quemad. testa. ape. Et licet gloss. communiter approbata in l. iubemus. C. de testa. voluerit, ꝙ testamentum conditũ ad interrogationẽ notarij, hoc modo, videlicet, vis talem facere hæredem: & testator dicit, quod sic, quod tale testamentum est validum. tamen illa Glo. procedit in testamento nuncupatiuo. Secus in testamento in scri-

3 ptis† quia in eo si interrogetur testator si vult illud esse suum testamentum, & ille respondit sic, nõ valet tale testamentũ in scriptis. ita expresse firmat Ioan. An. in addi. Specu. in titu. de testa. §. in primis. Et multi doctores sic consuluerunt in suis consilijs, vt fuit dominus Bartholomeus Suczina, do. Io. Baptista de Caccialupis ĩ simili materia. & Moder. Papiẽses in d. l. iubemus. ¶ Et totum Consiliũ ꝓ maiori parte affirmabat ita fuisse per sacrum Consilium a iâs iudicatũ in quodam testõ in scriptis facto in ciuitate Auerse. ¶ Quarto dictũ testm̃ non fuit scriptum & sigillatum à testibus in præsentia testatoris. Sed in sala extra cameram vbi iacebat in lecto testator, vt deponunt testes, quo casu non valet testm̃: vt ĩ

4 dicta l. hac consultissima. ¶ † Quinto, illud testamẽtum fuit factũ eo tempore, quo testator grauatus in firmitate non erat ĩ recto sensu, vt deponebant certi testes, licet quidam alij testes deponebant contrariũ. Tamen quia dictũ testamentũ erat ita indiscrete conditũ, quia in eo instituit vxorẽ suam iuuenẽ hæredẽ, & fratres carnales non instituit hæredes. & certa verba indiscreta continetur in dicto asserto testamẽto, ꝙ attentã qualitate dicti testatoris, qui fuit vir prudens & commissarius Regius, ꝙ ex his multi præsumpserunt dicere, ꝙ dictus testator tunc nõ fuit in recto sensu. ¶ Ad hoc accedat id quod di-

5 cit Valerius Maximus, † ꝙ Senatus iudicauit testamẽtum cuiusdã furiosi esse validũ: quia bene fuit dispositũ: vt refert Baldus in l. ij. de test. & ĩ l. furiosum. C. eodem titulo. & idem Baldus in ca. j. in prinipio, per quos fiat inuestitu. Et refert Alex. in ij. volu. consi. lxxxv. in primo vol. cõsilio cxlj. ita econtra dicendum videtur.

¶Sexto de volũtate, testatoris nihil cõstat nisi per scripturam dicti notarij, & sic cum non appareat de voluntate testatoris nisi per dictã scripturam, non potest valere vt testamentum: vt dic. Ioannes Andr. in dicto. §. i primis. ¶Ex quibus & multis circunstantijs consideratis fuit per omnes dominos votatum, & postea sententiatum, ꝙ dictum testamentũ nõ valet vt testamẽtũ in scriptis. ¶Fuit deinde dubitatum, an saltem posset valere, vt testamẽtum nuncupatiuũ.

6 †Et certe cum appareat, ꝙ dictus testator voluit testari in scriptis, & nõ nũcupatiue, quod apparet ex eo, qa voluit, ꝙ voluntas sua non esset nota testibus, & sic apparet, quia voluit in scriptis testari: vt dicit Paulus de Castro in l. hæredes palàm. in ij. col. ff. de test. & Cyn. in l. hac consultissima § per nuncupationem. C. de testa. nec potest valere vt nuncupatiuum: quia testator coram testibus non expressit nomina hæredum, nec explicitè nec implicitè per relationem ad aliam scripturam: vt dicitur in l. asse toto. ff. de hære. institu. & per Barto. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstratio, & per Moder. in dicta

7 l. hæredes palàm. † Valet enim tam legatum, quod est implicitè relictũ per relationem ad aliam scripturam, secundum Bartol. in d. l. si ita scripsero, quàm hæredis institutio, secundum Bald. & Ange. in dicta l. asse toto. vnde si testator nominauit hæredem nec implicitè nec explicitè, nõ potest valere tale testamentum vt testamentum nuncupatiuum. ¶Et sic fuit iudicatum, quòd dictum testamentum non valebat, & quòd hæreditas dicti Martini spectat ad Ianotum & ad Antonium fratres carnales dicti Martini tanquam hæredes ab intestato. lata fuit sententia die iiij. Iulij. M.ccccxxix.

DECISIO CXLIIII.

De testamento in scriptis resoluto in nuncupatiuũ propter clausulã, oĩ meliori uia.

SVMMARIVM.

1 Testm̃, in quo nullus testis dicit se subscripsisse loco testatoris imperiti, qui nesciebat scribere, an validũ.

2 Clausula, omni meliori via &c. in testõ facit valere testm̃ in scriptis vt nuncupatiuum.

IN quodam testamento condito per quendam testatorem de ciuitate

1 Terami. ¶†Fuit dubitatum si in dicto testamento in scriptis condito sunt subscripti nedum septẽ testes: sed quatuordecim: tamen vnus ex dictis quatuordecim testibus non dicit ꝙ ipse se subscribit loco testatoris non valentis subscribere dictum testamentum. An dictum testamentũ sit validum? quidam dicebant, ꝙ nõ valet: quia l. hac consultissima. C. de testamen. expresse dicit, quòd si testator scribere nequeat, octauo subscriptore pro eo adhibito, eadem seruare decernimus. & ita iudicauit dominus Guilielmus Fricina tunc auditor prouinciæ Aprucij. à qua sententia fuit appellatum ad sacrum Consilium. Et in sacro consilio fuit proba

2 tum, ꝙ†testator dixit, quod volebat testamentum prædictum valere omni meliori via, modo, & forma, quibus melius valere potest & debet. ꝙ sic testator non se astrinxit velle testari solẽniter in scriptis. ¶Ideo fuit omnibus visum, ꝙ dictum testamentum propter dictã clausulam valeat vt testamentum nuncupatiuum, vt firmat Alex. in v. vol. conf. clxxvj. & sentit Host. in sũma. de testa. §. qualiter conficiatur. ¶Et sic fuit reuocata dicta sententia, & pronuntiati fuerunt dicti hæredes scripti in testamẽto esse hæredes dicti testatoris.

DECISIO CXLV.

De sentētia lata in interdicto uti possidentis, contra defunctum non exequenda contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata cōtra defunctum an exequenda contra eius hæredē infra tēpus conficiendi inuentarij. 2. Possessio noua an præsumatur in persona hæredis.

2 Hęres nō tenet ex defuncti relicto.

LATA fuit snīa sup interdicto vti possidētis, cōtra B. q̄ transiuit in rem iudicatā: sed nō fuit mādata executioni. Mortuus est ille cōdēnatus supstite eius hærede: hæres cōtinuat possessionē, quam defunctus possidebat, & fuerat cōdēnatus ad desistendū à turbationibus, petit vt illa snīa mandetur executioni contra hæredē cōdemnati, & implorat iudicis officiū nobile ꝓ executione dictæ snīæ contra hęredē defuncti condemnati.

1 †Citat hæres: qui cōparet, & dicit, ꝙ snīa non pōt exequi contra eum, q̄a tenet & possidet pacificè post mortem defuncti condemnati, & in eius ꝑsona est noua possessio: vt in l. cum hæredes. ff. de acquiren. possess. ¶In contrariū dicebat, ꝙ snīa lata cōtra defunctū pōt exequi contra hæredē etiam infra tempus conficiendi inuētariū: vt dicit Pau. de Ca. in l. fi. §. donec. C. de iure deliberan. no. Imo. in c. quia gu. de iudicijs. ¶Fuit votatū

2 in Consilio per oēs, ꝙ snīa † lata in interdicto vti possidētis cōtra defunctum, non mandat executioni cōtra eius hæredem ex facto hæredis. hoc voluit Inno. in c. abbate. de verbo. significati. in ij. col. vbi dicit ista verba, Sed oppo. nonne actio in factum ex re iudicata datur in hæredem. ergo si iudicatum est in interdicto, ꝙ aliquis nō turbet, ergo & hæres ꝑ hāc sentētiā cōpēscetur. Respondeo, quādo actio in factum est ex re iudicata, dabitur in hæredem ex turbatione defuncti contra quem lata fuit snīa. sed nō dabitur ex turbatione hæredis, quia fortiter iste turbat, vt puta, quia nō vi, nec clam, nec p̄cario possidet ab aduersario. Item hæres non tenetur ex delicto defuncti &c. Et istam doctrinam In. alleg. Bald. in l. de eo. §. hæres. ff. ad exibendum.

DECISIO CXLVI.

De habitatione genero per socerū promissa in domo, post ea variata.

SVMMARIVM.

1 Socer ꝓmittens genero suo habitationē in sua domo, an possit reuocare & aliorsum illam constituere.

2 Variare an liceat ei q̄ semel elegit.

DOMINVS Antonius Mac-

1 zucca † maritauit quandam filiā suā, & vltra dotem traditam genero suo promisit dare sibi habitationem, quā sibi dedit in domo sua. Postea idem dominus Antonius vult generum & filiam expellere à domo sua, & offert dare habitationem seorsum à domo sua. Ille suus gener replicat, ꝙ semel ipse elegit dare habitationem in domo sua, & ibi steterunt, non licet ei variare: vt no. in l. serui electione. ff.

2 de leg. j. & in regula, ꝙ semel. † de re. iuris, in vj. cum simili. ¶Fuit determinatum, ꝙ dictus dominus Antonius potuit variare, per text. in l. si sterilis §. fi. ff. de actio. empti.

DECISIO CXLVII.

De depositario liberato per restitutionem illegitimo tutori factam.

SVMMARIVM.

1 Depositarius pōt restituere ei, qui nō erat legitimus tutor, & liberat.

2 Monaco potest solui, licet actio q̄sita sit monasterio.

1 QVIDAM gerebat† se pro tutore.& non erat, quia non fecerat solenia,deposuit res & bona pupilli penes aliquem,publico instrumẽto mediante, in quo stipulatus fuit dictas res restitui sibi vel pupillis, demum pupillis factis maioribus,agunt contra depositariũ,depositarius dicit, ꝙ bona ipsa restituit tutori. & probat per scripturam primam verificatam, replicant illi qui fuerant pupilli,ꝙ ille non erat tutor, & per consequens malè fuit ei facta restitutio.¶Fuit determinatũ,ꝙ ille depositarius potuit restituere res depositas per eum qui
2 non erat legitimus tutor eidẽ:† quia & monacho qui mutuauit põt ei solui: licet actio sit quæsita monasterio: vt not.Bart.in l.filius.C.de pactis. & l.cum quis.in princ.ff.de solu.& in l. non ideo.ff.de noua.faciunt ea quæ not. Bar. & scribentes in l.si vrbana. ff.de condi.inde. & sic ille depositarius cõsecutus fuit liberationem ab illis pupillis effectis maioribus, saluo iure recuperandi res illas ab illo asserto tutore.

DECISIO CXLVIII.

De compromisso nouo ex detractione unius ex arbitris de partium consensu, & de confessiõe procuratoris facta coram arbitro compromisso per empto.

SVMMARIVM.

1 Compromissum nouum an dicendum propter detractionem vnius ex arbitris inter partes.
2 Arbiter tertius per partes electus nouum reddit compromissum. Libellus renouatur per detractionẽ vel additionem.
3 Acta probataria non pereunt instantia perempta,nec confessiones. Confessio procuratoris coram arbitro facta perempto cõpromisso non perit.
4 Confessio ꝓcuratoris nomine procuratorio,an nociua sibi,si aliter de veritate constet.

IN cã Iulij de Vrso de Neapo. fuit de duobus dubitatum. Et primò
1 ¶ †Ecce ꝙ partes fecerunt compromissum in duo, deinde ipsæ partes prolongauerunt compromissum in longiorẽ dilationem, & voluerũt,ꝙ vnus tantum ex illis arbitris haberet cognoscere & determinare : vtrum istud sit cõpromissum nouũ, vel cõpromissum prorogatum. ¶Secundò, posito ꝙ sit nouũ cõpromissum vtrũ cõfessio procuratoris facta ꝓcuratorio nomine tpe primi cõpromissi extincti sit nulla, vel valida tpe scdi cõ promissi : ita ꝙ ille arbiter possit in ea se fundare.¶Ad primũ dubiũ fuit per sacrũ Cõsiliũ votatũ, ꝙ sit nouũ cõpromissum,ꝑp illã detractionẽ.ad hoc allegat Bald. in l.ius ciuile.ff.de
2 iusti.& iur.& ibi ꝑ Iasonẽ.† Item si eligit̃ ꝑ partes tertius arbiter,dr̃ nouũ cõpromissum: vt dicit Bart.in l.si dominiũ.ff.de furt.ita dr̃ nouũ, si de duobus detrahitur vnus. Itẽ sicut interuentu nouę ꝑsonæ in cõpromisso prorogato censetur nouũ cõpromissum scd̃m Dy.& Bal.in l.Titius.ff.de excu.tut.ita rõne detractationis ꝑsonæ arbitri censetur nouũ cõpromissum,sicut dicimus si aliquid additur vel detrahitur libello cẽsetur nouus libellus : vt habetur in l.edita.C.de edẽdo.¶Ad scd̃m dubiũ fuit votatũ,
3 †ꝙ sicut instantia perẽpta nõ pereãt acta ꝓbatoria,neq; confessiones : vt tenet expressè Bal. in l.cũ antea.C. de arbit. docto.in l.ij.C.de edendo. & Ale.in ij.vol.conf.lvij.& conf.lxj. in iii.col.ita nõ perit cõfessio ꝓcuratoris facta corã arbitro perempto cõ promisso,vt videtur firmare Bald.in d.l.cũ antea.¶Et iõ valuit sñia illius

vnius arbitri fundata sup cõfessione procuratoris facta pendente primo cõpromisso corã duobus arbitris ex pirato, vigore cuius facta fuit solutio per reum condemnatũ. ¶ Sed resultaba aliud dubiũ in hac cã: † Vtrũ cõfessio facta per procuratorẽ procuratorio nomine noceat sibi tanquàm personæ propriæ. Si apparet, quod aliter se habeat veritas, quàm quod cõtinetur in confessione procuratoris: fuit votatum quod re integra non nocet. per l. cum quidã. C. de admi. tut. & l. aduersus. §. si tutor. ff. de inoffi. test. & l. inter officiũ. ff. de rei vend. & per gl. in c. cùm inter canonicos, de ele. & Bal. in l. de tua. C. de rei ven. Secus quñ res nõ est integra, tunc illa confessio nocet sibi. Faciunt not. per Lucam de Penna. in l. fin. in iij. col. C. de tabu.

DECISIO CXLIX.

De contractu ad commodum carcerãtis cum carcerato in debite, & de fideiussore pro carcerato soluente.

SVMMARIVM.

1 Promissio & fideiussio facta per carceratum an valeat.
Carceratus an teneatur fideiussoribus soluentibus, quos dederat per obligationem factam per metũ incarcerantibus.
2 Carceratus in priuato carcere ad vtilitatem detinentis vel participis cõtrahere an possit.
3 Latrunculis promittens vt euadat, an obligetur, & teneatur, & quãdo.
Contractus ad commodum carcerãtis, non valet cum cacerato.
4 Fideiussor soluens ex contractu nullo pro incarcerato an possit repetere, maximè si sponte soluat. nu. 5.
Imputari an debeat ei qui nõ opposuit quod admissum non fuisset.
6 Iudex compellere partes ad compromissum an possit, & quando.
7 Quies publica violatur per magnatum discordiam.
8 Tribunalia maiora qualiter compellant partes ad compromittendum.

IN cã magistri Palamedis de Caua architecti cum archiepiscopo Brũdusino dubitatur. ¶ Vtrũ promissio facta per dictum Palamedem certis Francigenis de soluendo eis certo termino ducatos centũ, & proinde dedit fideiussorem ipsum archiepiscopũ quod si ipse Palamedes nõ soluerit dictos ducatos cẽtum dictis Gallis pro talia. & excarceratione ipsius ipse fideiussor promisit soluere, & postea fideiussor soluit: & nũc repetit à dicto Palamede, qui dicit se nõ tenere: quia obligatio nonvaluit tanquam facta per metũ dictorum Gallorũ, qui tenebãt eum incarceratum vt faceret taliã. ¶ Fuit votatũ per Consiliũ, quod talis obligatio cũ fideiussoribus nõ valuit, per text. in l. metũ. §. sed licet. ff. qd met. cã. vbi promissio facta illi qui metũ intulit, non valet. ¶ Hinc est quod dicit Ioã. de Imol. in l. qui à latronibus. ff. de test.
2 Parentum appellatione veniunt pater & mater.
3 Renuntiatio generalis bonorũ paternorum & maternorum per filiam facta non includit legitimam, nisi expresse nominauerit.
4 Soror quæ renũtiauit bonis paternis & maternis, non videtur bonis fraternis renuntiasse.
5 Decretum iuri dicendi nullum quanto tempore præscribatur.
6 Clausula, liceat ꝓpria authoritate bona capere, operatur ꝙ decretum dici non possit nullũ defectu citationis.
7 Notorium inter partes & nõ iudici, non impedit sententiæ prolationem.
8 Decretum non est nullum, si erratũ est in æstimatione rei, secus si erratũ in debito.
9 Scriptura minus solennis probat semiplenè.
10 Processus minus solennis cuius probationis sit.
Confessio facta coram arbitris facit fidem coram iudice.
11 Emptor ab titulũ & possessionẽ habente per longa tẽpa an sit in mala fide, si fama est, ꝙ res sit ecclesiæ.
Fama sæpe à ueritate discordat, & magis ꝓ ipsa q̃ ꝓ titulo præsumit.
12 Iudex est vir bonus.
Tps longissimũ malã fidẽ euacuat.
13 Intellectus ad l.fi.C.de dot.ꝓmiss.
14 Bona fides debet cõcurrere & allegari cũ titulo pͥscribere volentis.
Bona fides nõ pͥsumit, si nõ allegat.
15 Bona fides an possit tempore disputationis allegari.
Bona fides non intelligenda iudice in causa ciuili iudicante, & ex præsumptione non allegata.

In causa filiorũ & hæredũ Iesuæ Vulcani de Surrento cõtigit in sacro Consilio de pluribus dubitari. ¶ Et primò ex quo cõtracto matrimonio inter Paulũ vulcanum & Catharinã de Alaneo, à qua habuit dotes vnciarum lxxx. in pecunia & iocalibus, & vnciatum xxx. in quadam terra per Issaliam. secundum consuetudinẽ nobilium ciuitatis Neap. vt apparet per instrm dotale cũ omnibus clausulis cõsuetis. Et ex dicto matrimonio nati fuerunt tres filij: videlicet Philippus, Iacobus, Mutus, & Priscida. Et postea mortua fuit dicta Catharina superstite dicto marito, & dictis tribus filijs. Quærit modò, in dictis dotibus maternis an succedant filij, vel solũ succedãt filij masculi cũ onere dotãdi de bonis maternis ipsam Pri-
1 scidã. ¶ † Super hoc dubio fuit cõclusum, ꝙ sicut in bonis paternis filius masculus præfert filiæ fœminæ ĩ successione, dum tñ sororem maritet secundũ paragiũ. vt in cõsti. Regni, In aliquibus. ita in bonis maternis masculus præferẽ sorori in successione bonorũ maternorũ, dummodò sororẽ maritet & dotet scdm paragium: quia dicta constitutio dicit parentũ.
2 † & sic intelligitur de patre & de matre vt dicit Andr. in dicta cõstitutione, in prin. in verbo, parẽtum. & hoc est verum, quando apparet sic fuisse interpretatam dictam constitutionẽ per consuetudinem alias si nõ appareret de dicta cõsuetudine, filius ma-

sculus & filia fœmina pariter succedunt in bonis maternis:& in hac conclusione residet And. in dicta consti. in viij.& ix.col.versi.sed nunquid filius præfertur in successione bonorū maternorū &c. Vnde cùm appareat consuetudo Neapo.in scriptis redacta, q̄ incipit, si moriatur aliquis uel aliqua,quæ vult, ꝙ si moritur mater superstitibns filijs masculis & fœmina, masculi succedunt: sed tenentur ipsam maritare secundum paragiū. cum ergo secundum consue.Neapo. factū fuit dictū introductū dictæ Catharinæ matris,sequitur à patre,ꝙ dicta Priscida nō succedebat matri ꝑꝑ existentiam dictorū masculorū. ¶Et

3 ita fuit votatum per Consiliū,¶†Secundò in dicta cā dubitatur, pone ꝙ ista Priscida post mortē matris fuit maritata à patre, qui ipsam dotauit de paragio, & ipsa renuntiauit patri & eius hæredibus bonis paternis & maternis.nunquid videtur ipsa renūtiasse patri postquā non succedit ꝑꝑ existentiam filiorum masculorū. & fuit conclusum, ꝙ ex quo reperitur ista filia maritata & dotata à patre,licet renuntiauerit bonis paternis & maternis,non dicendo expresse legitimæ,ꝙ nonvidetur renuntiasse legitimæ per illam generalē renuntiationem,vt dicunt Guil.de Cuneo,Bald. & Ang.in l.de his.de transa.& firmat Neapo.in consue.contra instrumentum.in gl.in veibo, solutum. & Ale. de Imo.in j.vol.consi.lxix.quod incipit, Petrus de Rodulphis. Sed aliud ius in bonis maternis non competebat filiæ ꝑꝑ existentiam masculorū: ergo illa renuntiatio nihil operatur.

4 ¶Et ita fuit decisum in Cōsil. ¶†Tertiò dubitabatur vtrum mortuis illis fratribus vtrinque coniunctis dicta Priscida possit eis succedere in dotibus maternis, posito sine præiudicio veritatis,ꝙ illa renuntiatio bonorum paternorum & maternorum facta patri & eius hæredibus valeat, possit dictis fratribus succedere in dictis dotibus maternis. Et certè nulli dubium fuit,ꝙ soror, quæ renuntiauit bonis paternis & maternis nō vr̄ renūtiasse bonis fraternis: vt firmat Lucas de Pen.in l.j.C.qn̄.& quibus quar. pars debetur.Bald.in l.pactū.C.de collat. & ī l.si tibi.ff.de pact.& bene hoc firmat Ale.in l.j.§.veteres. in vlt.char. ff.de acqui.posses. vbi allegat multas quotas.& sic ista soror potuit succedere fratribus in dote materna. ¶Et ita fuit votatum per totum Cōsiliū.

5 ¶†Quartò dubitatur, ex quo dicta Priscida post mortem dictorum suorum fratrū uigore instrumenti dotalis matris suæ volens sibi satisfieri de dotibus maternis prædictis, cœpit possessionem cuiusdam terræ sitæ in ciuitate Masse,in loco Villaczani iuxta suos fines.Et adiuit curiā baiulorum ciuitatis Surrenti,& obtinuit decretum adiudicationis dictæ terræ ꝓ ea quantitate qua appretiabitur dicta terra, quæ postea fuit appretiata vncijs lxxxv. & post hæc dicta terra fuit tenta & possessa à dicta Priscida & ab habentibus cām ab ea vltra annos xxxv. Vtrum nunc dicti agentes possint dicere dictum decretum nullum?Et fuit conclusum, ꝙ non licet dictis agentibus dicere dictū decretū nullū obstante cursu xxxv. annorū: quia tanto tp̄e præscribitur iuri dicēdi nullum:vt dicit Spe.in tit.de sent. §.iusta.versi.fin.per viam principalis petitionis,prout dixerunt dicti agentes.Secus per viā exceptionis: vt concludit multum egregiè Philippus in c.dilecto.vij.col.versi.quintò quærit not.in l. sicut.C.de præscrip.xxx.vel xl.annorum.& in c.in nr̄a. de procura. ¶Et sic fuit appunctatum per to-

6 tum Cōsilium.¶†Quintò dubitatur posito sine præiudicio veritatis,ꝙ li-

cuiſſet non obſtante curſu temporis prædicti, opponere de nullitate. Vtrū dictum decretum potuit dici nullum, ex eo ꝙ hæredes dicti Pauli non fuerunt in eo citati ſuper dicta adiudicatione. Ego dixi, ꝙ nō pōt dici nullū: quia inſtrumentum dotale dicebat, ꝙ liceret ꝓpria authorita capere bona dicti Pauli, dictæ Catharinæ & eiꝰ hæredibus, & in ſolutū retinere pro dicta quantitate dotium. & ſic non erat faciendum niſi appretium dictæ terrę: quod factum fuit, vt ſ. ſed non apparet de citatione hæredum ipſius Pauli in appretio: ſed ex hoc non pt dici nullum: quia dicti hæredes non poterant contradicere, ꝙ non fierent appretium, ex quo notorium erat, ꝙ non poterant illi hæredes Pauli hoc denegare, & ſic non requirebatur citatio: vt dicit Bart. in l. j. §. qd de frumentaria. cum ſimilibus, de admini-

7 ſtra. rerū ad ciui. pert. ¶† Item poſſet dici ꝙ minus fuit dicta terra appretiata, & ideo debebant citari hæredes dicti Pauli, per not. per Bartolum in l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudi. Ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ ſimiliter notorium eſt, ꝙ dicta terra non erat tanti valoris, quantum erant dictæ dotes, prout etiam hodie dicta terra nō eſt tanti valoris, quantum ſunt dotes vt conſtat ex proceſſu, vnde ex hoc non pt dici appretium nullū vigore nulli decreti adiudicationis: cum illa adiudicatio eſt potius declaratio adiudicationis pp pactum, vt poſſit ſibi in ſolutū retinere tātùm de bonis debitoris, ꝙ poſſit ſibi ſatisfieri de debito. & ꝓ hoc facit dictū Inn. in c. tua. de coha. cle. & mulie. vbi dicit, ꝙ ſi iudici non fuit factū notoriū, & iudex ferat ſnīam antequam probetur, ꝙ factū ſit notoriū, ſi tñ in rei veritate factum ſit notoriū, licet iudici non ſit, valet ſnīa, vt firmant dñi de Rot. in dec. anti. char. xliiij. in iij. col. in par-

8 ua impreſſione. ¶† Allegatur ēt nullitas decreti baiulorū ex alio capite: quia dī, ꝙ plus debito fuit dicta terra adiudicata: vt in l ſi nō ſortem. §. ſi centum. ff. de cōd. indebiti. per Bar. & doc. ¶Sed ad hoc reſpondetur, prout dicit Io. Petrucij ibi. & idē Mod. Papi. ibi, dicētes, ꝙ ſi in æſtimatione rei eſt erratum, decretū non eſt nullum, & valet pro rata debiti. ſecus qñ eſſet erratū in debito. Hoc fuit originale dictū Bal. in c. qm̄ frequenter. §. ſinautem. in j. col. vt lite non conte. Idē voluerunt Pau. de Ca. & Alex. in d. §. ſi cētū. ¶Præterea non hēt locū regula d. §. ſi centū qñ virtute Pacti executiui quis poſſedit & recepit in ſolutū, per tex. in l. j. in §. ſi duæ. ij. reſpō. ff. quorū legato. vt dicit Fran. de Are. in l. j. §. pen. v. col. ff. de verbo. oblig.

9 ¶Sextò maximè fuit dubitatū, vtrū ſit legitimè probatū, ꝙ dicta Priſcida filia dicti Pauli renuntiauit bonis paternis & maternis dicto Paulo & eius hæredibus: ex quo producit̄ qdā charta papyrea, quæ dicit, ꝙ eſt ſumpta ex quodā protocollo, vbi mortui ſunt iudex, notarius & teſtes. Certè iſta charta nō probat, niſi ſemiplenè: vt dicit Cy. in l. Cōtractus. de fide inſtru. Sed in Regno per conſti. Regni, Inſtr. robur. crediderunt oēs dñi, ꝙ non probat. Sed ad coadiuuandū dictam chartā fuit adducta quædam cōfeſſio facta per dictam Priſcidam in proceſſu arbitrorum: in qua confitebatur ſe renuntiaſſe patri & eius hæredibus bonis paternis & maternis. Sed quia contra talē cōfeſſionē multa fuerunt oppoſita. Et ſignanter, ꝙ proceſſus, vbi eſt dicta confeſſio, nō eſt productus in forma probāte, quia

10 non† hēt ſubſcriptionē arbitrorum & actorū notarij: vt dicit Pau. de Ca. in l. ſi. C. de teſti. Itē quia non apparet, ꝙ talis confeſſio in proceſſu arbitrorū ſit facta parte pſente, uel corā

ipsis arbitris,& propterea habetur vt confessio extra iudiciū:vt not. Cy.in l.j.C.de confessis.& firmat Ale. in ij. vol.consi.xiij. ¶Septimo fuit dubitatum,vtrū cōfessio facta corā arbitris faciat fidem corā iudice? & conclusum fuit,ꝙ sic, per l.penultimam in fi.C.de arbitris. & firmat Abb.in c. præsentata.in j.col.de testibus.sed intelligitur,vt valeat vt extraiudicialis, secundum Cyn.in l.j.C.de confessis. & Ioannem And.& dominum Antonium in dicto c.præsentata.& idē Antonius de But.in c.Quintauallis.ver. xiiij.differentia.de iureiu.sed Io. de Imo.in d.c.præsentata.tenet,ꝙ valet vt iudicialis.¶Tamen dñi votauerūt, ꝙ dicta confessio probat corā iudice vt extra iudicium, & maximè qñ illi essent arbitri & arbitratores, & non apparet,ꝙ processerint vt arbitri,sed
11 vt arbitratores. ¶†Octauò dubitatur, vtrum isti, qui habuerūt cām à dicta Priscida, qui sunt conuenti ab hæredibus dicti Iesuæ possint dici, ꝙ fuerīt in mala fide pro eo,quia dictus Iesua denuntiauit eis,ꝙ nō emerent:quia dicta terra spectabat ad eū, & hoc non obstante ipsi emerunt, sic possunt dici malæfidei possessores.Allegabatur per aduocatum conuentorū,ꝙ sunt ꝑ hoc malæfidei possessores,per tex.& gl.in l.si fundum.C.de reivend.¶Sed ad hoc fuit respōsum, per id quod dicit Bal.in ca.vigilanti. de præscrip.vbi dicit,ꝙ si emi ab eo, qui titulum hēt,& possedit longissimo tpe:tñ est publica fama,ꝙ res illa est ecclesiæ,per hoc non dicor habere malam fidem: quia fama sæpe à veritate discordat,& magis præsumitur pro titulo,quàm pro ipsa, nec tenet credere nisi quod credit bonus vir,i. iudex:qui in facto alieno non dēt credere nisi probationibus.ideo nec ex vno teste debeo habere conscientiā
12 læsam. & dicit † ita tenuisse magnū Iuristā.& de isto dicto Bald.fuit memor Felin.in capit.si diligenti.in iij. column.de præscrip. Cùm igitur isti conuenti,qui emerunt ab illa Priscida, viderunt instrumentum dotale matris post mortem fratrum decretum curiæ baiulorum,super dicta adiudicatione,meritò non crediderunt dictæ denuntiationi: & bonæ fide dicuntur emisse: posito ꝙ in aliquo errauerunt siue in facto,siue in iure, attenta longissima earum possessione non possunt dici in mala fide, per ea quæ habētur in c.de quarta. per Fel. de præscriptio. ¶Nonum dubiū fuit: vtrum dispositio l.fi.C de dotis promissio.quæ vult,ꝙ si pater dedit dotem pro filia, & in instrumento dotali dicatur,ꝙ ipsam dotat de bonis paternis & maternis, & nō expressit in speciequātùm dabat de bonis paternis, & quantum de bonis maternis,ꝙ non præsumitur pro medieta-
13 te de bonis maternis:Sed † præsumitur totum dedisse de bonis patris,si substantia patris sufficit. habeat locum si filia renuntiauit qñ fuit maritata à patre bonis paternis & maternis. ¶Fuit cōclusum,ꝙ dispositio d. l.fin.hēt locum in dicta renuntiatione.& pro hoc allegat Pet.de Ancha. in c.quamuis. de pactis.li.vj.& tenēt doctores Mod.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli. ¶Decimum & vltimum dubiū est, ex quo isti conuenti allegauerunt se emisse, & possedisse vltra triginta annos dictam terram:& ideo opposuerunt exceptionem præscriptionis, non tñ in processu dixerūt se bona fide possedisse.Vtrū requiratur ad præscriptionē perficiendam, ꝙ allegent bonam fidem: & si non allegent,non dr̄ fundata præscriptio. Et vtrū talis allegatio possit fieri post conclusionem in
14 cā. ¶†Fuit per oēs dños conclusum, ꝙ licet appareat de titulo præscribe-

te volentis:tñ dēt allegare bonā fidē, & ista bona fides præsumitur ex titulo, aliàs si non allegatur, non præsumitur hoc voluit Bal. in c.si quis per xxx.si de feu.fue.contro.inter dominum & agna.& in l.super lōgi.in iij. col.C.de præscrip. longi tempo. per l.si adulteriū cū incestu.§. idem Pollioni.ff.de adulterijs hoc tenuit Ale. in ij.vol.consi.lxxvj.ij.col.& in cōsi. cxxxvj.in vj.colū.& in iij.vol.consi. lxix.iij.col.& Feli. multa ad hoc allegat in c.cum ordinem. de rescrip. & Alex. in l.à diuo Pio.§.si super.ff.de re iud.Licet Archi. teneat contrariū in cap.episcopum.de præben.li.vj.& Abba.Sicu.in c.fi.de præscrip.quorū opi.non tenetur,vt uideri potest per Ale.in d.§.si super. ¶Et sacrum Consilium totū cōclusit, ꝙ bona fides debet allegari.Sed in facto isto nō fuit
15 allegata. † Fuit habitū studiū si pōt allegari tpe disputationis.Et inuenimus Ant.de But.& Io.de Imol.in c. peruenit.de empt.& ven. vbi tenet, ꝙ talis allegatio bonæfidei pōt allegari post conclusum tpe disputationis.hoc firmauit. Ale.de Im.l.unica. ij.col.C.ut quæ desunt.& pro hoc facit id quod dicit Bart.in l.eū qui ita, §.qui ita.ff.de ver.ob. ¶Alia præsumptio q̄ bona fides non oportet ꝙ allegetur, ex quo iudex pōt in cā ciuili iudicare ex præsumptione nō allegata:ut ē tex.in c.afferte. de præsumpt. & istum tex.ad hoc allegat Abb.Sic. in repe.c.ecclesia sanctæ Mariæ.iij. col.de consti. ¶Et cū ista decisione fuit ista cā decisa,& cōfirmāta prima sniā sacri Consilij:& impositum perpetuum silentiū dictis actoribus per diffinitiuam sniam sacri Consilij.

DECISIO CLXXIX.

Materia l.fin.C.de dotis promis.& de paupertate patris dotantis filias.

SUMMARIUM.

1 Pater an dicatur in egestate nō habens bona nisi pro dote vnius filiæ, cum plures habeat.
2 Inops est,qui nihil habet.
3 Pauper quis dicatur.
4 Commodè fieri posse, quando aliquid dicatur.

IN quadam cā certorū nobiliū fuit dubitatum, ex quo dispositio l.
1 fi.C.de dotis promissione,† dicit,ꝙ si pater dotat filiā de bonis paternis & maternis,& substantia patris sufficit ad illā dotē,ꝙ vr̄ de suo dotasse. Quid si substantia patris sufficit ad dotandū illam filiā,sed non ꝓ omnibus filiabus, an dicatur tūc pater esse ī egestate? Ego dicebā,ꝙ hoc dubiū non reperi esse tactū ab aliquo doctore sic in specie. Sed dicebā,ꝙ ex quo tex.in d.l.fi.dicit, penitus inopia, ꝙ
2 nō cōsideratē numerus filiarū,¶†Sed utrū pater sit in inopia, ꝙ non possit illā dotē soluere de suo? Et pro hoc bene facit id qđ dicit Pau.de Ca.in l. id quod pauperibus.C.de epis.& cle. ubi dicit, ꝙ inops est, qui nihil hēt. allegat Archi.viij.distin.c. quo iure. Sed dicta l.si dicit penitus inopia:ergo consideratur inopia respectu dotis promissæ pro filia,& non respectu aliarū filiarum.Et pro hoc dñi allegabant Bal.in aut.præterea.C.unde uir
3 & uxor ubi dicit,† Quæro quis dicatur inops. Respondeo aut lex facit mentionem de inopia respectu certi & determinati effect⁹, puta respectu certi debiti soluendi.Et tunc ille dicitur pauper,cùm uires non sufficiūt ad soluendum illud debitum: ut in authen. de fideiussoribus.§.sed neq; Aut lex loquitur absolutè, & statur iudicis arbitrio. At in casu, de quo agitur, inopia consideratur respectu certi effectus, scilicet respectu dotis promissæ filiæ: ergo non consideratur paupertas patris, si non sufficit

eius substantia ad æqualiter dotādū
4 oēs filias suas. † Et qñ dicat aliquid posse cōmodè fieri, tāgitur per Glo. xij.q.ij.c.faciat. & per Feli.in c. postulasti. de rescript. & uigore dictæ authoritatis Bal.in d.auth.preterea. Sic fuit per omnes Doctores sacri consilij votatum.

DECISIO CLXXX.

De consensu patris interueniēte in cā filii cū ratificatione actorū post cōclusionē in cā.

SVMMARIVM.

1 Consensus paternus an requisitus in causis filij, & quid si consentiat post conclusionem in causa.

2 Iudiciū factū nomine filij, an possit per patrem ratificari.

3 consensus patris sufficit ꝙ interueniat in quacunque iudicij parte.

4 consensus patris generalis in omnibus causis pñtib⁹ & futuris sufficit.

1 FILIVS FA. † egit cōtra aliū hypothecaria, & assistentia, & adiudicatione super quadam terra, ꝓbauit oīa requisita, præterq̃ ꝙ non interuenit consensus patris in iudicio. facta conclusione in cā pr̄ consentit in iudicio filio agenti, nec non ratificat oīa acta in ꝑteritū facta per dictū filium sine eius consensu. ¶ Quæritur utrum dictum iudicium sit conualidū. Spe.in tit.de actore.§.j.uersi. sed nunquid filius, ponit casus, in quib⁹ filiusfa. pōt esse in iudicio sine cōsensu patris. Et ex dictis eius bene pōt decidi hęc quæstio: tñ ipsam non attingit in specie. Sed Bal.in l. cū non solū.§.necessitate. C. de bonis quæ liber.in uerbo, pone ꝙ pr̄.dicit, ꝙ nō ratificat iudicium nulliter cœptum; quia quod ab initio non ualet &c.ut in l. quod ab initio. ff.de regu. iur.

2 † Item quia iudicium nō est factum noīe patris, sed filij: ideò non pōt ꝑ patrem ratificari. l. si pupilli.§.si ego ff.de neg.gest. Item quia cōsensus patris requiritur ad solennizandum iudicium, & integrandam personam filii, quæ non est integra persona in iudicio. Et propterea consensus patris debuit interuenire in ipsa litis contestatione, & non post. & ista fuit opi. Gl.in d.§.necessitate. & ipsam sequit̄ Pau.de cast.ibi. & dicit Bal.ibi, ꝙ opi.Glo.est sequenda. ¶ Sed aduertēdum est, ꝙ illa Gl.refert opi. Ottonis, qui tenuit ꝙ sufficit, ꝙ cōsensus patris interueniat in quacunque parte iudicij. Et opin. Ottōnis secutus fuit Iaco.de Aret. Richardus Malum. cyn. Bar. & Ang ibi, † quia cōsensus 3
patris qñ filius agit uel conuenit̄, requirit̄, si tractat̄ de re ubi patri quęritur ususfructus: tunc aduersarius pōt dicere in signū repudiationis ususfructus, uolo ꝙ pr̄ cōsentiat. Sed ubi in illa re, quæ uentilat̄ in iudicio nō quærit̄ patri ususfructus, non requiritur consensus patris in iudicio. Et iō si pr̄ consentit in quacunq; parte iudicij, satis cōstat de eius repudiatione: & ideò ualet iudiciū: ut patet ex dictis Bart.in d.§.necessitate. & hanc partem sequitur Sali.dicens, ꝙ ista opi.est uerior de iure. Sed de cōsuetudine approbat̄ opinio Gloss. hanc partem tenuit ēt Guido de Suza: ut refert Ioā.An.in addi.Specula.in loco ꝑallegato, in uersi.uerūtñ. Et idē uoluit Innocen. in c.consuetudinē. de cōnsuetudi. & tenuit hoc Ale. de Imo.in j. vol. consi. cvj. incipiente, quo ad pñs quæsitū.uersi.& dña est. Et dicit idem Ale.in ij. uol.cōsi.lix.
4 † ꝙ sufficit consensus patris generalis in omnibus causis pñtibus & futuris. Et idem dicit Bal.in cōsi.cliij.inci.casus corā epō.circa fi.dicens, ꝙ sufficit consensus patris generalis.in j.uol. Albe.de Rosa.in d.§.necessitatem. Bene attigit istam quæstionem. & refert Old.tenere indistinctè qđ

in quacunque parte iudicii pōt consensus patris interuenire,& refert Innocen.in d.c.consuetudinē.idem tenere.Sed posteà refert Host.tenere contrarium.Et postea ponit multos casus in quibus filius pōt esse in iudicio sine consensu patris. Tandem pari voto per iudices magnæ Curiæ Vicariæ & per decem doctores consiliarios,cū quibus ego fui, decisum fuit,ꝙ ubi de re, de qua litigat,patri non quærit usus fructus,non requirit consensus patris. Et tunc si interuenit,sufficit ꝙ in quacunq; parte iudicij interueniat.Sed ubi patri quærit usus fructus,sunt opin.ut patet ex relatis per Albe. ubi s. ¶Tñ per sacrū consilium cum uoto magnæ curiæ Vicariæ fuit uotatum,ꝙ sufficit consensus patris ī quacūq; parte iudicij.

DECISIO CLXXXI.

De fide priuatarum scripturarum & literarū comparatione,& probatione illarum.

SVMMARIVM.

1 Apocha priuata quomodo & quanpo fidem faciat. nu.6.
2 Probatio plena an possit resultare ex literarum comparatione.
3 Apocha negata an probet.
4 Scriptura ad quam fit comparatio quæ sit,& qualis.6.
Cautela pro mercatoribus in conficiendis apochis priuatis.
5 Scribendi forma quotidie mutatur ex multis accidentibus.
7 Comparatio sola non sufficit ad cōdemnandum.
Apocha sine subscriptione testium per comparationem approbata semiplenè probat.
8 Testes de pñtia deponentes in confectione apochæ plenè probant.

1 In quodam processu fuit † ꝓducta vna apocha, quæ dicebatr̄ scripta manu Alexandri,per quam confitebatr̄ se recepisse certam pecuniæ quantitatem,& illa apocha nō habebat subscriptionē uel descriptionem testium:altera pars negabat illā apocham esse scriptā manu dicti Alexandri defuncti.dicit reus,ego volo verificare per testes, ꝙ illa apocha est scripta manu dicti Alex. dato termino ad probandum super ista uerificatione,examinat multos testes,qui dicunt,ꝙ ipsi non interfuerunt,qñ dictus Alex.scripsit dictam apocham, Sed hñt notam eius manum,& facta comparatione cum alijs scripturis dicti Alex.eis vr̄,ꝙ illa apocha sit scripta per dictū Ale.¶Fuit dubitatum, an de dicta apocha debeat haberi de iure aliqua ratio.¶Dicebant quidam domini, ꝙ per dictam scripturam priuatam sine testibus cū depositionibus dictorum testium deponētiū, ut s.de comparatione literarū,ꝙ dicta apocha semiplenè probat: † sed 2 tanta pōt esse uis comparationis, ꝙ ēt plenè probaret:ut dicit Bart. in l. admonendi.in vj.col.versi.circa primam.ff.de iureiur.& hoc refert etiā Alex.in iiij.uol.consi.cxviij.& sequitur Ant.de But.& d.Abb.Sic in c.ij. de fid.instr.in iij.col. & se.¶ Alij dicebant,ꝙ illud dictū Bar.pōt ꝓcedere,qñ cōparatio scripturarū fieret ꝑ iudicem,& in pñtia expertorū, tunc tāta pōt esse cōparatio scripturarū, ꝙ haberet locū dictum Bart.uel testes possent esse ita viri prudentes, quibus eēt credēdū,& cū cōparatione literarū,ut ꝓbatr̄ in §.si quis igit. 3 in aut. de instr.cau.& fide.¶†Tertij dicebant,ꝙ dicta apocha negata nō probat: per l.instra. C. de ꝓbō.& l. inter chartulas.C.de conuen.fisci debito.lib.x. Nec est uerū illud dictū Bar.vꝫ,ꝙtāta pōt esse cōparatio,ꝙ plenè ꝓbaret,vt dicit Ioā. de Imo. in d.c.ij.de fide instru.in v. col.in fi. & seq.& contra Barto. tenet Sali.in

hoc in dicta l.admonendi.& ita ptrāsit Ias.in d.l.in repeti.in iiij.& ij.co. & seq.¶Ego dicebam,ꝙ Ang.in authē.si quis. posita super l.scriptura. C.qui po.in pigno.hab.dicit ista uerba formalia,in Gl.j. ibi l.cōparationes.hic articulus scholaribus est dif-
4 ficilis.†Et ideò scias,ꝙ scriptura, ad quam fit comparatio, est illa scriptura principalis,qua producit̄ in iudicio ad debitum consequendum : & negat̄ scriptura manu eius cuius asserit̄,& si illa scriptura est priuata, non pōt peti vt per illam fiat comparatio literarum, nisi habeat subscriptionem trium testium, uel ꝓbetur per tres testes,qui uiderint illam scribi:ut hic.Sit ergo cauti mercatores, ut non confidant in simplicibus apochis in absconso factis,& à nullo subscriptis:quia si producant̄ in iudicio, & debitores negant eorū manu scriptas , uel forsan debitores mortui sunt,non poterit peti,vt per talē simplicem apocham fiat comparatio li-
5 terarū:ut hic in fi. †Bene poterit interrogari an manu sua scripta sit ex æquitate.l. ubicūq;.ff.de inter.actio. & s̄.de ingenu.& manu.l.ad cognoscendas.poterit ēt compelli ad scribendū:tm̄ hæc non erit sufficiēs comparatio,cum quotidie forma scribendi mutet̄ ex multis accidentibus: ut in authē.de fide instro.circa principium.Scriptura autē, ex qua est illa, quæ ꝓducit̄ in iudicio,ad hoc,ut fiat cōparatio ex illa scriptura , oportet ꝙ semper sit indubitata , & iō oportet,ꝙ sit publica, aut de archiuo publico sumpta,aut trino teste notata, quorum saltem duo eorum subscri-
6 ptionem attestent̄: †aut dictas subscriptiones eorum manu factas esse per comparationem ꝓbent,ut in l. comparationes.uel ꝙ illa scriptura, ex qua petit̄ cōparatio ꝑ aduersariū, producat̄ uelut scriptura scripta manu eiusdem:ut in aut. ad hæc de fide instrorū.Et subdebā,ꝙ qñ petit̄ cōparatio de simplici apocha sine testibus cū alia scriptura eiusdē qui dicit̄ fecisse illā apochā,quę est simplex & sine testibus,talis cōparatio nō pōt fieri:quia facilius contrafit scriptura vnius , quàm scriptura ubi sunt plures subscriptiones,ut dicit Saly.in d. l.comparationes.in iiij.col.in princ.
7 †Et ideò famosus doctor Franc. de Aret in consi.lxiiij.incip. diligenter & maturè discussis.tenet,ꝙ ista testificatio testium deponentium, ꝙ ipsi non fuerūt p̄ntes ,qñ fuit scripta dicta apocha,sed hn̄t illam pro scripta manu illius,quia hēt notā manū illi⁹ non ꝓbat,quia sola comparatio nō sufficit ad condemnandū.& hoc tenet Bar.in auth.at si contractus. C. de fide instrorū.dū dicit,ꝙ circa cōparationē de facili errat̄ &c.& in sequē col.ubi dicit,ꝙ apocha sine subscriptione testium si approbet̄ per comparationē,non facit plenā,sed semiplenam ꝓbōnē.Item idem , si testibus tm̄ approbet̄ : quia semiplenè ꝓbat.Sed si utroq; modo testibus &
8 cōparatione , plenè ꝓbat.† Et intelligitur de approbatione testium,qui uiderunt eum præscribere illam apocham,ut declarat Barto.in l.nuda.in ij.col.ff.de dona.Et ibidem tenet illud idem,quòd dixit in dicta authē. at si contractus. ut s̄.retuli.Et idem tenet Barto.in d.l.admonendi.& Anto.de But.in d.c.ij.de fide instrumē. Sed Ioan.de Imo.in d.c.ij.& Ludo.
a in l.nuda.tenent,ꝙquādo testes [a] deponunt se fuisse præsentes, quando ille debitor scribant illam apocham, tunc plenè ꝓbāt:quia tūc bñ deponūt.& sequit̄ Feli.in d c.ij.versi. vij. limita.in v.col.his sic discussis.¶Fuit
9 totū Cōsiliū ī hoc uoto,ꝙ† illa scriptura priuata sine subscriptiōe testiū & sine depōne testiū q̲ uiderint illa

fcribere. fed funt teftes q. dñt, ꝙ ipfi hñt notã manũ illi⁹, & eis vr̃, ꝙ fit ei⁹ manus: tamen nõ viderunt eum fubfcribere, ꝙ talis apocha nullam fidẽ facit. & fic fuit iudicatũ. Qñ teftes. Idem confuluit Alexã. in confi. cl. in vij. col. in v. vol. & conf. lxxx. incipiẽte, vifu ꝓceffu. in iiij. vol. Iaco. Butri. in d. authen. at fi contractus. Bar. in l. fcripturas. qui potio. in pig. habeã. Panor. ĩ d. c. ij. extra, đ fid. ĩftru. Et nimirũ, fi teftibus dicẽtibus fe habere notã fcripturã illius qui fcripfit nõ credat: quia dicit Bar. in d. auth. at fi cõtractus. ij. col. verfi. oppono, dicitur hic. & docto. ĩ d. c. ij. ꝙ teftes poffunt de facili decipi pp fimilitudinẽ literarũ: & quia põt quis literas alicuius de facili cõtrafacere. & idẽ in particulari cõfuluit Stepha. Bertrã. ĩ fuo confi. cxl. incipiẽte, locatio, feu arrendamẽtum in ij. vol. Thomas Brama.

DECISIO CLXXXII.

De ftipulatione iudicatũ folui cõtra fideiufforem, & de iure edendi nõ referuato propter claufulam generalem.

SVMMARIVM.

1 Iudicatum dici ex quo principalis nunquã fuit citatus an poffit.

Citatio nõ ẽ neceffaria, vbi notoriẽ cõpetere nullã de fenfionẽ apparet.

2 Condẽnatio ex ꝓceffu nullo fequi an poffit ex debitoris confeffione.

Stipulatio iudicatũ folui priufquã committatur, quid requiratur.

3 Stipulatio iudicatum folui contra fideiufforem quando cõmittatur. 8

Sententia fine fubftantialibus non habet vim rei iudicatæ.

Citatio vbi nõ eft, ibi nulla ẽ fnĩa.

4 Paria funt non effe iudicatum, vel nulliter effe iudicatum.

Citatio inualida nullius effectus, ficut nec litis conteftatio.

5 Exceptio carceratiõis & fpoliationis bonorum an impediat ꝓceffum ad vlteriora.

6 Apocha per carceratum facta ex cõmiffione iudicis, dicitur facta in figura iudicij.

Carceratus ꝓ læfæ maieftatis crimine ante cõdẽnationẽ eft integer homo, nec inculpandus ante fentẽtiã.

7 Carceratus an citari poffit.

Iudex fciens impedimẽtum an ꝓcedere poffit.

8 Carceratus cum fpolio omniũ bonorum æquiparatur deportato.

9 Confeffio nõ contentatur habere vim fententiæ vbi requiritur myfteriũ iudicis in fententiando.

10 Exceptio cedendarum cui cõpetat.

Fideiufforem in inftrõ poffunt renuntiare beneficio cedendarum. 12

11 Claufula renuntiatoria omni legũ auxilio &c. an includat exceptionem cedendarum nu. 13.

13 Cautela pro contrahentibus vel renuntiantibus vt caueant à verborũ generalitate.

14 Creditor in inftrõ liberationis cõfideiufforis referuãs fibi ius cõtra alios fideiuffores, an videatur referuaffe ius faciendi ceffione in alijs fideiufforibus.

Qvia Regia maieftas voluit mittere me ꝓ certis negotijs tangẽtibus intereffe fuum in ciuitate Trani, fuit mihi iniunctũ, vt in caufa Iacobi de Rubeis cum nobili Maczeo Arcella de fedili capuanę deberẽ relinquere votũ meũ ĩ fcriptis, vifa difcuffione ipfius caufæ cum dominis ẽ cõfilio & Regiæ cameræ fummariẽ fuit mihi vifum, ꝙ totũ fundamentũ huius caufæ ftat in hoc. ¶ 1 †Vtrũ cõmittatur ftipulatio de iudicato foluẽdo contra dictũ Maczeum fideiufforem, fi reus principalis nũquã fuit citatus ad inftãtiã Iacobi creditoris, nec lis fuit cõteftata inter debitorẽ & creditorẽ, & per confequens non

potest di ci iudicatum,ex quo principalis nunquã fuit citatus:& ꝑ consequens non potest dici condemnatus.

¶Dicebatř pro parte Iacobi, ꝙ citatio contra debitorẽ non erat necessaria,ex quo notoriũ erat sibi non cõpetere defensionẽ,ex quo constabat. de debito trium milium & vltra ducatorũ,per scripturã debitoris,videlicet illustris Hieronymi de sancto Seuerino recognitam,vt dicit Gloss. in c.cũ olim. & ibi Abbas in vj. col. de re iudi.& in c. ex insinuatione. in fi.de appel.cũ cõcor.per Innoc. Barto.in l.ij.§. quod de frumentaria. ff.
2 de admini.re.ad ciui.pert. †Item dicebatur,ꝙ nõ remansit per Iacobũ, quin citaretur ipse debitor, qui erat carceratus.ꝓ crimine læsæ maiestatis.Sed noluerunt fiscales,ꝙ citaretř. præsumitur ex iusta causa factũ,iuxta plene no.ꝑ Feli.in c.quæ in eccle. de constitu.Itẽ quia stante confessio ne dicti Hieronymi in dicto albarano recognito,potuit sequi cõdemna
a tio ᵃ contra eũ sine citatione,ex quo clara decisio est, ꝙ ex ꝓcessu nullo põt sequi condẽnatio ex confessione debitoris,secũdũ Inno.in c.fi. de resti.spo.& ibi Abb.in c.at si clerici.de iudi.& Bald.in l.mercalem.C. de cõ di.ob turpẽ cãm.¶Sed ꝓ parte dicti Maczei fideiussoris dicebatur,regula est,ꝙ ad hoc,vt cõmittatur stipulatio iudicatũ solui requiritur, ꝙ lis sit cõtestata cũ reo principali post ꝑ stitã satisdationẽ,aliàs cõtra eũ absẽ
3 tẽ nõ posset ad diffinitiuã ꝓcedi.†& sic nõ cõmittitř stipulato iudicatum solui contra fideiussorẽ,nisi lata sñia ꝓmissa citatione cõtra principalem, & facta litis contestatione, & ꝙ sñia ipsa transiuerit in rem iudicatam. ita voluit Paul.de Cast.ĩ l.cũ quæreret. ff.iudi.sol,per l.j.eo.tit. Vnde cum ĩ casu,de quo agitur, reus principalis nunquã fuit citatus, nec lis contestata cũ eo,esto ꝙ per sñiam magnæ cameræ fuit cõdẽnatus ad dictũ debitũ vigore suæ scripturæ recognitæ, talis sñia nõ hẽt vim rei iudicatæ: ex quo deficiunt substantialia,vt res iudicata dicatř:quia vbi nõ est citatio q̃ est de iure diuino & naturali,ibi nulla est sententia.nota.in l. vir. bouus. ff.iudi solui.not.in Clem.pastoralis.
4 de re iudi.†Nã paria sunt,nõ eẽ iudicatũ,vel nulliter esse iudicatũ,.l.iiij. §.cõdẽnatũ.ff.de re iudicata. Faciũt multa similia allegata per And.de Isern.in c.j.§.ꝑterea,& q̃ ibi dixi,quæ fit prima cã.Sic etiã dicitur, ꝙ inualida litis contestatio, & inualida citatio nihil operatur.dixit Bald. in l.ij. C.ex delictis defunctorũ. Et sic patet, ꝙ non est cõmissa contra fideiussorẽ stipulatio de iudicato soluẽdo.

¶Nec obstat primũ motiuũ:quia negatř, ꝙ sibi non cõpetebat defensio a imo dicto domino Hieronymo carcerato competebat defensio:quia potuisset opponere,ꝙ ipse est in carceribus Castri noui, & nõ põt exire ad se defendendũ:vt dicit Spe. in tit.de citatione,§.j.vers.item est, ꝙ detentus à magistratu.& sic postea processus factus esset nullus, si iudex sciuit impedimentũ: vt dicũt Bart. & Pau. de Cast.in l.ij.§.ij.ff.si quis cau.Ioã. de Imol.in l.is qui reus.vltima char. ff.de pub.iudi.ꝑ l.quæsitũ.ff.de re iu
5 dic.†Itẽ opposuisset,ꝙ erat notoriũ, ꝙ absq; citatione & processu fuit de facto captus & spoliatus oĩbus bonis & statu suo, & ideo potuit se defendere,& clarũ est, ꝙ illa exceptio impedit ꝓcessum ad vlteriora: ᵃ vt dicit
a Ant.de Butrio,in c.olim. el ij.de restitutio.spolia.ita intelligendo c. frequens.el j.eod.titu.lib.vj.licet Abb. Sicu.in d.c.olim.non sequatur dictũ Anto.in hoc tñ do. Anto, melius dicit,ex quo ratio inductiua dispositionis dicti capituli,frequẽs fuit caluin-

nia opponentis,ergo vbi constat no toriè, ꝙ cessat calumnia, cessat dispo sitio dicti capituli. Et idem reperio te nere Specu.in titu.de citatione. §. j. versi.item ꝙ est spoliatus.& Ange.in recollectis.in l.si te bonis.C. de iure deliberan. Item potuisset opponere exceptionem particularis solutionis dictæ scripturę, quæ probata est in ꝓ cessu formato contra fideiussorē. Itē potuisset opponere, ꝙ dicta ratifica tio scripturæ nō est facta in iudicio, sed debitore existente in dicto carce
6 re, † licet si appareret de cōmissione iudicis, diceret facta in figura iudicij: vt dicit Bal.in j.vol.consil.cxxviij.se cus qñ esset facta coram notario, non de commissione iudicis: vt no.glo.in l.iubemus.C.de libe. caus. & sic mul ta potuisset opponere si citatꝰ fuisset & ꝓpterea non obstat primum moti uum. ¶Nec obstat secūdum motiuū, ꝙ fiscus non permisit, ꝙ citaretur di ctus dñs Hieronymus, quia hoc non apparet legitimè ex processu. Nā car ceratus pro crimine læsæ maiesta. do nec non est conuictus & condemna tus, est integer homo: quia donec nō sequitur sentētia ꝑmisso ordine iuris naturæ, nō pōt dici, ꝙ inculpatus de crimine læsæ maiest. sit reus dicti cri minis, secūdum Anto.in c.j. quo tem pore miles.& in c.j.de feudo sine cul pa non amit.cum concordā.ibi ꝑ me
7 alleg. † & ideo poterat citari: sed ipse potuisset allegare impedimentū car ceris, vt s.dictum est: & sic nō potuis set procedi ad condemnationem, & si processum est, non valet ipsa con dēnatio, vt suprà dixi: cū etiam Papa et Imperator inaudita parte dicunt se non posse condemnare, vt in l. fin. C.de lega.c.j.de cau.poss.et proprie. & habetur in c.olim.et in c.cū in cau sa.de re iud.et no.Io.And. in additi. Spec.in titu.de sentē. prolat.§. iusta. ver.est etiā.et per Lud.cō. ccclxxix.

et Old.cōsil.xliij. Item si iudices scie bant illū carceratum, sciebant impe dimentum, & per consequens nō po terāt procedere, vt in allegata l.quę situ, & procedentes ad condemnatio nem, nihil ualuit: & sic non pōt dici
8 condēnatus. ¶† Nec obstat tertium motiuū, quia illa recognitio & cōfes sio principalis debitoris non pōt prę iudicare fideiussori iudicatum solui: quia illa cōfessio facta fuit, quando dictus dñs Hieronymus principalis fuit spoliatus omnibus bonis: quo ca su non potest esse in iudicio, ut dicit Bal.in l.ij.C.de iuris.om.iudi.& licet Bal.loquaī in deportato, qui est exu latus omnibus bonis: tamen dicta car ceratio principis de facto cum spolio omnium bonorum non esset peccatū in spiritū sanctum, si hoc æquiparetē deportato, licet non sit cōuictus, nec condēnatus. Itē per dictam confessio nem in carcere factam per dictū debi torem, licet resultet notorium, qñ fa cta esset in iudicio, & sic haberet vim sentētiæ, ut no. Bart.in l. ictus fustiū. ff.de infamibus. & in l.is qui bonis. de uerb.oblig.& in l.si decesserit.ff.q̄ satisd.cog tamē quando requiriē mi nisterium iudicis in sententiando, nō
9 sufficit † ꝙ confessio illa habeat uim sententiæ, ut dicit notanter Bal. in c. j. qualiter dominus proprie. priuetē. vbi dicit, ꝙ quando requiritur mini steriū iudicis in pronuntiando, nun quam notorium habet uim sentētiæ. Sed ad hoc ut committatur stipula tio iudicatum solui, requiritur mini sterium iudicis .s. ut condemnet reū principalem, ut in l.fi.C. de usuris rei iudica.ergo dicta confessio etiam ꝙ ex ea resultet notorium, non potest facere committere stipulationē de iu dicato soluendo, cum non sit iudica tum. Et in casu isto non potest dici iudicatum, quia nulliter ex defectu ci tationis, ut in Clem. pastoralis. de re

iudica.cum si.& per ea quæ supradi-
cta sunt.¶ Ex quibus concludo, ꝙ cō
tra ipsum fideiussorem non est com-
missa stipulatio iudicatum solui.stā-
te ista cōclusione dictus nobilis Mac
ꝛeus de libero uoto meo debet ab-
solui ab impetitione dicti Iacobi, et
non oportet uenire ad discussionem
aliorum dubiorū . ¶Sed quia allegat
pro parte dicti fideiussoris , ꝙ dictus
Iacobus creditor liberauit magnifi-
cū do.Ant. Carrafam à fideiussione
iudicatum solui,quam fecit insolidū
cum dicto nobili Maczeo Arcella.Et
ideo prætēdit se liberatū pro medie-
tate dictorū triū milium centū duca
torum,quando prædicta non milita-
rent.Ideo primo formabo dubium :
deinde ueniam ad eius resolutionē .
10 ¶†Creditor per instrm publicū sti-
pulatus est à duobus fideiussoribus
insolidum de iudicato soluendo cum
pœna,& obligationibus, et renuntia
tionibus,et iuramento.deinde credi-
tor liberauit à dicta obligatione unū
ex dictis fideiussoribus insolidū obli
gatis.demum creditor agit insolidū
contra alium fideiussorē,et in ipsa li-
beratione reseruauit sibi ius contra
alium confideiussorem insolidū obli
gatum,secundū theoricā Bar.in repe
ti.auth.hoc ita.C de duob. reis . Iste
fideiussor dicit , obstat tibi exceptio
cedendarū actionū , quia si vellem ti
bi soluere totū debitum, teneris mi-
hi cedere actionem , & iura contra il
lum confideiussorem insolidum obli
gatum,quam cessionem facere non
potest.quia eum liberasti: ideo quan
do essem obligatus , non teneor nisi
pro medietate. ¶Quæritē quid iuris .
Dicebant aduocati dicti Iacobi cre-
ditoris,ꝙ dicti fideiussores renuntia-
uerunt beneficio cedendarum in di
cto instrumento,ut infrà dicetur . et
tali beneficio à principio in ipso in-
strumento ipsi fideiussores potuerūt
renunciare.per gl.in l. nisi hoc actū .
ff.de pact.& gl.in l.si stipulatus .§. si
ex duobus.ff.de fideiussori. ubi dicit
gl.ꝙ renuntiauit beneficio cedenda-
rum,quando intercessit,quod potuit
& uoluit Spec.in tit.de renun. & con
11 clu.§.j.uer.postremò .† Quod autē
dicti fideiussores renuntiauerunt etiā
beneficio et exceptioni cedendarū ,
ut patet ꝑ illa uerba posita in instru-
mento,omni legū auxilio , & oī alio
iuri,per quæ uerba includitur exce-
ptio cedendarū,ut illi uideatur renū
tiatum à principio , & in hoc allega-
uerunt multa similia , quæ breuitatis
causa omitto. ¶Aduocati verò Mac-
ꝛei dicebant,ꝙ Bar.in l.si stipulatus.
§.si ex duobus. præalleg. dicit in sua
distinctione,ꝙ quando creditor libe
rauit unum ex fideiussoribus, si alius
fideiussor non consentit illi liberatio
ni , nec fideiussor renuntiauit benefi
cio cedendarum , & fideiussit simul
in vno , et eodem contractu cū alijs
fideiussoribus nō diuersis temporib.
tunc creditori obstat exceptio ceden
darum,nec aliter tenetur ipse fideius
sor nisi sibi fiat cessio valida,ut ē tex.
in l.cū aliter.C. de fideiuss. et in l. ut
fideiussor.ff.e.tit.et in l.Modestinus.
et ibi Bar.et materia.ff.de solu. hanc
conclusionē approbāt Ange.et Paul.
de ca.in d.§.si ex duobus.per text.in
l.Stichum.§.fi.ff.de solu. Et ideo im
putet sibi creditor,secundū Paū.qua
re ademit sibi potentiam cedendi,q a
ille nō fideiussisset,si sciuisset sibi nō
11 debere cēdi actionē. †Et quia dict
Iacobus in dicta liberatiōe facta do
mino Antonio cōfideiussori insolidū
nō reseruauit ius cedēdi , meritò nō
censetur reseruata facultas cedendi ,
fallit qñ vnus fideiussor alteri succes
sit.de quo per Alex.in l.de die.§.si fi
deiussor.ff.qui satisd. cog. ¶Nec ob-
stant in contrarium allegata de renū
tiationibus generalibus factis in in-

strumento fideiussionis quia sub illis verbis generalibus non includit, quod sit renuntiatū per fideiussores exceptioni cedendarum, dixit Bald. in l. si diuisa. C. locati. & tenuit hoc Lud. in cōsilio suo ccccLxxij. incipiente, ī eo quod quæritur. bene fateor, quod in specie exceptioni cedendarū pōt renunciari: vt s. dictum est: vel qn renuntiatur beneficio de fideiussoribus, & bñficio nonarum constitutionū de fideiussoribus, de pluribus reis debendi: tunc ita renuntiādo renuntiatur beneficio cedēdarum, tam in hypothecaria, q̄ in personali, secundū Bal. in l. ij. C. de fideiussoribus. & Vitalē, in

a 3 penul. char. suarum clausularū. †nam ista exceptio cedendarū cōpetebat de iure antiquo confideiussori insolidum obligato: vt in l. si fideiussores. §. fi. ff. de fideiusso. & ideo renuntiando beneficio de fideiussoribus. renūtiauit beneficio cedendarū. Sed melius considerando, idē videtur dicendum, quando renuntiauit omni legū auxilio, vt renuntiare videatur etiā

b beneficio cedendarū, quod est de iure cōi: vt patet in d. l. si fideiussores. §. fi. & propterea dicebat Bal. in l. pactum. C. de colla. in xvj. qō. caueant contrahentes vel renuntiantes à verbis gñalibus, ne effuso sermone ī periculū incidant, vt in l. fi. C. de dotis pmissi. faciūt multa q̄ inducit Alex. de virtute gñaliū verborū, in v. vol. consilio lxviij. incipiente, visis & opportune consideratis, & maxime qñ interuenit iurm: vt consuluit Alex. in eodem volumine, cōsilio cxxxiij. incipiente, super quæsitis. Et ideo in hoc dubio propter renūtiationes appositas in instrō fideiussionis, sum in voto, quod dictus Macceus fideiussor non potest se iuuare de exceptione cedendarū pp liberationē factam à creditore cōfideiussori cum ptestatione de consequēdo totum ab alio

4 fideiussore. ¶ †Dicebat domin. Anto. de Alex. Vice ptonotarius, quod ipse ī recollectis suis quādo legebat l. nisi præallegatam. dicebat, quod ex quo creditor in instrō liberationis cōfideiussoris, reseruauit sibi ius contra alios fideiussores, videtur in consequentiā reseruasse ius faciēdi cessionem alijs fideiussoribus cōtra ipsum fideiussorem liberatum. argument. l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicū. tamen reliquit hoc recogitādum. ¶ Sum igitur in voto, vt supra ī primo dubio. Et hoc voto consignato domino Iulio de Scornatis locum tenenti Magnæ cameræ & alijs dominis de Consilio accessi p seruitio Regio: vt supra, & postquam reuersus fui, reperi quod dictus Macceus mediantibus illis quibus dominis de Cōsilio ductus fuit ad concordiam cum dicto Iacobo pro ducatis quingentis.

a Cōdemnatio. Stante processu nullo, si est confessio, sequitur condemnatio. Adde infra in decis. 372.

b Ad vlteriora. Adde, exceptio spoliationis omniū bonorū impedit processum ad vlteriora. Idem tenet Io. And. in d. c. cū olim. in fi. Ang. in l. si maritus quodā C. de dona. inter vir. & vxo. Io. Petru. ī l. si te bonus. C. de iur. delib. Inno. & Abb. in c. nouit de appel. Et iō dicit Io. Fa. in §. fi. instit. de actio. qđ si qs ē spoliatus pp guerrā, æquū & piū est, vt cōueniat catenus quatenus facere pōt. quod et refert & sequit ibi Iaso. Nec aduersus dictā exceptionē spoliationis, obstaret excipere de iuro pstito per debitorē. ita Io. And. ī c. ij. de ordi. cogniti. Quia nō haberet locū, qñ spolium esset factū post iurm: vt in specie declarat Imo in d. c. ij. & in proprijs terminis Philip. Fran. in c. frequens & assidua. de resti. spolia. in sexto. & Socy. ī suis fallē. in regula cxxv. subdēs, quòd periurium etiam euitatur per

impotentiam soluendi, quæ excusat à piurio.c.breui.de iureiur. & sic oẽs actiones actiuæ & passiuæ essent in fiscũ spoliantẽ translatæ ipso iure, & spoliatus esset à suis creditorib. liberatus.text.est in l.ij.C.ad l. Iul. de ui publ.per quẽ tex.dicit ibi Bal. eẽ notandũ, ꝙ banniti nostri temporis, qui bus adimuntur omnia bona, sunt ab eorum creditoribus liberati.text. est in l.si debitor.& in l.si adeptis .C. de senten.passis.& in l.si marito publico ff.sol.mat.& in l.j.ff.de duob.reis. & in dictis iuribus gl.Barto. & Doctor. Thom.Bram.

DECISIO CLXXXIII.

De tutoribus,& matre præferenda auo paterno in tutela filiorum.

SVMMARIVM.

1 Mater in tutela an ueniat præferenda auo paterno.nu.5.6.

2 Filiusfamilias non potest dare tutorem filiæ in potestate aui.

Emancipatus qñ præsumatur quis non probata emancipatione.

3 Emancipatio requirit scripturam.

4 Filiusfamilias de bonis castrensibus potest testamentum facere.

1 QVIS debeat † præferri in tutela Faustinæ, an mater uidelicet dña Trusiana de Borsis de Neapoli uxor Annibalis de Furgiano de Suexa filij Gasparis de Furgiano, uel ipse Gaspar auus dictæ Faustinæ. Et præsupponit ꝙ dictus Annibal fecit testm̃, in quo instituit hæredem dictam Faustinam eius filiam, & ei dedit tutricem.s.personæ & bonorũ dictam Trusianam eius uxorẽ & matrem dictæ pupillæ. ¶Prima facie unusquisque diceret, ꝙ dictus auus paternus debet præferri in dicta tutela, ut in authen. matri & auiæ.C.qñ muli.offi.tu.fungi posset. & in l.nam ciuium.cum concor.ff. de his qui sunt sui, uel alie.iur. tum quia ipse habet dictam Faustinã eius nepotẽ ex filio in potestate: † tum quia filiusfamilias in ptãte patris nõ põt facere testm̃, nec dare tutorẽ filiæ in potestate aui. Insti.quibus non est permissum facere testm̃.§.j.& l.qui in potestate.cum si. ¶Tñ his non obstantibus fuit decreta tutela dictæ Trusianæ matri, ex rationibus infrà scriptis. ¶Et primò, quia fuit allegatum, ꝙ dictus Annibal fuit emancipatus à pr̃e, & probatum fuit, ꝙ per x. aut xx. annos uixit seorsum à patre, ut filius emancipatus: licet non sit probata aliter emancipatio, præsumitur emancipatus, secundùm Albe.de Ros.& Bal. in l.post mortem.ff.de adopti. & no. gl.& Bar.in l.ij.C.si aduer. rem iudi. & no.Bal.in l.j.C.de patri.pote.dum se remittit ad dicta per eũ in d.l.post mortem.no.Moder.in l.sciendum.ff. de uer.obl. ¶ † Nec obst. ꝙ in emancipatione debet interuenire scriptura, secundum Cy.& Bal.in l. de emancipatione.C.de fide instrum. quia satis dicitur præsumpta scriptura in emancipatione interuenisse, ubi scriptura allegatur & probatur quasi possessio emancipationis, per xx.annos: tunc p̃sumitur emancipatio, ut s̃. alleg. est: & sic ista neptis non est in ptãte aui, sed patris, & pater potuit facere testamentum, & dedisse tutricẽ matrẽ suę filiæ. ¶Secunda rõ est, quia dict⁹ Gaspar dedit pro alimentis dicti filij et nurus irreuocabiliter inter uiuos dicto Annibali & eius hæredib. quoddã feudũ della Roccha mõtis Draconis, & medietatem feudi de Saluatico, & tradidit: et ipse Annibal p se & alios eius noĩe tenuit & possedit usque ad tempus mortis suæ, † quæ feuda sunt bona castrensia, ut dicit Bal. in l.cùm multa.C.de bo. quæ libe. & in bonis castrẽsib filiusfami. põt facere testm̃ etiã ꝙ eẽt in potestate patris, ex quo in istis bonis reputat̃, ut paterfamilias,

In the margins beside the text: 2 beside "ptẽ ex filio in potestate"; 3 beside "de uer.obl."; 4 beside "tempus mortis suæ".

lias:vt in l.Macedoniani.C. ad Macedo.& le pe.& fi.C.qui testamẽ.facere possunt.& not.ĩ l.fi. C.de inof.testa. intelligendo tñ secũdũ disp.c.prim. de succes.feudi.§. qñ disponit in immediatũ successorem. ¶ Tertia ratio est,ꝙ dicta tutela dictæ pupillæ non debet dari dicto auo paterno,sed matri:quia dictus auus, habet filium masculum secundo genitũ qui per mortem huius pupillę succederet in omnibus dictis feudis,& probatur, ꝙ dictus auus odio habebat dictum patrem huius pupillæ, etiam vt cesset
5 omnis suspicio,†fuit visum dictis dominis, ꝙ tutelam ipsius pupillæ mater, quæ est mulier honestissima & prudẽs administret,per tex.in l.j. ff. vbi pupillus educari debeat, vbi dicit,Solet prætor frequentissimè adiri,vt constituat,vbi filius vel alatur, vel moretur,nõ tantũ in posthumis, verum omnino in pueris.Et solet ex persona,& ex conditione, & ex tempore statuere,vbi potius alendus sit, & nonnunquã à voluntate patris recedit prætor. Denique cũ quidã testō suo cauisset,vt filius apud substitutum educaretur, Imperator Seuerus rescripsit,prætorẽ existimare debere præsentibus cæteris propinquis liberorũ. Id enim agere prætorem oportet, vt sine vlla maligna suspicione alatur partus, & educetur. dicit Glo.ĩ verbo, suspicione, q̃a forte eum occideret pp substitiã. accedat ad hoc tex.in l.pe.eod. tit. vbi dicit, cã cognita debet id prætor statuere, vt ẽt euitet suspitio pudicitiæ.& alius tex.ĩ l.j.C.vbi pupi. educari debeat. dicit,educatio liberorũ nulli magis, quàm matri cõmittenda est. & alius tex.in l.ij.eodẽ titulo,dicit,ꝙ ille pferendus est, qui non est successionẽ pupilli speraturus propter suspicionem.
6 ¶ † Quarta ratio est:quia ,puisum est p capitulum Regni, ꝙ incipit, feudatarius &c. ꝙ mater pferatᵹ alijs cõiunctis, qñ mater est honesta & sobria in ipsa tutela,qñ feudatarius mortuus est ab intestato. ¶ Quinto & vltimo ad dictam decisionẽ faciendã multũ mouit authoritas Andr. de Iser.in constitu.mino.in fi.vbi dicit, ꝙ si baiulus datus est pupillo p testatorem,qui non habet ipsum in potestate, & ille baiulus vult administrare:pater qui habet pupillũ in ptãte cõtradicit,quia vult ipse administrare,concludit,ꝙ baiulus datus per testatorẽ pfertur.Et quia magna curia Vicariæ sic pronuntiauit,&pro parte Gasparis fuit appellatũ ad sacrũ Cõsiliũ : auditis istis rationibus fuit decretũ,ꝙ bene fuit decisum p magnã cuiã Vicariæ, ꝙ dicta mr̃ pferatur in tutela dictæ filiæ pfato auo paterno.

DECISIO CLXXXIIII.

De aliena reposita in domo conducta ad tempus uolente domino non obligata pro pensione tacite.

SVMMARIVM.

1 Executio pro pensione an possit fieri in bonis alienis in domo conducta repertis:& quid sit super hoc distinguendum.4.
2 Illata vt tollantur ante finitam locationem, nõ habentur ,p inuectis.
3 Bona aliena inducta in domo,vt tacitè obligata habeãt,tria requirũt.
4 Lecti locati an sint tacitè obligati pro pensione domus,& quid de veste penes sartorem.

NOBILIS quidã locauit domũ pro certa mercede per annũ.iste inquilinus patitur,ꝙ in hac domo locata,quidam amicus suus ponat aliqua mobilia,cuius custodiam ipse inquilinus recepit:deinde ille suus amicus recessit alibi,eo existente absente,ille nobilis adueniente mense Augusti in quo tẽpore debet fieri solu-

T

tio pensionis secundum consuetudi nẽ Neapolitan. vadit cum Alguezitijs in domũ prædictã locatã, & pro pẽsione facit executionẽ super illis bonis repositis per dictũ amicum Inquilini: quia alia bona non erant in dicta domo, ut de eis posset ꝑ pẽsione fieri executio.

1 †Dubitatᷣ an super istis bonis inuectis & illatis in domo conducta, quæ constat esse aliena, potuit fieri executio pro pensione: vel veniat retractanda. ¶ Fuit dictum, ꝙ istam qõnẽ posuit Cyn. Bald. & Saly. ĩ l. certi iuris. C. loca. vbi distinguũt, ꝙ aut res aliena est inuecta & illata domino rei sciente & patiẽte, & tũc erit tacitè obligata pro pensione: aut eo ignorante, & tunc nõ erit obligata. l. aliena. ff. de pigno. actio. Sed aduertendũ est, ꝙ illud quo dicitur, ꝙ si res aliena inducta est in domo conducta de uolũtate domini, ipsius rei, ꝙ est tacitè obligata pro pensione, procedit, si res illa perpetuo, id est, durante locatione erat mãsura in domo.

2 †Secus si ad certum tempus ibi reposuit, tunc non est tacitè obligata pro pensione, nisi aliter appareat de consensu domini ipsius rei illatæ, quod voluit rem illam obligari pro pensione: vt dicunt Doctor in lege, si fine. C. ad Velleian. Debet ergo fieri articulus pro parte domini domus, ꝙ dominus rei illatę imposuit in domo conducta res illas, ut toto tempore cõductionis ibi starẽt. aliàs illata, vt tollanᷣ ante finitam locationẽ, tũc non habentur pro inuectis & illatis. arg. l. j. C. de verb. sig. secundum Saly. in d. l. certi iuris. post Bald. ibi. & ꝑ hoc videtur tex. in l. prædijs. §. videndũ. ff. in quibus cau. pig. taci. contrahi. vbi dicit tex. videndum est, ne non oĩa illata & inducta, sed ea sola quæ, ut ibi sint illata, scilicet perpetuo. dicit Gl. non temporis cã &c. Et ꝑ hoc Gl. in d. §. uidendũ, allegat l. debitor. ff. de pigno. ibi, eos dũtaxat qui hoc animo induci possent, vt ibi perpetuo. s. quandiu essent ibi, non temporis causa accommodarent &c.

3 †& pro hoc text. in l. si non inducta. C. in quibus cau. pig. taci. contra. vbi dicit Glo. ꝙ tria requirũtur, ut bona aliena inducta in domum sint tacitè obligata. ¶ Primo ut res sit inducta. ¶ Secundo, vt domino rei sciente & patiente. ¶ Tertio, ꝙ sit inducta, ut ꝑpetuo sit ibi, i. durante locatione, & si aliquid de tribus prædictis deficiat, res illa nõ est tacite obligata, ut declarat Pau. de Cast. in l. itẽ quia. ff. de pac. procedit ergo opinio Gl. d. l. certi iuris. quę dicit, ꝙ sola patientia domini permittentis, ꝙ res sua introducaᷣ in domum cõnductam per alium, facit ꝙ res illa est obligata, procedit, quãdo interuenit fraus, uel apparebat de eius consensu, ꝙ voluit rem suam esse obligatã, vel fuit inducta, ut sit ĩ domo donec durat locatio. ¶

4 †Fuit ergo votatum, ꝙ res aliena reposita de voluntate domini in domo cõducta ad tẽpus nõ est obligata tacitè ꝑ pẽsione domus, & sic fuit retractata illa executio. ¶ Sed ista causa cecidit aliud dubiũ: qa Vincẽtius Malfitanus ĩquilinus dictæ domus locauit duos lectos, quos induxit in domo locata. Vtrũ isti lecti locati sint tacite obligati ꝑ pẽsione domus. dicit Ioã. Fa. Insti. de actio. §. itẽ Seruia. ꝙ nõ: qa si cõductor rẽ alienã expsse obligare nõ põt inuito dño, multomagis nec tacite C. si res aliena pig. data sit l. ij. tunc enim res aliena tacite est obligata ꝑ pẽsione domus. q̃ est illata ibidẽ, qn interuenit fraus ex parte dñi, ipsius rei, forte quia cõmodauit rẽ inquilino ad finẽ, vt appareret ditior, & locator alliceretᷣ ad locandũ &c. secundũ Io. Fa. dicẽs idẽ esse si dedi sartori uestẽ, ut arctaret, nõ est tacite obligata ꝑ pẽsione: quia nõ fuit tradi-

ta uestis animo, ut durante locatione ibi esset & ibi etiā per Aretinū.

DECISIO CLXXXV.

De causis non compromittendis inter cōsanguineos post litem contestatam.

SVMMARIVM.

1 Contumacia an repellat consanguineū petentem beneficium cōpromittendi inter cōsanguineos, secundū constitutionem Neapolitā contestata & termino dato.

2 Facultas eligendi iudicē durat usq; ad litis contestationem.

Facultas petendi, ut in arbitros cōpromittatur, durat ad litis usque contestationem.

DICTAT Regia pragmatica Regis Ferdinand. primi, ꝙ debeat cā compromitti inter consanguineos vna parte petente. ¶ Consanguineus dedit supplicationem suam in consilio, petendo actione reali & personali aliquid a suo cōsanguineo ? cōmittitur causa: cōmissarius eum citat in termino dato, citatus est contumax, & in contumaciam iudex dedit terminum ad cōprobandū & defendendū: intimato termino ille citatus petit, ꝙ causa cōpromittatur iuxta formā pragmaticæ: replicat altera pars, ꝙ non debet cōpromitti: quia datus fuit terminus ad probandum in cōtu
1 mac.a. ¶ †Fuit determinatum in consilio, ꝙ postquam est lis contestata, uel datus terminus ad probandum, nō potest peti, ꝙ causa cōpromittat: quia ista allegatio, ꝙ causa compromittatur inter consanguineos uigore dictæ pragmaticæ, est exceptio declinatoria: vt dicit Bal. ī auth. habita. C. ne filius pro patre. in §. uers. ver.
2 iiij. quæritur. †ubi dicit, ꝙ quando quis habet electionē eligendi iudicē, ista potestas durat usque ad litis contestationem: ut C. de exceptio. l. fin. Sic ista facultas petēdi, ut in arbitros compromittatur, non durat usq; ad litis contestationem. Et ita in ꝓprijs terminis determinauit Lanfrā. in suo tractatu de arbitris. in ulti. q. & dicit ista consuluisse famosum doctorē d. Iac. de Zochijs de Ferra. qui optime scripsit sup iiij. lib. Decre. & sic post ea pluries fuit determinatum in cōsilio in diuersis causis.

DECISIO CLXXXVI.

De reuocandis decretis, quò ad pęnam pro tertiis possessoribus.

SVMMARIVM.

1 Creditor secūdus præfertur primo quo ad pęnam.

2 Vsuræ pręferunt secundum debitorem primo.

QVIDAM tertij possessores fuerunt cōuenti assistentia, & appretio, & adiudicatione super quibusdā bonis hypothecatis per prius pro debito principali, pęna dāni & interesse. qui quidem tertij possessores habuerunt causam onerosam à debitore, qui per prius obligauerat ipsa bona: dicto agenti fuit præstita assistentia per magnam curiam Vicariæ pro debito principali & pęna. ¶ Dicti tertij possessores appellauerunt dicētes ꝙ pro pœna ipsi ut secundi creditores præferūtur primis, & ideo debet quò ad pęnam retractari dictum de
1 cretū magnæ curiæ Vicariæ. ¶ †Fuit decisum in consilio, ꝙ reuocetur dictū decretū quò ad pœnā: ꝑ id quod uoluit Spec. ī tit. de obl. & so. §. ante oīa igit. Illud etiā quærit. ubi dicit, ꝙ quò ad pœnam secundus creditor ꝓferatur primo, ꝑ l. Luci⁹. ff. qui pot.
2 in pign. habe. †quæ dicit, ꝙ in usuris secundus creditor præfertur primo. Idē dicit Spec. in tit. de teste. §. nūc tractemus & Ioann. And. in c. si propter. de rescrip. lib. vj. Saluo iure agē

di dictis possessoribus condemnatis pro debito principali pro euictione contra suos autores.

DECISIO CLXXXVII.

De iure offerendi post sententiam.

SVMMARIVM.

1 Ius offerendi debitum, & petendi cessionem an possit peti post decretum & sententiam.

2 Appellatio sustinet ius offerendi post sententiam.

Creditor secundus habet ius offerẽdi primo, item debitor & quilibet possessor.

3 Agens remedio l.uetustissimam.C. de iu.do.impetran.an gaudeat iure offerendi.

Dominium non transfertur, nisi re appretiata.

4 Ius offerendi ante litem contestatã locum habet.

5 Mora potest purgari vsque ad sentẽtiam quò ad pœnam.

FACTA relatione in Consilio per iudicem magnæ curiæ Vicariæ de cã Nardi Andreæ Frõdæ ortum fuit
1 dubium. ¶ † Vtrum lato decreto per magnã curiã assistentiã petitam &c. præstãdã esse super bonis stabilibus, & ipsa præstita appretianda esse, & ipsis appretiatis adiudicãda &c. possit reus offerre debitũ, & petere cessionem. ¶ Videbatur, ꝙ hẽt locum ius offerẽdi post dictũ decretũ & sñiam, per id ꝙ dicit Bar. in l.si quis stipulatus fuerit x.in melle.ff.de so. vbi si quis sit cõdẽnatus ad decẽ in tali fundo, & sic decẽ sunt in obligatione, & aliud est in executione, i.super fundo, hẽt locũ ius offerẽdi post sñiam, donec nõ sit lis contestata super executione illius sñię. hoc ẽt firmat Bar. in l.stipulationes non diuiduntur. in vlti.char.ver.ix.restat videre.de ver. obl. ¶ Et ppea dicebat Bald.in l.per
2 hanc.C.de tẽpo.ap. † ꝙ ius offerẽdi non est extinctum ẽt post sñiam, si fuit appellatum ab illis quibus cõpetit: vt est possidens, qui cõuenitur hypothecaria. vt in l.mulier.ff.qui mo. pig.vel hyp.sol. Itẽ scds creditor hẽt ius offerendi primo, vt in l.j.& ij.C. si antiquior creditor. Itẽ debitor & quilibet possessor. de quo per Are. in §.si quis in fraudem.in iij.char.Insti. de actio. Ista fuit originalis theorica Spe.in tit.de oblig. & sol.§ j.ver.q.d si l.mihi.vbi dicit, ꝙ ius offerẽdi, hẽt locũ post sñiam, vsque quo suscipiat iudiciũ in actione iudicati p l.itẽ veniunt.§.idem rectè.ff.de pet. hære. ¶ Alij domini dicebãt, ꝙ supradictæ doctrinæ loquũtur, qñ actũ est hypothecaria. Sed casus noster est, qñ actũ est nõ solum hypothecaria, sed ẽt remedio l.vetustissimam.C.de iure do
3 mi.impetrãdo. † quo casu dicit Ang. ibi, ꝙ si in ordine iudiciario facta est adiudicatio, nõ hẽt locũ ius offerendi.& firmat Bal in l.ꝑperandũ.§.fin aũt reus.C.de iudicijs. ¶ Per oẽs dominos fuit ita conclusum, ꝙ qñ latũ est decretũ, assistentia est præstanda & appretiũ fiendũ, & appretio facto sit adiudicata res illa ad disponendũ &c.donec nõ est factũ appretiũ, non est translatum dominiũ, hẽt locũ ius offerendi: sed si appretiũ est factũ, cessatius offerendi: quia tunc trãslatum est dominiũ: & pp ea cessat ius offerendi, p doctrinã Aug. præallegatam. interdum lata est sñia siue decretum iuxta dictã formã, & petitur executio dicti decreti & sñiæ, & super hoc
4 datur libellus, & lis contestatur: † & tunc ante litẽ cõtestatã hẽt locũ ius offerendi: sed post litẽ contestatã nõ hẽt locũ, vt firmat Bar.in d.l.si stipulatus quis fuerit x.in melle.cũ si.s.allegatis. Et hoc verũ, vt post litẽ contestatã super actione iudicati non habeat locũ ius offerendi, nisi per viam

purgationis moræ:quæ mora pt purgari vsq; ad sniam,per no.per Bal.in lege, & si post tres, in v.col.ff.si quis cautio.per legẽ,si maior.& legẽ, siue apud acta.C.de transa. ¶Nec obstat lex si insulã.ff.de verb.ob.vbi post litem contestatã non purgatur mora: quia verũ est,quò ad pœnã,secus quo ad alios effectus, secundùm Bald. & Pau.de Cast. in d.l.si maior annis. &
5 Bar.& alios in d.l.insulã.† ubi admittitur purgatio moræ vsque ad sniam exclusiuè quò ad alios effectus: licet Cy.in d.l.siue apud acta. dicat, ꝙ sit purgatio moræ usque ad primũ actũ qui postea fit.Sed quia in dicta causa oblatio verbalis facta post dictũ decretum non fuit effectualis, fuit dictum decretum executum per dictã magnam curiam.

DECISIO CLXXXVIII.

De fructibus medio tempore cadentibus inter apprettum factum & appellationem.

SVMMARIVM.

1 Fructus existentes lite pendente in bonis an spectent ad tertios possessores qui ab appretio appellauerũt, an ad actorẽ cui fuerunt adiudicata & appretiata bona.3.6.
2 Fructus rei uenditæ post uenditionem spectant ad emptorem..
3 Fructus pendentes tempore sententiæ sunt pars fundi.
4 Appellare licet à snia expertorum.
5 Appellatio suspendit pronuntiatũ, quatenus respicit futurum, sed præsens extinguit.
Ablatiui absoluti inducunt conditionem.
Fructus recepti per actorem añ cõpletam æstimationem pro rata extinguunt sortem principalem.
6 Appellatio debet esset præsidium innocentiæ.
7 Fructus sequestrantur, si dubium est de dilapidatione.
Fructuum adiudicatio ex sententia proborum pendet.

1 SI conuenitur † tertius possessor hypothecaria,assistentia, & appretio,& adiudicatione,& seruatis seruãdis profertur snia siue decretũ assistẽtiam esse præstãdã,qua præstita dicta bona esse appretianda, quibus appretiatis adiudicanda esse, prout præsenti decreto adiudicantur ad faciendũ & disponẽdum &c. & hoc decretum transiuit in rem iudicatam,petitur ꝑ parte actoris,ꝙ committatur dictum appretiatũ tabularijs ciuitatis Neap. & facta cõmissione dicti deputati appretiauerunt dicta bona, & fecerunt relationẽ in scriptis quantùm valent dicta bona. Illi tertij possessores ab ista relatione tabulariorum sentiẽtes se grauari,quia minus appretiauerũt intra legitima tpa appellauerunt, & reuisio dicti appretij cõmissa est alijs cõmissarijs. ¶Dubitatur modò,quid de fructibus ipsorum bonorũ existẽtibus in dictis bonis lite pẽdente, an spectent ad ipsos tertios possessores. An verò ad dictũ actorem cui fuerũt dicta bona adiudicata,& demum appretiata,licet à dicto appretio fuit ap
2 pellatũ.¶†Dicebatur pro parte actoris,ꝙ fructus dictorum bonorũ post adiudicationẽ iudicis spectant ad eũ: quia per dictã sniam & decretum,dominiũ fuit in eũ translatũ: vt in l.iij. C.de iure do. impe. & l.ordo.C.de execu.rei iudic.sic ẽt dicimus, ꝙ facta venditione fructus rei vẽditæ post venditionẽ spectãt ad emptorẽ: vt in l.fructus.& ibi Bal.C.de actio.empt. no.in l.fi.§.fi.& ibi concor.ff.de iure fisci.Sic ẽt dicimus,ꝙ fructus post litem contestatã ex re quæ petitur in iudicio,si fertur snia pro actore,spectant ad eũ:vt in l.si fundus.§ in uenditione.ver.interdum.ff.de pigno.facit tex.in l.fi.§.fructus.ff.de his q̃ in

fran.credi.vbi q possedit fundū plenū fructibus fundū possidet, licet pl⁹ valeat fundus pp fructus pendentes.
3 ¶Dicebat,†conuentus tertius possessor,decretum dicit,ꝙ primo dicta bona,super quibus est præstita assistentiā,debeant appretiari, quibus appretiatis adiudicamus &c.& sic antequā sit factum appretiū,non est translatū dominiū in agentem:vt dicit Bart.in l.Iulianus.in vij.col.ff de condi & in de.& in l.Pomponius.§.si iussu.ff.de acqui.pos.& in l.excep.ff.de excep. rei iudic.& in l.sunt & aliæ.§.ait prætor.ff.de publi.& in l.ordo.C.de exe cu.rei iudi.iūcta d.l.iij.C.de iure do. impetran. quia isti fructus extantes t pe sniæ siue decreti sunt pars fundi: vt in l.fructus pēdētes.ff.de rei vēdi. & in l.in lege Falci.placuit.ff.ad leg. Falc.& sicut de fundo non est translatum dominiū,ita de fructibus pendētibus. ¶Replicabat actor, imò factū est appretiū, & sic trāslatū dominiū.
4 ¶†Respōdet conuentus,ꝙ licet sit factum appretiū, à dicto appretio fuit appellatum,quod licuit: quia à snīa expertorum licet appellare: vt dicūt Bar. Bal.& Ang.in l.arbitro.ff.qui satisd.cogan.& Ioā.de Imo. in l.fi.qui & à quibus.quę appellatio suspendit illam relationem tabulariorum.l.j.in fi.ff.ad Turpil.vnde sicut operatē pendentia inter decretum & appretiū faciendum,quæ pendentia facit, vt nō sit trāslatum dominiū,nisi secuto appretio:ita operatur pendentia appellationis à relatione tabulariorum,secundùm Io.de Imo. in l.qui à latronibus.§.si quis incapax. per illū tex. iuncta l.si quis post.ff.de testa. & per consequens fructus sunt ipsorū possessorum, donec non est completum appretiū.Et per hoc facit illud dictū Bal.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. † vbi dicit, ꝙ appella-
5 tio,suspendit pronuntiatum, quatenus respicit futurū. Sed quaten⁹ respicit præsens,extinguit. ¶Secundò dicebant isti conuenti:decretum trāsfert dominium in creditorem sub cōditione,videlicet bonis appretiatis, & sic sunt ablatiui absoluti, qui inducunt conditionem:vt in l.à testatore ff.de cōdi.& demon.& sic non facto appretio dominium ipsorum bonorum remanet penes conuentum tertium possessorem,& sic fructus ipsorum bonorū sunt ipsius rei.Et si fructus recipiantur per actorem ante cōpletum appretium,illi fructus pro rata extinguunt sortem principalem, iuxta not.in l.à diuo Pio.§.si pignora.ff.de re iudi. ¶ †Per totum sacrū 6
Consilium fuit votatum,ꝙ si in causa appellationis à relatiōe tabulariorum reuisores ipsius appretij augent æstimationem,vel illa confirmēt, fructus pendentes à tpe primi appretij erūt ipsius actoris,vt dicunt Io.And. & Abb.Sicu.in c.fin.de seque. pos.& fru.quia appellatio conuentorū à dicto appretio non debet esse vinculū iniquitatis, sed præsidium innocentiæ: vt in c.cum speciali.§.porro. & c.cōsuluit.el ij.de appel. Secus si illi reuisores pronuntiauerint in eorum relatione, ꝙ malè æstimauerunt dicta bona:quia sunt maioris æstimationis: tunc ipsi conuenti possessores faciunt fructus suos: quia iustè appellauerūt.& appellatio illa iustè suspēdit illam relationem Tabulariorum: vt in c.pastoral.§.verū. de appel. & c.venientes. de iureiu. † Et interim 7
dicti fructus possunt sequestrari, si ē dubium de dilapidatione: vt dicitur in d.c.fi.de seq.pos. & fruc. Tamē dicti fructus non fuerunt sequestrati, quia actor & conuenti erant personæ diuites,& non erat timor dilapidationis,pendet ergo acquisitio fructuum ex relatione dictorum reuisorum: vt suprà dictum est.

DECISIO CLXXXIX.

De declaratione producentis testes, si uelit uti depositionibus eorum.

SVMMARIVM.

1 Declaratio super depositionibus testium per vnam ex partibus productorũ, qualiter fiẽda ĩ usu eorũ. 3.4.
Aduocati cauti quã protestationẽ faciant super testibus producendis.
2 Cautela circa instrorũ & testiũ productionem, et qualiter ad illam se debeat habere iudex.
3 Instro uel testibus utens cũ protestatione, qñ pœnã falsi nõ cõtrahat.
Responsio super obscuris anceps, an sufficiat.
4 Testẽ falsum producẽs, uel eo utẽs perdit causam.

FACTA publicatione in causa fuit petitum ab vna partiũ, quæ litigabat, ꝙ altera pars debeat declarare, 2 si vult uti depõnibus testiũ nominatim expressorũ. ille rñdet, ꝙ vult uti dictis testibus, si apparebit eos veritatẽ dixisse. Replicat, ꝙ debeat ꝑcise sine dicta qualitate rñdere, an uelit uti dictis testibus: ita uel non.

1 ¶ † Quærit, quid iuris. Dicebat Bald. in l. si aduersarius. C. de fi. instr. in fi. ꝙ cauti aduocati semper solent facere tales ꝓtestationes, ꝙ non intẽdũt uti depõnibus testiũ nisi inquantum uerũ dñt. Et ideo dicebat Spec. in ti. de instru. edi. §. vj. qui incipit, uidendũ restat qualiter. uer. qđ si uelis &c. ꝙ si producatur instrm in iudicio, ꝙ altera pars hẽt eũ suspectũ de falso producẽs poterit dicere, ꝙ si reperiet falsum, non uult eo uti, nec haberi ꝓ ꝓducto ac si usus non fuisset, nec aduersarius põt partẽ compellere, ut sine dicta protestatione rñdeat. arg. l. si quidẽ. C. de excep. & l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. no. nun. et dicit Cyn. in l. si falsos. ꝙ talis protestatio 2 prodest. C. de falsis. ¶ † Sed cõtrariũ tenuit Bar. in l. diuus. la secũda. ff. ad l. cornel. de falsis. dicens, ꝙ qñ iudex uidet talem ꝓtestationẽ, debet dare terminũ ei ad deliberãdũ an uelit uti dicto instro: et quod dicit de instro, idẽ dicit de attestationibus. Et cum Bar. transit Lapus alle. cxix. incipiẽ. quæro pone ꝓcurator. et Barth. Veronensis in suis cautelis, char. ix. ubi alleg. pro opi. Bar. vnũ cõsiliũ Bald. et etiã Alex. in apostil. in d. l. diuus. Ego autẽ oñdi vnũ notabile consiliũ Rapha. Fu lg. clxxvij. inci. publicato ꝓcessu etc. ubi post allegationes ꝓ et contra, dicit, vr posse dici horũ do- 3 ctorũ non eẽ notas contrarias. ¶ † Nã no. Bar. et Cyn. ꝓcedunt, cũ aduersarius ꝓducens instra uel testes, vlteri⁹ post hmõi attestationem non instat apud iudicẽ, ut clarius et certius respondeat. Quinimò loquitur quãdo nec ulla per iudicem uel ꝓducentis aduersariũ interrogatio facta præcesserat: tunc nãq; uerũ est, ꝙ utens instrumentis uel testibus cũ huiusmodi præmissa protestatione in pœnam falsi non incidit, et hoc aiunt dicti doctores, ubi suprà. ¶ Cæterum si interrogatio facta sit producenti instrumẽta uel testes post publicationem, an eis uti uelit, necne, eò quòd aduersarius eos uel ea falsi suspectos uel suspecta habet, non arbitror secundum Bartol. eam responsionem sufficere tanquã incertam et obscuram, et interrogantem rursus in incerto relinquentem arg. l. de ætate. §. nihil. ff. de 4 inter. actio. † Sed si interrogatus se dicat dubitantem, dandum est spatium temporis, ut sic certioretur. al lega. d. l. si aduersarius. et tex. et Gl. in l. qui interrogatur. ff. de interoga. act. et l. iusiurandum quod ad pecunias. §. j. ff. de iureiuran. ¶ Viso isto consilio fuit uotatum per sacrũ cõsilium, ꝙ producens dictos testes, si

pars petit, ꝙ ſimpliciter rñdeat, an uelit ipſis uti, tenetur ſimpliciter reſpondere, & maximè, quia dictat Regia pragmatica Regis Ferdinãdi primi, ꝙ producens falſum teſtem vel eo uſus fuerit, ipo iure perdat cãm, niſi intra octo dies poſt publicationem renuntiauit ſpecificè &c. & ſic ſicut ſpecificè debet renuntiare uſui dicti teſtis: ita ſpecificè debet dicere, ſi interrogetur, an velit uti, necne, ſine dicta proteſtatione.

a DEBEAT declarare. An debeat ꝑcisè declarari, ſi quis uult uti teſtibus, ita vel non, uide plenè Fel. in c. pñtiũ. & quæ ibi addidi, x̃. de teſtibus Thomas Bramaticus.

DECISIO CXC.

De primo creditore, non reuocante ſolutum ſecundo.

SVMMARIVM.

1 Pecunia ſoluta poſteriori creditori per debitorem an repeti poſſit per creditores anteriores. 5. 7.

Creditor ille potior eſt, cui primò numeratum eſt.

2 Ius commune ſcriptum eſt, uigilantibus, & non pigris.

3 Intellectus & limitatio ad l. pecuniam. C. de priuile. fiſci.

4 Hypotheca conſiſtit ẽt in pecunia.

Creditor primus quõ agat aduerſus ſecũdũ ſuper ſolutione à debitor̃ fcã đ re prius ſibi hypothecata.

Pecunia ad numerũ ſoluta dr̃ gen⁹.

Genus perire non poteſt.

5 Conſulti ualentiſſimi pro utraque parte nominantur.

6 Hypotheca primo creditori pro pecunia ſoluta ſecũdo creditori in pecunia bona fide conſumpta non competit.

7 Sententia Regis cum Cõſilio facit ius uniuerſale in Regno.

PVLCHRVM fuit dubium
1 in ſacro Conſilio. ¶ Vtrum† Magdalena creditrix Franciſci in caſſas uigore publici inſtrumenti cũ hypotheca generali omnium bonorũ cũ conſtitutione ꝑcarij etc. quæ eſt anterior creditrix potuit agere contra dñm Guilielmũ, ad quem peruenerunt ducati quatuor mille ex cauſa tranſactionis initæ et firmatæ inter eum et dictum Franciſcum hypothecaria actione ad dictos quatuor mille ducatos per prius obligatos dictæ Magdalenæ: licet dictus Guilielmus dicat illos fuiſſe conſumptos. ¶ Pro parte dicti Guilielmi conuenti allegabatur, ꝙ contra eum non poterat agere hypothecaria ad dictam pecuniam ſibi ſolutam et conſumptam. Quia regula eſt, ꝙ qñ ſunt plures creditores vnius debitoris, ille eſt potior, cui primò ſatiſfactũ eſt. l. ſi non expedierit. ff. de bo. autho. iud poſſi. quia ſolutio facta à cõi debitore mihi ſolerti non retardatur per aliũ creditorem, qui fuit in negligẽtia in nõ petẽdo ſibi debitum: ut probat tex. in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. ibi
2 allegat ratio, † quia uigilantibus et non dormientibus ius commune ſcriptum eſt. ¶ In contrarium multum fortiter allegabantur pro parte primi creditoris iſtæ rationes et authoritates: nam certum eſt, ꝙ iſtã pecunia ſoluta ſecũdo creditori, fuit pri⁹ hypothecata primo creditori, et ſic in illis cõpetit hypotheca uel condictio indebiti, uel cõdictio ſine cauſa, uel condictio ex lege: ut dicit Glo. in dicta l. ſi non expedierit. et uoluit Bart. in d. l. pupillus, et in d. l. ſi non expedierit. §. j. ¶ Secundo dicebatur de hoc eſſe caſum in l. pecuniam. C. de priui. fiſci. ubi pecuniam, quã creditor à debitore ſuo fuit conſecutus fiſcus, qui anteriorem hypothecã habebat, fortius ius habet in illa pecunia, q̃ ille ſecundus creditor, qui pecuniam fuit conſecutus, et dicebať ꝙ

ista l.ponit gladium ad radicem,nec
est uerum,q dicta l.ponit priuilegiũ
3 fiscale: † quia Glo.ibi dicit, q dicta
lex habet locum etiam in creditori-
bus priuatis. & idem tenet ibi Salic.
& Ang.qui dicunt hoc esse notandũ
& quotidianum.¶Tertiò pro hoc be
ne facit tex.in l.ex facto.§ fi.ff.de pe
culio.& l.deferre.§.fi.cũ l.sequenti.
ff.de iure fisci.Et dicit Raphael Cu-
ma.in d.l.pupillus, q hæc ẽ cõis opi.
¶Quartò pro decisione huius dubij
allegabat authoritas Ioan. Andr. in
addi.Spec.in tit.de oblig.& solu. in
rub.ver.uideamus gñaliter, an vnus
creditor reuocare possit,q alteri iam
solutum est &c.ubi cõcludit,q si pri
mo creditori non est consultũ cõtra
principalem debitorẽ: quia non est
soluendo,prout erat in isto casu: tũc
debet distingui,Aut ille secũdus cre
ditor,cui satisfactũ est, recipit ultra
suum debitum, & tenet primo credi
tori restituere per condicti.indebiti.
ff.de condi.indebiti.l.tutor. Aut de-
cepit,q sibi debebat,& tũc aut id q
recepit, erat obligatũ priori credito
ri,aut non,primo casu reuocat quod
solutum est per hypothecariã:†quia
4 ẽt in pecunia consistit hypotheca.ff.
qui potio.in pign.habean.l. idemq;.
in fi.de pig.l.si fundus.§.in uendica.
per quẽ §.dr idem esse,si dolo desijt
possidere secũdus creditor, cui facta
fuit solutio.¶Si uerò pecunia soluta
bona fide cõsumpta sit:tunc primus
creditor agere poterit cõdictione ex
lege,uel actione in factũ.d.l.deferre.
§.fi.cum l.seq.& d.l.pecuniã.& C.de
iure delibe.l.si uerè creditor.quia cũ
dicta pecunia soluta sit ad numerũ,
dicit genus:& genus perire non põt.
l.in ratione.§.incertæ.ff.ad l.Falci.&
in l.incẽdiũ.& ibi Bal.in fi.C. si cer.
pet. ¶Quintò allegabat ad hanc sen
tẽtiam comprobandã authoritas Ia-
cobi de Arena doctoris Bononiẽsis,
quẽ refert & sequit Bal.in l.fi.v.q.C.
depositi.& aliqualiter Bal.in l.j.in le
ctu.antiqua.ff. de distra. pign.Et au-
thoritas Io. Fab.Insti.de actionibus.
§.itẽ si quis in fraudẽ.xij.co.ubi etiã
refert uerba pfacti doctoris Iacobi
de Arena: ut latus ibi per eũ, & per
5 Bal.in d.l.j.in lectura antiqua.¶†Et
iuribus in contrarium s.allegatis,Re
spondebat p parte primi creditoris:
quia illa iura loquuntur, qñ oẽs illi
creditores erant pares:quia oẽs habe
bant tñ actionẽ personalẽ: nec vnus
habebat maius priuilegiũ altero: ut
in l.priuilegia.cũ ibi not.ff.de priui-
le.creditorũ.Sed in casu isto primus
creditor habebat hypothecã anterio
rem.¶Vltimò allegabat, q cũ istud
dubiũ aliàs contigisset in facto inter
quendam Heliam Hebreum primũ
creditorẽ Dulczetæ Hebreæ,& secũ
dos creditores Dulczetæ, q effecta
fuit non soluendo.¶Fuit per dicta iu
ra consultum in fauorem primi credi
toris contra secũdum creditorẽ, cui
soluti fuerunt floreni quingenti &
ultrà, per infrà scriptos doctores: ui
delicet do. Angelum de Gambiglo-
nibus de Aretio, legentẽ tunc in stu
dio Ferrariensi, et per dñm Alexan.
de Tartagnis de Imola,et dñm Fran-
ciscum de Acolitis de Aretio,et dñm
Bñdictũ de Medicis de Luca,et do.
Ciccũ Antouiũ Guidatium de Nea-
po. et dñm Troilũ de Aczaiolis de
Florentia,aliàs de Firmo et do.Anto
nium de Alexandro de Neap. et do.
Nicolaum Antoniũ Orilia de Nea-
poli.et fuit dictum consiliũ cũ dictis
subscriptionibus dictorũ doctorum
6 pñtatũ in Consilio.†Tandem die ix.
Octobris,iiij,ind.M, cccclxxxiiij.sa-
crũ Consilium,in quo erãt infrà scri
pti Cõsiliarij,uidelicet do. Io.Bapti-
sta de Bentiuolis, d. Bartholomæus
de Vermo Maiorchinus, et do.Anto
nius de Alexandro tunc Viceproto-

notarius, & dñs Nicolaus Antonius Orilia, & dominus Andreas Mariconda de Neap.& dñs Antonius de Ianuario, & do. Franciscus de Ana. fuerunt in uoto contrario,s. ꝙ ꝓ pecunia soluta secundo creditori non competit hypotheca primo creditori,qñ pecunia est bona fide consumpta:nec est uerum,ꝙ Bar.in d.l.pupillus. dicit illud ad quod allegat: quia Bar.loquit qñ concurrit primus creditor priuilegiatus. Sed in casu isto creditor hñs prioré hypothecam nõ dr creditor priuilegiatus: de quibus creditoribus priuilegiatis loquit titulus,de priuile.credi. qui non loquit de creditore,qui habet anterioré hypothecam,in quo non consistit priuilegium:ut patet in l.j.ff.de priui. credit.& qñ Gl.in d.l.si pecuniam. dicit idem in priuato,intelligit de priuato
7 creditore priuilegiato. † Et si secus dicet,sequereturvnum inconneniés, ꝙ si essent plures creditores vnius debitoris falliti,& ille debitor soluisset secundis creditoribus tpe,quo habebat creditum,ꝙ ille primus creditor posset agere contra illum secũdũ creditorem,qui habuit suum, & totus mundus esset in litib⁹,& mercatores non possent cõtrahere.Et in hoc uersatur æquitas sacri consilij. ¶ Et ita sub nomine Regio fuit sententiatũ, & dictam sñiam legit notarius Iacobus de Balneo de Amalfia vnus ex actorum notarijs sacri Cõsilij.¶Hec sic notaui in specie: quia iste articulus erat dubius,& nunc est decisus ꝑ sententiam Regis cum Consilio,quę facit ius vniuersale in Regno.ut in l. fi.cum concordan. aliãs allegatis in hoc opere.C.de legibus.

DECISIO CXCI.

De re emphyteutica data in solutum ex causa necessaria irrequisito domino.

SUMMARIUM.

1 Emphyteutica res in solutum datæ ex decreto curiæ irrequisito domino an cadat in commissum ex causa uolũtaria,& quid in necessaria.4.
Domini contemptus commissum in re emphyteutica contrahit.
Alienare prohibitus irrequisito domino,an excusetur ex cã necessaria.
2 Solutio ex causa necessaria quando dicatur.
3 Emphyteutica in generali bonorũ hypotheca ueniunt.
Emphyteutica possunt obligari sine domini consensu.
4 Decretum sine suis solennitatibus an nullum.
5 Ordo iudicij non seruatus decretum an nullat.
Differentia inter sententiam & decretum.
Instrumẽti liquidi præsentatio uim habet libelli.
6 Confessio debiti per debitorem in iudicio inducit litis cõtestationem.
Citandus non est, qui impedimentum non præstat.
7 Iudex de partium uoluntate potest omittere,ꝙ sententia in scriptis feratur.
Iuramentum testium per partium uoluntatem remitti potest.
Libellus omittitur ad uoluntatem partium.
8 Ordo iudicij formalis de consensu litigantium remittitur.
9 Confessio locum tenet libelli & litis contestationis.
Sententia ex sola confessione sequi põt, licet processus sit nullus,
10 Confiteri tripliciter quis potest.

ABBAS Russilus egit contra certos creditdres Virgilij possessores cuiusdã domus emphyteuticæ pro eo,quia dictus Virgilius dedit dictam domum emphyteuticam in solutum,& pro soluto mediante de-

creto magnæ curiæ Vicariæ sine cō-
sensu dicti Abbatis directi domini:
ideò petijt declarari ꝙ incidit in cō-
missum,& facta relatione in Cōsilio
fuit de duobus dubitatum.¶Primò,
vtrū dicatur dicta datio ī solutū alie
natio ex causa necessaria. ¶Secundò,
vtrū decretū magnæ curiæ sit ipso iu
re nullū,cū in eo nō interuenerūt re
1 quisita in ordine ꝓcessus.¶†Ad pri-
mū dubium fuit dictū,ꝙ vera cōclu-
sio est ista,ꝙ datio in solutum de re
emphyteutica sine cōsensu dñi si fiat
ex causa volūtaria nō potuit fieri. Et
ideò quia dominus est contemptus,
incidit res illa in cōmissum: ut habe-
tur in c.potuit. de loca.& in l.fin.C.
de iure emphyteu. Si aūt fiat ex cau-
sa necessaria sine cōsensu domini,nō
incidit in commissum:quia prohibi-
tus alienare sine cōsensu domini, nō
videtur prohibitus,si alienat ex cau-
sa necessaria sine consensu domini.vt
probatur in.l.pater fili.& ibi per Bar
to.ff.de lega.iij.in l.j.C.de fundo do
ta.& per Bart.in l.j.C.de prædijs mi
no.& in auté.res quæ.C.cōm.de leg.
& Bal.in l.uolūtas.& in.l.quoties.C.
de fideicō. & in l. peto.§.prædiū.ff.
2 de leg.ij.† dicitur autē datio in solu
tū ex necessaria causa facta, qñ iudi-
ciaria autoritate , & sic cum decreto
iudicis est facta:ut dicit Bal. in c.j.in
prin.& in iiij.col.de prohib. feu.ali.
per Fed.allegat not. in.l.si finita.§.si
de uectigalibus.ff.de dam.infe.& ibi
per Bar.& alios. hoc uoluit Albe. de
Rosa. in secunda parte statutorū . in
ij.q.& per Alexā.in j.volu.consil.lij.
circa fi.& per Spec. & Ioan.And.ibi,
in titu.de emptio. & uendi.§.nūc di
cendū restat.ver.sed pone.Sed hic in
teruenit decretū iudicis, & præcessit
ista causæ cognitio : quia cōtra debi-
toré productū fuit instrumentū pu-
blicū de debito,in quo obligauit oīa
bona sua.Et licet Lud.Ro.in l.si con
3 stante.in prin.ff.sol.mat.†voluerit ꝙ
sub hypotheca generali oīum bono
rū non ueniunt bona emphyteutica:
Tñ eius opi.cōiter nō tenetur, sed te
netur opi.Bar.ibi,ꝙ in generali obli
gationū bonorū ueniunt bona em-
phyteutica:ut firmat Alex.ibi. Et bo
na emphyteutica possunt obligari ir
requisito dño:ut in l.tutor.§.fi.& ibi
Bal.& de pig.act. & tenet glo.Bal.&
Saly.in d.l.fi.C.de iure emphyt. & in
Spe.de loca.§.nūc aliqua.uer. cxxij.
& scdm opi. Bart.vidi pluries iudica
tū fuisse . Et quia fuit obligata dicta
domus emphyteutica , & dictus Vir-
gilius non hñs modum soluendi fuit
carceratus,& ut euitaret carceres, cō
fessus fuit debitū , & dedit in solutū
dictā domū emphyteuticā suis credi
toribus, pp quā nō est eis integrè sa
4 tisfactū.† & hoc videntes iudices ma
gnę curię interposuerunt decretū.ꝙ
fiat talis datio īsolutū.& sic fuit alie-
natio necessaria . & per cōsequens di
cta res emphyteutica non incidit in
cōmissum, ex quo nō interuenit con
sensus dicti dñi directi.¶Ad scdm du
bium in aliquibus fuit visum , ꝙ su-
pradictum decretū magnæ curiæ Vi-
cariæ fuit nullū: & per cōsequens, ꝙ
datio in solutum fuit sine decreto,&
sic ex causa uoluntaria facta:nā in di
cta causa non interuenit libellus,nec
litis cōtestatio, nec datio termini ad
defendendū,nec cōclusio. & sic non
5 fuit seruatus ordo iudicij .†& sic sna
iudicū est nulla, ut in l.prolatam.C.
de sent.cum cum tōcor. Sed in ueri-
tate non potest dici snīa illud decre-
tum magnæ curiæ,sed decretum : vt
dicit Bar.in.l.nec quicquā.§.vbi de-
cretū.ff.de officio proconsulis.& in
l.si finita.§.Iulianus.ult.col.ff.de dā.
infect.& dicit Alex. in iiij. vol.cōsil.
lxxiij.in vj.col.in hoc decreto suffi-
cit prædicta causæ cognitio adhibi-
ta.Et si bene consideretur omnia so

lennia interuenerunt:nam interuenit libellus, dum per creditores p̄sentatū fuit instr̄m debiti, quæ præsentatio instr̄i liquidi, habet vim libelli.
6 ¶†Item interuenit litis contestatio: quia debitor cōfessus fuit debitū & dixit nō h̄re modū aliter satisfaciendi, & de eius paupertate erat notoriū: & sic per ista inducit̄ litis cōtestatio sc̄dm Bal. & Pau.de cast.in l.j.C.de lit.contesta.¶Item constat dictā domū fuisse hypothecatā: vt suprà dictū est. fuit per ambas partes imploratū iudicis officium sup̄ interpositione decreti prædicti, nec dn̄s directus si fuisset citatus, potuisset dictū decretū impedire: & ideò nō erat citandus: vt dicit Bal. in d.§.vbi decretū.in iij. char.& Pau.de ca.in consi. ccxxiiij.per l.recusare.in princi.ff.ad treb. & not.doct. in l.maiorem.ff.de pac.& sic non pōt dici, ꝙ dictum decretū sit nullum.
7 ¶†Præterea nonne iudex de voluntate partiū pōt omittere, ꝙ s̄nīa feratur in scriptis, vt dixit Bar.in.l.quoties.C.de priui. scholа.lib x. & tñ de iure requirit̄ scriptura in s̄nīa,ut in l.ij.C. de sen. ex peri. recitā. ¶Item de uoluntate partium pōt remitti iuramentum testium· ut not. in l.j.ff.de ferijs. & in l.ij.§.sed quia.C.de iura.calum. ¶Item de uoluntate partium pōt omitti libellus, vt in auth. offeratur.C.de litis cōte. licet quidā contrà. de quo p̄ Abb. sicu.in c.j.de libelli obla. & per glo.in Cle. sæpe.in verbo,necessario. de ver bo.sign. ¶Itē tacitè pōt remitti iuramentū calūniæ,licet nō exp̄sse:ut no.
8 in d.§.sed quia. ¶†Item p̄nt partes ex toto remittere ordinē iudiciorū, non tñ substantialem: sicut est litis contestatio:vt in c.vnico,de lit. con. test.& in d.Cle.sæpe.in fi.not. Ioan. And.& Abb. sicu.in c.de causis.de off.deleg.in gl.in uerbo,partium,allegat glo.in c.fi.de re iud. lib.vj. Cùm igitur per cōfessionem instrumentalem cōstabat in iudicio de debito, & hypotheca, & per cōfessionem debitoris in iudicio de debito, & qđ nō habeat modum satisfaciendi, & ꝙ sine alia solennitate,ut liberaret̄ à carcere petijt instanter interponi dictū
9 decretum,† non pōt dici nullum ex omissione ordinis iudiciarij. hoc uoluit expresse Bart. in l.creditores.C. de pig.vbi dicitur, ꝙ si facta est confessio, non requirit̄ libellus nec litis contestatio. Sicut etiam dicimus, ꝙ ex sola confessione pōt sequi cōdemnatio, licet p̄cessus sit nullus, sc̄dm Bar.in l.si confessus.de cust.reo.Bal. in l.mercalem.C.de condi. ob turpē cau ista confessio nō pōt dici solum sibi cōfitenti præiudicare:ut dicit gl. in l.duobus.§.j.& ibi per Moder.Papiē.ff.de iureiur.sed etiam omnibus: quia cum ista confessione concurrit rei euidentia: ut dicit glo.nota.in c.
10 nullus. de præsump.quæ dicit,† ꝙ tripliciter quis cōfitetur,ore,rei euidentia,& contumacia: & sic cum confessione partis in iudicio & cum instrumento prædicto satis videtur posse dici, ꝙ decretum prædictum fuit interpositum cum causæ cognitione, & non potest dici nullum. ¶Inde uotatum fuit, quòd dicti creditores conuenti absoluantur ab impetitione dicti Abba. directi domini dictæ domus,quæ prætendebatur incidisse in commissum propter dictum, dationem in solutum sine consensu domini directi.

DECISIO CLCII.

De compensationibus.

SVMMARIVM.

1 Officialis duarum fiscalium stationū an possit creditum vnius cū debito alterius administratione durante compensare.& quando.
2 Cōpensatio peti an possit p̄ h̄rdem

administratoris duarum stationum vnius cum altera.

Limitatio ad l.j.C. de compẽsatio.

3 Abbas rem unius monasterij uendens pertinentem ad aliud de mensa sua, an illa reuocare possit.

Præses duarũ ꝓuinciarum negotia vnius in alia ꝓuincia pôt tractare.

4 Consuetudo in dubijs attenditur.

MICHAEL Bonoballo socius omniũ bonorũ fratris sui, qui habuit pro regia curia administrationẽ olei in ciuitate Trani, & in dicta administratione ꝑ cõputa sua, repertus est creditor curiæ in certa summa ꝑ introitum, et exitum, et antequã recuperasset debitum à Regia curia, mortuus est, iste Michael antequam decederet, fuit arrendator gabellarũ Regiæ curiæ, et in dicto arrendamento per suũ quinternũ, in quo continebatur introitus, et exitus, repertũ est, ꝙ erat debitor regię curiæ: hæres eius petit, ꝙ fiat cõpensatio cũ eo, in quo ipse est creditor in administratiõe olei.

1 ¶ † Dicebat ꝓcurator fiscalis, ꝙ non pôt fieri cõpensatio, per l.j.C. de cõpensationibus. ¶ Dicebant oẽs ꝑsidentes Regiæ camerę, ꝙ illud, ꝙ dr̃, ꝙ officialis duarũ fiscaliũ stationũ nõ potest cõpensare creditum unius stationis & administrationis cũ debito alterius stationis, donec durant ipsę administrationes penes eũ. Secus si ipse officialis qui habuit duas stationes mortuus fuit: tũc eius hærede petendo, ꝙ fiat cõpensatio, debet fieri cõpensatio, et isto mõ limitabant l. j. ¶ Fuit super hoc cõsultatũ regium Cõsilium: aliqui ex dominis dicebãt, ꝙ ista limitatio bene pôt in iure fundari:

2 † nam d.l.j. habet locũ, qñ diuersæ stationes essent penes diuersos officiales. Sed si diuersæ stationes administrantur per unũ: tunc pôt fieri compensatio cum debito unius stationis cum credito alterius stationis ꝓ hoc facit id, quod dicit Bartol. in l.j.C. ne fiscus rem quam uendi. eui n.li.x. ubi

3 dicit authoritate glo. ibi, † ꝙ si abbas vendidit rem vnius monasterij sibi subditi, quãquam sit alterius, ꝙ non pôt illã reuocare, si illa duo monasteria erant de mensa abbatis. ¶ Itẽ facit, si aliquis est præses duarũ ꝓuinciarũ, negotia unius pôt tractare in alia prouincia, secundũ Innocẽ. in c. nouit. de offi. deleg. not. Alex. in l. fi. j. col. ff. de iurisd. om. iud. ¶ Alij dicebant, ꝙ istæ inductiones sunt multũ à remotis. ¶ Ego dicebã, ꝙ d.l.j. dat priuilegiũ fisco, vt non possit obijci cõpẽsatio ex diuersa statione, ut not. Bal. in l.j.C. de hær. uel act. uend. nisi quãdo fiscus succedit debitori & creditori: ut dicit gl. in l. ij. C. de solu. & in d.l.j.C. de compensa. Et sic nõ uidetur uera dicta limitatio dominorũ

4 præsidentiũ. ¶ † Et propterea ipsi recurrebant ad consuetudinẽ dicendo, ꝙ semper sic fuit obseruatũ. Et ideo domini de Cõsilio decreuerũt, ꝙ fiat relatio dño Regi de prędictis, & facta relatione uoluit Rex, ꝙ fieret dicta cõpensatio, postquã præsidentes dicunt sic fuisse consuetum fieri.

DECISIO CXCIII.

De protestationibus ante litem contestatam faciendis in possessorio recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 Protestatio ante litẽ contestatã in actione possessorij recuperandę nõ facta, locum præstat iudicio super proprietate.

2 Priuilegio per patientiã renuntiať.

3 Actor litem contestatus super exceptione ꝓprietatis vr̃ consentire.

Cautela pro aduocatis.

1 FVIT decretũ in Consilio, ꝙ si agens possessorio recuperandæ ante litem contestatam non protestatur, ꝙ nõ audiatur reus excipiens de ꝓ-

prietate, et lis cōtestetur, et detur terminus ad probādum incumbentia, et facta publicatione tacet, & nihil actor dicit, & proceditur ad cōclusionē, ꝙ iudicādū est etiā de proprietate. hoc voluit expresse Abb. in c. fi. de ordi. cognitionū. Et est rō, quia patiendo, ꝙ aduersarius excipiat de ꝓprietate,
2 renūtiasse vr suo priuilegio, † quod vult, vt spoliatus ante omnia restituatur, vt in c. j. & ibi Abb. Sicu. de resti. spol. Vbi notanter dicit Bal. si consentit qui restitutionē possessionis petit pōt quæstio ꝓprietatis referri. & subdit. Et ideo caueat sibi actor, ne litē cōtestetᷓ super proprietatis exceptione, quia tunc videretᷓ consentire, ut in l. sed si susceperit. in prin. ff. de iud.
3 † vnde actor cōtra excipiētem replicet, ꝙ sua exceptio nō debet admitti ut in gl. quæ incipit. duo dixerunt. in aut. de testi. Idē dicit Ang. in l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi. & ideo dicit, Sit cautus aduocatus agentis, vt non permittat examinari testes super exceptione proprietatis.

DECISIO CXCIIII.

De restitutione dotis.

SVMMARIVM.

1 Dos an restituenda ad monetā temporis contractus vel restitutionis. Noīa doctorū collegij Neapolitani.
2 Moneta mutata in ualore post tempus cōtractus qualiter soluenda. Pecunia in eadē bonitate reddēda. Cōdemnatus soluit ad monetā tempore sententiæ, & non executionis.
3 Pecuniæ mutatio ex interuallo nocere creditori nō debet debitore etiam non moroso.
4 Tempus medium inter contractum & solutionem, an considerandum non data mora.
5 Pecuniæ bonitas est respectu vsus principaliter.

FILIVSFAMILIAS duxit vxorem, & eius pater recepit dotem mille & centū florenorū, quo tpe in ciuitate Aquilæ ducatus Venetus valebat baiocchis lxx. & lxx. baiocchi sunt floreni duo, & baiocchi iij. cum uno terno. & sic illo tpe ducatus Venetus erat valoris duo florenorum & baiocchorū triū cum vno tertio. Demū post mortē patris alij filij & hæredes eiusdē patris ex alia uxore ipsam dotē per longū tpis interuallum restituunt, & soluūt eorū fratri & marito florenos M. & centū: & tpe restitutionis pdictæ dotis probatū est, ꝙ ducatus Venetus erat valoris cētum & decem baiocchorum, sed centum & decem baiocchi sunt floreni tres, & baiocchi x. habuit ergo filius minus pro quolibet ducato Veneto florenū unū & baiocchos sex cū duobus tertijs, & sic facto bono calculo filius restat habere vsque ad cōplemētum
1 ducatos cc. de dictis dotibus. ¶ † Quęritᷓ modò, vtrum ista dos ueniat restituenda secundū valorē monetæ quæ currebat tpe traditæ dotis, uel scdm ualorē monetæ, quæ currit tpe restitutionis & cōsignationis dictę dotis. ¶ Istud dubium fuit decisum per collegium Neapo. cum subscriptione infrascriptorū doctorū de collegio, vcꝫ d Io. Antonij Carrafa, do. And. Mariconda d. Thomæ uaxallo. d. Cicci Abbatę. d. Nicolai Carduino, d. Antonij de Alex. d. And. Angrensi, d. Rencij Copulæ, d. Andreoli de Alex. d. Antonij Orilia, d. Nicolai Antonij Orilia, d. Pauli de Marchesijs, & ego, qui de cōmissione collegij scripsi decisionē tanquam iunior. Quòd restitutio dictæ dotis debet fieri secundū ualorē monetæ tēpore, quo soluta fuit dos patri ipsius mariti. Et nō secundū æstimationem & valorem monetæ tēpore restōnis dictæ dotis, & hoc per id ꝙ voluit And. de Iser. in c. j. in verbo, monetæ. in ij. col. quæ sint rega-

2 lia.vbi tenet,†ꝙ qñ mutatur moneta in valore post tẽpus cõtractus, debet folui ſcdm ualorẽ tẽporis cõtractus, allegat c.olim.de cenſi. & c. cũ canonicis.& quia tẽpus cõtractus inſpicit ff.de euic.l.ſi fundũ.&.ff.de cõtrahẽ. emp.l. Rutilia Polla.debet ergo reddi pecunia in eadẽ bonitate, ut no. in l.cũ quid.ff.ſi cer.pet.& ibi Cy. & Albe.de Roſ.& idẽ Cy.in l. in minorũ. in quib.cauſis in inte.reſti.nõ eſt neceſſaria.allegabatur ad hoc id, qđ dicit Old.in cõſ.xxxj.vbi dixit,ꝙ cõdemnatus ad centum,debet ſoluere de illa moneta,quæ currebat tpe ſententiæ,et nõ de moneta,quæ currebat tẽpore executiõis alle.l.vxorẽ §.teſtõ. ff.de leg.iij.et aliud cõſi. Old. xiij.et in alio cõſi.ccl.volẽs, ꝙ ſi tpe legati currebat una moneta:& tpe ſolutionis alia debet ſolui ſcdm tẽpus legati.¶Itẽ allegabatur Bal.in l.acceptã.C. de vſur. ubi dixit, ꝙ ſi iſta mutatio fiat ex iteruallo,nõ debet nocere creditori,etiã ſi debitor nõ fuit in mora

3 †quia cũ debitor ſentijt cõmoditatẽ ante morã,et nemo debet lucrũ hre cũ aliena iactura:ut in l.nã et natura. ff.de cõdi.inde.¶Itẽ allegabatur Bald. in l.illud.C.de ſacroſan. eccl. qui dicit in vj.col.ꝙ in cõtractibus inſpicitur moneta,quæ currit tpe cõtractus.alleg.Spec.in tit.de obl.et ſol.§. nũc aliqua.uer.ſi.et qđ no.in Cle.ſi.de decimis.Idẽ Abb.Sicu. in c. olim pallec. de cẽſi.poſt Io.An.ibi,ĩ ult.gl. ¶Nec ob.id qđ dicit Bar.in l. cũ quid. ulti. col.uerſ. et hæc faciunt ad qõnẽ &c. et id ꝙ dicit Bar.in l.Paulus.et ibidẽ Pau.de ca.ff.de ſol. ꝙ qñ non mutatur pecuniæ bonitas,ſed variatur valor,ꝑut erat in caſu,de quo loquimur: qa florenus valebat plus tpe cõtractus,

4 quã tpe ſolutionis,†ſi debitor fuit in mora,debet illud plus, ſecus ſi non fuit in mora.et idẽ dicit Bar.ff.de auro et arg.leg.l. cũ certũ.quia in facto cõſtabat,ꝙ filij et hæredes ex ſecunda vxore patris,qui habuerunt dotes uxori filij primi matrimonij. fuerũt in mora in nõ reſtituẽdo dotẽ prædictã.et ſic mutatio monetæ in ualore inter tẽpus cõtract⁹ et ſolutionis nõ cõſideratur nõ data mora,et ita tꝫ Card.in d.Cle.ij.de cẽſi.xiij.q. in ſi. Sed qñ mutatur monetæ aliter ꝗ in ualore, tũc ſiue ſit mora debitoris,ſiue non, nõ inſpicit ips ſolutionis, ſed tẽpus cõtractus,ut ſ.dictũ eſt. ¶Et dicebãt dicti dñi,ꝙ etiam qñ in hoc caſu nõ fuiſſet mora, debet ſolui æſtimatio ſcdm ualorẽ tpe cõntractus, ꝑut firmant Odof.in d.l in minorum .C. in quib.cau.et Ant.de But.in c.quanto.

5 de iureiu.†quia bonitas pecuniæ eſt reſpectu uſus principaliter. ideo in illa bonitate debet fieri reſtitutio, ut in d.l.cũ quid.ſi iſta diminutio valoris hẽret durare in perpetuũ,uel longo tpe. Si aũt parũ haberet durare, tunc conſideratur an fuit in mora ſoluẽdi necne,ut declarat do. Abb. in d.c. quanto.v.col.& ſeq.¶Fuit ergo ꝑ dictũ collegiũ uotatũ, ꝙ dicti hæredes condẽnentur ad dictos ducatos marito et fratri eorũ ſcdm ualorẽ monetę tẽpore cõtractus. ¶Collegiũ prædictũ fuit electum tanquã arbiter ꝑ ambas partes ad uotãdũ in dicta cã, quæ uertebatur inter filios quondam domini Colucij de ciuitate Aquiliæ prouinciæ Aprucij.

Decisio CXCV.

De ſucceſsione ſpuriorum in feudis.

SVMMARIVM.

1 Feudorum ſpecifica mentio in legitimatione fieri debet.

Legitimatus nihil differt à legitimis et naturalibus.

2 Legitimatio clauſulam derogatoriã cõtinere an debeat, et qualiter.

3 Legitimat⁹ licet ſit uerè legitimus,

non est tamen legitimè natus.

4 Leges, quibus est derogandum circa legitimationes.

5 Actus medius non habetur in consideratione.

Inuestituræ primæ tenor attēdēd⁹.

Extrema spectātur, nō intermedia.

6 Origo rei probanda.

7 Surreptitium quid, & quando dicatur.

Feuda hæreditaria quæ sint.

8 Spurius legitimatus per Regis priuilegium, an gaudeat nobilitate paterna.

9 Spurius re & uita honestis fungitͣ muneribus & honore.

DICTAT capitulum Regni, qđ incipit, ex p̄sumptuosa, ꝙ aliquo feudatario decedente sine ꝓle legitima quæ ad successionē eius de aperto iure claroq; uocetͣ, possessionem hmôi intra annū cōputādo ab obitu defuncti, nec fisco nec priuato prodesse: sed possessio ipsa per modū sequestri sit penes fiscū &c. Modò contingit, ꝙ magnificus dñs Franciscus Branchacius utilis dñs castri Loriani & Trentulæ fuit uiolēter occisus extra Neapolim superstite filio suo bastardo, sed legitimato ētͣ ad feuda p̄dicta specificè per Regē Ferdinandū primū, ut constabat authētico priuilegio le-

1 gitimationis, † ꝓut de iure debet fieri specifica mentio in legitimatione de feudis, ut dicit Bal. in c. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. dictus filius legitimatus supplicabat Regi Federico, ꝙ uellet eum inuestire de dictis feudis, ex quo claro & aperto iure filius legitimatus succedit, ex quo nil differt à filijs legitimis & naturalib⁹: ut dicit tex. in aut. quib. mod. naturales effician. sui. §. si quis ergo filius. ¶ Fiscales dicebāt, ꝙ fiscus debet facere sequestrum, prout incontinenti factū fuit: dictus fili⁹ reclamauit à dicto sequestro ad Regem prædictū. Rex cōmisit sacro Cōsilio, ut uideret, si de iure dictū sequestrum poterat fieri, iuxta formā p̄dicti capituli Regni. ¶ Dicebat d. Anto. de Alex. Viceprotonotarius, ꝙ dictū sequestrū potuit de iure fieri, quia si dicta legitimatio præsentata ad feuda esset adeò certa, ꝙ non hēret dubiū, tunc nō potuisset fieri dictū se-

2 questrū. ¶ † Sed cōtra dictā legitimationē opponebat ipse domi. Antoninus, quia iā dixeratRegi, ꝙ potuit fieri dictū sequestrū: ad id comprobandum dicebat, ꝙ dicta legitimatio nō continebat clausulā derogatoriā specificè, non obstante capitulo, naturales. præallegato, quę debet poni in tali legitimatione, vt inquit Bal. in l. eā quā. C. de fideicō. & ideo redditͣ dubia dicta legitimatio. ¶ Scđò dicebat ipsa feuda p̄dicta erant antiqua cōcessa prædecessoribus pro se & hæredibus suis ex suo corpore legitimè descendentibus, & de hoc nō erat facta mentio in legitimatione: meritò legitimatio non extenditͣ ad dicta feuda, vt videtͣ tenere Bald. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth. & doct. in d. c. naturales. & Pet. de Anc. in cōs. cccj. & Bal. in d. l. eam quā. C. de fideic. Et pro hoc bene facit, quod dicebat ip-

3 se, † quia licet legitimatus sit uerè legitimus. tñ nō est legitimè natus: vt dicit Bar. in l. si is qui pro emptore. dū loquitͣ de fictione inductiua. ff. de vsucap. ¶ Tertiò dicebat, in dictis feudis superesse agnatus vz dña Catharina Branchacia amita, quæ p̄tēdebat se successuram in dictis feudis, licet reuocaretur in dubium, ut patet ex nota. per Andr. de Iser. in c. j. Imperator Lotharius. & per gl. in cōstitu. Regni, Vt de successionibus. prætendebat dicta amita, ꝙ in sui pręiudiciū dicta legitimatio nō valebat, ex quo de agnatis non erat facta mentio, ut patet ex notatis per Andre. in dicto

cap.

cap.naturales. ¶Ego aũt & do. Marcellus de Gaieta, & quidã alij consiliarij dicebamus cõtrariũ, ꝙ de iure dictũ sequestrũ non debebat fieri, & factũ debeat reuocari,attẽto ꝙ iste filius legitimatus in prõptu oñdit priuilegium legitimationis ẽt in dictis feudis.& sic dicitur claro apertoq; iu
4 re succedere. ¶†Nec est ui considera tione;ꝙ nõ fit ibi mentio de clausula,nõ obstante cap.naturales. & §.fi. in auth.quib.mod.natu.effic.sui.& l. qui contra.& auth.ex complexu.C. de incest.nup.& l.licet.C.de nat.lib. Quia in dicto priuilegio legitimationis sunt verba æquipollentia, videlicet,non obstantibus oĩbus legibus, constitutionibus,& quibusuis in cõtrariũ facientibus. quæ clausula derogatoria generalis tantũ operatᷣ,quantũ clausula derogatoria specialis dictis legibus in materia ista legitimationis:ut expresse dicit Alex.in v. uolu.consi.clxxxvij.in vij.col.alleg.gl. in l.j.iuncto tex.C.de natu.lib.& ibi Bal.& Ange.& consil.Pet.de Ancha. cccxxiij. & sic sublatũ fuit in ueritate primũ dubium. ¶Nec obstat secũdum dubiũ ꝙ feuda prædicta erant antiqua pro se & hęredib⁹ & suo corpore descendentibus, & in dicta legitimatione non fit mentio de ista qualitate dictorum feudorum.Et sic non videtᷣ, ꝙ legitimatus per priuilegiũ ueniat sub appellatione hæredis ex suo corpore, secundũ conclusionem Andre.in d.c.naturales. Vbi latè etiã
5 hoc examinat. ¶†Quia ad hoc respõdebamus alta uoce, ꝙ in facto clarè cõstabat, ꝙ dñs Paulus Branchacius emit dicta feuda pro se & hæredibus & successoribus.& præfatus dñs Frãciscus mortuo patre habuit cõfirmationem à Rege pro se & hæredibus absq; illis verbis ex suo corpore &c. ¶Et licet media confirmatio facta in personam domini Raynaldi Brãchacij patris dicti domini Francisci diceret pro se & hęredibus ex suo corpore, hæc mediata confirmatio non debet attendi,sed prima & ultima inuestitura.Nam dicit Bal.in cõsilio,sanctissima & illustrissima domina Regina. & in præludijs feudorum, ꝙ tenor primæ inuestituræ debet considerari.¶Item,quia extrema considerantur,& non media:ut dicit Bald.in l.si plures. in prima char C.de cõdi. inser. no. in l.sed & si.§.seruus.ff.de hære.insti.& in concor.allegatis. per Spec.aureo repertorio suo,ult. char.
6 † Nam prima inuestitura, quæ dicit tibi & heredibus.& potissima,per l.i. ff.de orig.iur.cum simi.allegatis per Alb.in l.qui de crimine.de accusatio. in iij.col.inde dicit text.in l.creditores.ff.de pigno.actio. si originem rei probare potes. de quo per Alex.in l. deniq;.§.si quis.ff.de mino. in apost. & in.l.rogasti ff.si.cer.pet.¶Dicebat dominus Antonius, ꝙ propter dictã mediam inuestituram ipse dubitabat de dicta legitimatione. Tamẽ ego & dominus Marcellus & dominus Carolus de Rogerijs, & dominus Iacobus de Gello dicebamus, ꝙ nos non dubitabamus,ꝙ ex isto capite legitimatio est ualida,licet nõ fecerit mentionem,ꝙ media inuestitura prædicta quæ dicebat pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus:ex quo prima & vltima inuestitura simpliciter dicebat pro se & hæredibus, & ideo non potest dici legi
7 timatio surreptitia. † & hæc si fuissent expressa, non reddidissent Regem difficiliorẽ: & ideò nõ potest dici surreptitia, vt in c.super literis. de rescriptis. ¶Nec obstat tertium dubium: quia posito, ꝙ illa media inuestitura diceret,ꝙ confirmat pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, scd̃m hoc dicta feuda sunt hæreditaria, scd̃m cõmu-

nem opinio. ¶ Et sic pluries fuit iudicatũ. ergo si sunt hæreditaria, potuit pater facere à Rege legitimare filiũ suum spurium etiã ad dicta feuda hæreditaria in præiudicium agnatorum qui poterant succedere, declarãdo, ꝙ uult, ꝙ succedat, ut firmãt cõiter doctõ. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. & Præpositus in c. ꝑ uenerabilem. xviij. colũ. qui filij sint
8 legiti. † quando pater non hẽt alios filios, prout erat in isto casu, ut dicit Alex. in l. ex facto. viij. col. de uulg. & pup. & Bal. in l. nã ita diuus. j. co. ff. de adop. Et bene firmat Pet. de Anchar. in consi. cccix. incip. prima facie &c. ¶ Et ideo illa allegatio de amita est impertinens stante dicta legitimatione. hæc omnia fuerunt dicto Regi relata, et cõmisit do. Ferdinando, attento, ꝙ ipse desiderat, ꝙ dicta feuda habeat Paulus branchatius gener Iacobi de Grisono sui domestici et familiaris, ꝙ procuret concordare dictum filium legitimatũ cum dicto Paulo. Et sic facta fuit de uoluntate ipsarũ partium certa cõcordia, ut in ea cõtinetur. An autem filius spurius legitimatus per priuilegiũ Regis, et restitutus natalibus cũ oĩbus clausulis derogatorijs gaudeat nobilitate paterna. Bal. dicit, ꝙ non est de stirpe nobili. in c. per tuas. de maio. & obe. et Alex. in l. ex facto. in fin. prin. ff. ad Trebel. fateor, ꝙ nõ est de stirpe nobili, nisi per principẽ restitutus est natali-
9 bus, † ꝙ quidem facere põt ipse princeps, ut in aut. quib. mo. na effi. sui. et in aut. qui. mo. na. effic. legitimi. Imò spurius, si est honestus re & vita ad decurionatũ admittatur. ff. de decuri. l. generaliter. §. spurij. ad quem plebei non assumuntur. in e. tit. l. honores. §. primo. ut dicit Lucas de Penna in l. mulieres. C. de dignit. lib. duodecimo, ubi ponit nouem species nobilitatis.

DECISIO CXCVI.

De actione super feudi possessorio.

SVMMARIVM.

1 Possessorium recuperãdæ in feudis, an possit post annum intentari.

In quadam alia causa fuit dubitatum. Ecce mortuo Barone sine filijs sup̃stite sorore maritata à patre, quæ statim recepit possessionem Casalis Vallis, & ea tenente & possidẽte intra annum fuit de facto priuata possessione, et ĩtra annũ fiscus Regius scripsit ꝙ tenetur in sequestrum possessio, iuxta c. Regni, quod incipit, ex ꝑsum ptuosa. deĩ finito anno dicta soror egit possessorio contra fiscum. ¶ Opponebatur, ꝙ non poterat agere possessorio, sed de proprietate tantum. ¶ Vtrũ possit agi de possessione, uel
1 solum de proprietate. ¶ † Fuit per sacrum Consi. decisum et determinatũ ꝙ post annũ nõ possit agere dicta soror de possessorio recuperãdæ, sed solum agere potest de proprietate. Et ita dictum capitulum intelligit And. de Iser. in l. Imperialẽ. §. illud. de prohi. feu. ali per Fede. et idẽ dicit dom. Bartho. de Capua, in quadam apostil la sua super d. c. ex præsumptuosa: & de illo capitulo facit mentionem Lucas de Penna in l. facultas. iij. colũ. in uerbo, constitutis. de iure fis. lib. x. et dicit Lucas in quadam apostilla, sup d. c. ꝙ illud c. fuit sumptũ ex l. apud Iulianum. ff. de iure fisci.

DECISIO CXCVII.

De feudi possessoribus sine Regio assensu priuandis.

SVMMARIVM.

1 Fiscus an possit possessores feudi priuare, qui illud possederũt sine Regio assensu.

Feudũ alienatũ sine Regio assensu, an possit penes fiscum sequestrari.

2 Alienatio feudi sine Regio assẽsu ẽ

in contractu nullo nõ excusatur propter nullitatem.

QVAEDAM mulier noĩe Constanzella de Bisignano habebat duo feuda in ꝓuincia Calabriæ, vnũ vocabatur feudũ S. Georgij. Aliud feudũ de iudica Feudũ. s. Georgij donauit Nicolao suo marito per publicũ instrũ: aliud donauit Io. a. bapti. suo nepoti consobrino, & tradidit istis possessionem. demũ ista Cõstanzella mortua fuit sine filijs. fiscus vult priuare dictos possessores dicta possessiõe vigore dicti capituli, ex præsumptuosa. quia nõ succedũt claro aper-
1 toq; iure. ¶ Fuit dubitatũ, † Vtrum in hoc casu possit fieri dictũ sequestrũ, attento ꝙ illi possederunt per annos ante mortem feudatarij dicta feuda, nullo tũ interueniẽte Regio assensu sup dictis donationib9 Fuit decisum ꝑ doctores Regiæ cameræ & aliquos sacri Consilij, ꝙ ex quo claro apertoq; iure cõstat, ꝙ dictæ donationes sunt ipso iure nullæ: quia possessores interrogati an hẽant cõsensum Regium, & dixerũt, ꝙ adhuc nõ impetrauerũt, ꝙ põt per Regiã curiã fieri di-
2 ctũ sequestrũ. ¶ † Et sic notandum, ꝙ dictum c. ex præsumptuosa. habet locum ẽt si successor per viã cõtractus inualidi habuit possessionẽ feudi ẽt viuente feudatario virtute cõtractus sine Regio assensu.

DECISIO CXCVIII.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 Debitor, qui dimidiatã summã debiti solutã ꝓbat per apochã, alterã ꝑ testes, an liberãdus in totũ quasi numerauerit in duabus uicibus.
2 Pluralitas non præsumitur.
Cõfessio debiti soluti ꝓbata ꝑ testes nõ est noua dispositio, sed ꝓbatio.

QVIDAM creditor petebat centũ à suo debitore ex causa mutui uigore scripturæ ꝓpriæ manus ille debitor recognouit in iudicio illud chirographũ esse scriptũ manu ꝓpria. Sed dicit satisfecisse dato termino ad ꝓbandũ, aliàs ad soluendũ. Iste debitor ꝓduxit quandã scripturã manu ꝓpria dicti creditoris, in qua cõtinetur, ꝙ dictus debitor in centũ ex causa mutui sibi soluit ducatos quinquaginta. & ista scriptura est recognita ꝑ dictũ creditorẽ. ¶ Itẽ ꝓduxit depositionẽ triũ testiũ, qui deponũt, ꝙ dictus creditor cõfessus fuit se recepisse à dicto debitore ducatos quinquaginta, & isto modo dicebat satisfecisse dictos ducatos centũ. Creditor dicebat, ꝙ totũ habuit ducatos quĩquaginta: ut cõstat ꝑ suã scripturã ꝓductã per dictũ debitorẽ: & ꝙ uerũ est, ꝙ postea cõfessus fuit recepisse ducatos quinquaginta, s. illos, de quibus ĩ scriptura sua. & sic una fuit summa.
1 ¶ † Quærit quid iuris. Facto uerbo in Cõsilio de ꝑdictis per unũ ex iudicibus magnæ curiæ Vicariæ in consilio fuit decisum & determinatum, ꝙ ex quo dictus debitor ꝓbauit ꝑ scripturam manu creditoris se soluisse quinquaginta, & ꝑ testes ꝓbauit, ꝙ dictus creditor cõfessus fuit postea se recepisse & habuisse quinquaginta, ꝙ vna præsumit quantitas soluta. & nõ duę
2 solutiones: † quia cõfessio illa ꝓbata per testes nõ est noua dispositio, sed ꝓbatio: ut in l. publia. in fine. ff. depositi. Est ergo eadem summa ꝓbata ꝑ scripturã, & per cõfessionẽ ꝓbatam per testes: ut dicit Bar. in l. triticũ. ff. de uerbo. oblig. per l. Sempronius. ff de lega. ij. Idẽ tenet Floria. de sancto Petro in l. quinquaginta. ff. de probatio. & Alex. in j. uolumi. consilio iij. in iij. colum. ¶ Fuit uotatum, quòd contra dictum debitorem fiat executio pro ducatis quinquaginta: quia tãtùm quinquaginta ducatos de centum soluit.

DECISIO CXCIX.

De iute offerendi dotem mulieri per creditorem ob uiri inopiam.

SVMMARIVM.

1 Dotis restitutio constāte mr̃imonio a uiro ad inopiā vergēte, fieri an possit

2 Creditor posterior an hēat ius offerē di dotem mulieri pp viri inopiam.

3 Possessor tertius an habeat ius offerē di, quando vxor uult se assecurari cō stante matrimonio super bonis per virum alienatis priusquam ad inopiam vergeret.

VXOR habens instrumentū do tale vnciarum centum & vnciarum l. de antiphato, quia maritus suus ver git ad inopiā, petit se assecurari pro dotibus & antiphato super quadam massaria ipsius viri ei hypothecata ꝓ dictis dotibus & antiphato, qn̄ casus obuenerit restitutionis dotium & an
1 tiphati.† & quia viro vrgente ad ino piam pt fieri dicta restitutio dotium & antiphati constante matrimonio, per l. si constante. in princip. ff. solu. ma. quæ solum loquitur in dote. & p l. vbi adhuc. C de iure dotium. quæ loquitur in antiphato: opponit se qui dam creditor mariti, qui desiderat ha bere dictam massariam, licet sit poste rior hypotheca, & offert dictæ mulie ri integrè soluere dictas dotes & antiphatum, & petit, ꝙ cedat iura sua. vxor dicit, ꝙ ipsa vult illā massariā ꝓ sustentatione sua, & uiri & filiorum.
2 †creditor ille scd̃s dicit, ꝙ ipse habet ius offerendi debitū: vt in l. fi. C. si an tiquior creditor &c. & ius petēdi ces sionē, & se ponēdi in locū suū: vt in l. j. C. de his qui in prio. credi. locū. & ibi Bald. & habet in l. Modestinus. ff. de sol. cū concor. ¶ Quæritur quid iu ris? An dictus creditor contra dictam mulierē hēat ius offerendi dotē & an tiphatū stāte dicta inopia viri? ¶ Fuit bn̄ discussum hoc dubiū. Et dictū, ꝙ super isto dubio doctores sunt varij. Nam & Bar. in l. si constante. in prin. fuit in opi. ꝙ dictus creditor non ha beat dictū ius offerendi dotem & an tiphatū: & per consequens nec pt cō sequi dictā massariā a, sequutus opi. a Iac. de Are. & Cy. in l. cū cibi. C. qui potio. in pig. habe. & in l. vbi adhuc. in xiij. q. Et idē tenuit Io. And. in addi. Specu. in titu. de dona. inter vir. & vxor. §. formatis instrumētis. in addi tione, quæ incipit, vt not. in l. vbi idē in socero &c. & idē voluit Bal. in d. l. vbi adhuc. in iij. col. in tex. ibi, quæsi uerit. & idē dixit in l. j. vlt col. ff. sol. matri. Et idē dicit Pau. de Cas. in l. ij. in princ. ff. sol. matri. Idem consuluit Bal. in j. vol. cons. cclxxxij. incip. præ mittendum &c. hanc. opi. firmat etiā Bal. nouel. in trac. dotium, in vij. par- b te, in priuilegio xlvij.[b] Sed cōtrariā opi. s. ꝙ creditori cōpetat dictū ius offerendi in dicto casu, firmauerunt Bal. Ang. Io. And. de Imo. Lud. Ro. et Pau. de cas. & Ale. de Imo. in d. l. si constante. in prin. & Bal. in aut. qd̃ locū. C. de col. & Barth. Veronen. in lib. Cautelarū, cxxj. circa. fin. ¶ Sacrū Consilium bis prounciauit secūdū primā opi. quia tūc dicta assecuratio non est uera restitutio dotis, sed tenet dicta bona loco pignoris, & hypothecæ, & ideo creditor non habet ius offerendi. Secus esset dicēdū, qn̄ mulier ageret hypothecaria, & adiudicatione super bonis mariti tūc cre ditor haberet ius offerendi, secundū Cy. in. d. l. cū tibi. ¶ †Quid aūt si mu 3 lier uellet illam massariam vendere, qn̄ sup ea, fuerit assecurata constan. matri. pro dote & antiphato, an tunc cōpeteret dicto creditori ius offeren di, tangit Bal. Nouel. in loco prealle ga. Quid aūt si vxor uult assecurari constan. matrimo. super certis bonis alienatis per uirum antequā verge-

ret ad inopiam an ille tertius possessor habet ius offerendi. ¶ Per iudices magnæ curiæ fuit iudicatum, ꝙ ille tertius possessor, & dñs habet ius offerendi, per theo. Bal. in d. aut. ꝙ locũ, & per tex. in l. Paulus. § qui pig. ff. qui. mo. pig. uel hyp. soluitur.

a DICTAM massariã. Adde decisionem Capellæ Tholosanæ, numero 338. quæ idem tenet, & allegat Ioã. Pet. de Ferra. idem tenere.

b IN priuilegio xlvij. Sed præterito anno 1530. fuit cõtrarium iudicatũ per magnam curiam Vicariæ, & successiuè confirmatum per sacrũ consilium, contra Sebastianũ de Cecca Setayolum, & hoc per consiliũ Bar. qđ incipit, quæritur utrum per uiam retentionis, & per consilium Paul. de Cast. nu. 219. quod incipit, in causa, quæ uertitur, & idem Pau. de cast. in l. ij. in prin. ff. sol. mat. vbi tenẽt, ꝙ mulier eo casu non poterit impedire creditores mariti, nisi prius agat contra virum. idem refert & sequit̃ Hyppo. Marsil. in sua practica causarum criminalium, in uers. aliàs. §. aggredior. in antepenul. col. 61. char. Thomas Brama.

DECISIO CC.

De dotis restitutione soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 Bona hæredũ defuncti nõ sunt obligata pro dotis restitutione, nisi defunctus specialiter bona hæredis obligasset, & distinguitur. 3.

2 Defunctus an & qñ rem sui hæredis obligare possit.

INSTRVMENTVM dotale dicebat, ꝙ uir pro restitutione dictæ dotis receptæ obligauit omnià bona sua, & se & suos hæredes, & successores, nõ aũt obligauit bona sua & suorum hæredũ. Soluto matrimo. vxor uel hæredes uxoris agunt hypothecaria, assistentia, & appretio, & adiudicatione contra certa bona hæredũ viri, quæ non fuerunt hæreditaria ipsius viri, sed fuerunt acquisita per dictos hæredes viri, uel aliter eis obuenerũt. ¶ † Quærit̃ an dicta bona sint obligata pro restõne dictæ dotis.

1 ¶ Bis fuit iudicatũ in consilio, ꝙ bona dictorũ hæredum per dicta verba non sunt obligata, hoc uoluerunt expressè Bald. & Angel. in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. vbi dicũt, ꝙ bona hæredis non sunt tacitè obligata ꝓ restitutione dotis, nisi defunctus expressè obligauit bona sua, & suorum hæredum. Et dicit ibi Ang. ꝙ sic iudicatum fuit Perusij se existente aduocato idẽ tenet Cy. in d. l. assiduis. Idem voluit Bald. in l. si vxor. C. de bo. aut. iud. pos. & in l. ubi adhuc. ix. col. C. de iur. do. Ita ẽt tenuit Pau. đ Cast. consulendo in consi. cclxxiij. in cip. viso puncto supradicto. Idẽ consuluit Ale. consi. clxxij. in. ij. vo. & in consi. ccvij. & in. iij. vo. consi. xj. & cõsil. xcj. & in. v. uol. consi. lxxiiij. in. j. co. † vbi dicit, ꝙ licet bõa patris sint

2 obligata pro restitutione dotis, non tñ sunt obligata bona eius hæredis: ut est tex. in l. paulus. aliàs incipit, gñaliter. ff. de pig. Idẽ dicit Albe. de Ros. in l. ij. C. com. de suc. imò dico vnũ, ꝙ est fortius scđm Albe. in. d. l. ij. ꝙ defunctus non põt obligare rẽ hr̃dis acquisitam per eũ, nec cõpetit hypothecaria, si obligauit bona hære dis ad ipsa bona acquisita. Et idẽ tenet Bal. in l. ij. C. cõm. de leg. & Frã. de Are. in l. hr̃dis seruus. ff. de leg. j. Idem tenet Cy. & Sal. in. d. l. assiduis. Io. de Imo. & Pau. de castr. in. d. l. si hæredis seruus. Ioã. Fab. in. §. fuerat. insti. de act. † licet Ale. in. d. l. si hære

3 dis seruus. distinguat, aut defunctus obligauit bona hæredis nomine hæredis, & potuit obligare, aut simpliciter obligauit bona sua, & suorum

hæredũ,& non sunt obligata bona hæredũ,ut ibi ꝑ eũ,uide ad hoc Bal. in l.tabernam.in fi.ff.de pig.

DECISIO CCI.

De bonorũ obligatione pro dotis obligatione.

SVMMARIVM.

1 Hypotheca an inducatur in bonis hę redum defuncti per clausulã, cũ potestate capiendi propria authoritate

2 bona sua,& suorum hæredum. Textus,qui non est alibi in toto corpore iuris.

EVENIT aliud dubiũ in di-
1 ctis causis.†Quid si in instr̃o nõ sunt expresse obligata bona hæredis, sed dictum fuit in dicto instr̃o,ꝙ dictus uir dedit potestatem in casu cõtrauentionis capiendi propria autho. d bonis suis,& suorum hæredũ. An ꝑ ista uerba uideantur obligata bona hæredũ.¶ Prima facie uidebat̃,ꝙ illa uerba,cũ ptãte capiendi propria autho.bona sua,& suorũ hr̃dũ,inducãt hypothecã per tex.in l.creditor. §. post diuisionem.ff.qui po.in pig. ha. qui tex.non est alibi in toto corpore iuris,scd̃m Bal.in l.creditores. C.
2 de pig.¶†Sed certe fuit uocatum in consilio,ꝙ ille tex.in.§.post diuisionem,nõ dicit,ꝙ important illa uerba obligationẽ bonorũ hr̃dis,sed ipsius contrahentis:non aũt importãt obligationem bonorũ hæredis, quæ nõ sunt ex cã hr̃ditaria,sed aliter acquisita ꝑ hæredem,ꝙ est multũ not. ꝙ menti tenendum.

DECISIO CCII.

De successione consanguineorum matris ab intestato per cõsuetudinẽ nobiliũ Capuę.

SVMMARIVM.

1 Hæres extraneus filij mortui post mortem matris excludit proximiores ex parte matris in ipsis dotibus.

CONSVETVDO nobilium Capuæ,& Nidi est, ꝙ in cõtrahẽdis matrimonijs faciunt hoc pactum,uidelicet, ꝙ si ex eodem matrimonio superstit filij, & decesserint in pupil. etate,uel ab intestato qñcunq;, dos debeat reuerti ad proximiores consanguineos matris mortuis istis coniugibus superstitibus duobus filijs hr̃dibus patris,& matris. Deinde moriunt̃ isti filij unus post alium cũ testamentis ualidis. Et reliquerunt in testõ multa legata,unus frater ultimo moriẽs,qui fuit hæres fratris sui fecit hæredem quandam filiam suã naturalem in ducatis mille & centũ.
1 ¶†Vtrum consanguinei ex parte matris possint petere restõnẽ dotis prę dictæ à dictis hærede,& legatarijs. ¶ Fuit iudicatum in consilio, ꝙ non competit dictis cõsanguineis ius petendi dictas dotes à dictis legatarijs: quia dictum pactum à contrario sensu excludit dictos cõsanguineos,qui si consanguinei possunt petere dotẽ, qñ filij moriuntur ab intestato,† er-
2 go à contrario sensu,si moriũtur cũ hærede testamentario, non possunt petere dotem ab hr̃de testamentario,per tex in l.inter socerum.§.cũ inter.ff.de pact dot.firmant scribentes in l.j.§.huius rei.ff.de offic. eius cui mand.est iurisdi.& Bald.in l.uenditi.ff.de act.empt. ¶ Et ita fuit dictum,ꝙ semper fuit obseruatum.

DECISIO CCIII.

De successione spuriorum.

SVMMARIVM.

1 Nati ex uilissimo scorto,& uiro dignissimo sunt spurij.

2 Spurij ex ancilla in domo retenta ut concubina,relictorũ sunt incapaces.

1 VVLT † dispositio l.j.C.de nat. liber.quòd nati ex concubinis uilissimis,& parentibus in dignitate positis sint spurij,& incapaces tã per uiã ultimæ uoluntatis, quã contractus,

modò euenit, ꝙ quidam nobilis, quẽ causa honestatis taceo, ex ancilla retenta in domo ut concubina habuit filium, & filiam, demum iste nobilis fecit testamentum, & reliquit libertatem dictæ ancillæ et dictis filijs suis. similiter reliquit libertatem, et certa
2 legata eis fecit. ¶ † Quærebat, an isti filij sint capaces talium relictorum. aliqui Doct. dicebant, ꝙ sic, per text. insti. de ser. cog. ¶ Per totum consilium fuit cõclusum, ꝙ dicti filij sunt incapaces relictorum. ¶ Nec obst. ille tex. quia intelligitur qñ dominus retinuit ancillam in domo, et cum ea de facto contraxit matrimonium cũ inter eos non poterat esse matrimonium, tunc tales filij succedunt, ut filij naturales, quẽ tex. sic ĩtelligit gl. ibi in uerbo, ueniant, et Ang. et Ale. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad treb. et Fel. in c. in præsentia. de pro. Et Aret. insti. de ser. cog. ubi ponit rationem, quare hoc est, et refert Mat. de Matesi. Idem tenet Ioan. Bab. de sancta Seuerina aduocatus consistorialis. ĩ rep. aut. si qua illustris. in. vij. char. d. ad Orsi. et idem Areti. insti. de succes. agna. in. §. uulgo.

DECISIO CCIIII.

De inofficioso testamento, & legitima fratris turpi persona instituta.

SVMMARIVM.

1 Soror an possit testamentum fratris in toto expugnare turpi persona instituta, si quicquam est sibi relictũ. 3.
2 Quærela inofficiosi, ubi est minus legitima, nõ expugnat in totum testamentnm.
3 Legitima fratris turpi persona instituta, quanta sit.
4 Ascẽdẽtiũ legitima quãta olim erat.

Qvidam Archiepiscopus fecit testm̃, et instituit certos fratres suos spurios hr̃des, sorori uerò suæ reliquit certũ quid, et post eius mortem soror dicit testm̃ fratris inoff. et agit cõtra dictos fratres suos spurios
1 ¶ † Et primò, utrũ ista soror legitima et naturalis, cui in dicto testõ relictũ fuit minus legitima, et expugnat testamentum prædictum ex toto, an solũ aget ad supplemẽtũ legitimæ. Pau. de ca. in l. omnimodo. in pri. C. de inoffi. testa. tenet, ꝙ si frater in testamento fratris habuit minus legitima, in quo fuit turpis persona instituta, ꝙ expugnat testm̃ ex toto, ut dicit Guli. de Cu. et Bal. in l. frs. C. de ĩof. test. ꝙ nõ est sic in descẽdẽtibus. quibus ab ascẽdẽtib9 relictũ est minus legitima, quia nõ expugnat testm̃ in totũ, sed usq; ad legitimã, ut ĩ. d. l. oĩmodò, et hãc op. s. ꝙ rũpat testm̃ in totũ dicit Paulus esse ueriorẽ, et idẽ tenet Pau. de cas. in consi. lxj. et
2 dicunt Mod. Papi. † ꝙ cõis sñía est, ꝙ odio instituti rũpat testm̃ in totũ l. pãtonius. in prin. ff. si quis à part. fuerit ma. hãc opi. tenuit ẽt Sali. ĩ. d. l. frs in. iij. q. ¶ Sed istorũ opi. p sacrũ cõsilium nõ fuerũt approbatæ. Sed fuit approbata opi. Ang. in l. j. ff. de inoff. testa. ubi tenet reprobãdo dictas opi. ꝙ nõ expugnat testm̃ in totum, sed usq; ad legitimã, qñ est aliquid relictũ, quia non debet esse melioris cõdõnis frater, q̃. descẽdentes in bonis ascẽdentis, uel econtra. ¶ Secũdò quia est cõtra casum in. d. l. oĩmodo. ubi aptè lr̃a dicit, ꝙ oẽs illi, qui ad q̃relã uocañ, si nõ habẽt legitimã integrã, nõ expugnãt testm̃ in totum, sed agũt ad supplementũ. Idẽ tenet
3 And. in auc. res q C. cõ. de succ. † Et sic hodie in Regno est approbata p sñtam Regiã transactã in rẽ iudic. ꝙ frater uel soror turpi p̃sona instituta in testõ fratris, qui aliquid reliquit sorori, nõ rumpit testamentum in totũ, sed aget solũ per uiã querelæ ad supplementũ legitimæ. ¶ Secũdò du-

bitatur, quantum erit ista legitima fratris turpi persona instituta. dicit Angel.in d.l.j.ff. de inof.test. ꝙ non habemus in iure cautũ. & subdit ꝙ Gl.in authen.de hære.& Falci.§.j.tenet,ꝙ fratri debetur legitima. Vnde necessariò oportet nos dicere, ꝙ erit quarta illiꝰ portionis, quã habiturus
4 fuisset ab intestato. † Nã eadem erat olim legitima ascendentiũ:ut in l.cũ quæritur.C.de inoffi.testa.& ff. eod. tit.l. Papinianus.§. si quis mortis. & §.quoniã aute quarta.Et sic legitima ascendentiũ & descendentiũ hodie ẽ aucta:& est triens vel dimidia secundũ numerũ liberorum: ut in aut.de trien.& semis.§.j. & in authen.nouissima.C.de inoffi.testa.Tñ in fratre legitima est quarta.& tenet Bar.in d.l. fratres.in iiij.q.ista sunt uerba Ang. in d.l.j.licet aliud uoluit Alex.in ij. vol.consi.lxiij. incip.super primo dubio.in ij.col.¶Tñ sacrum consilium die xxvij. Iunij.xv.ĩ d.M.ccccxcvij. in cã dictæ sororis de Mormilo de sedili Portæ nouæ iudicauit secũdum opi.Ang.in d.l.j. ꝙ in sorore legitima sit quarta illius portionis, quam habitura fuisset ab intest. & sic dicta sententia fuit executa.

DECISIO CCV.

De mora non commissa in liquidandis.

SVMMARIVM.

1 Mora an committatur, quando debitum non est liquidum.

2 Oblatio debiti illiquidi qualiter fieri debeat.

QVIDAM clericus nomine Cæsar de Borsis locauit certũ territorium beneficiale cuidam Petro Burdono pro certa quantitate frumenti, & pro certis annis, quæ frumenta nõ fuerunt integrè soluta per dictũ Petrũ, tũ propter temporis sterilitatẽ,
1 tũ etiã propter guerras.† Dicebaẽ p dictum clericũ,ꝙ per dictũ Petrum fuit cõmissa mora in soluendo quantitatẽ frumenti promissam, & ideo frumenta sunt soluẽda ꝑtio, quo plurimi ualuit post morã,iuxta not.in l. uinũ.cum concor. ff. si certũ pet.replicabat couuentus,ꝙ quantitas debita non ẽ liquidata:& sic non põt dici,ꝙ fuit in mora. ¶ Quæritur an sit cõmissa mora,qñ debitũ non ẽ liquidũ,sed uenit liquidandũ. ¶Fuit decisum in consilio,ꝙ in liquidandis nõ cõmittiẽ mora,antequã per iudicem sit liquidatũ & declaratum,per l. ij. C.de usuris.Ita dicit Bald.in l.acceptã.iij.colũ. uersi.vj.opp. C.de usu. Idẽ consuluit Ale.de Imo.in ij. vol. consi.xlix.in j.colũ. faciunt not.per Alex.in l.j.§.si stipulanti.ff.de uerb.
2 oblig. † Qualiter autẽ debeat fieri oblatio debiti illiquidi, tangit Bald. in l. si residuũ.C.de distrac.pig. & ꝑ Alex.in iiij. uol. consi. xxiiij. & in l. iiij.§.ait.prætor.ff.de re iud.& Ang. in l. prætor. §. si quis paratus.ff.de ope.no.nuntia.

DECISIO CCVI.

De fideiussoribus clericorum, & de excessu in defendendo.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor laicus clerici non remittitur ad ecclesiasticũ iudicem.

2 Exceptio declinatoria competens principali,nõ competit fideiussori.

3 Defensionis excessus qualiter puniendus.

4 Prouocatus excedens alleuiatur in pœna excessus.

PENES & apud acta magnæ curiæ duo iuuenes adinuicẽ sub pœna vnciarũ xxv. ꝓmiserunt vnus alterũ non offendere,& dederunt fideiussores.Vnus istorũ offendit alterũ: offensus se defendit, sed excessit modũ in defendendo. ¶Dubitaẽ de duo
1 bus¶†Et primò,ex quo ille,qui of-

fendit ē clericus beneficiatus, vt cōstat ex literis significatorialibus Vicarij archiepiscopi Neapoli. & sic curia Vicariæ non pōt procedere contra eum, an possit procedere ad pœnā contra eius fideiussorē laicū. ¶Et fuit conclusum per iudices magnæ curiæ, & per sacrū consiliū, ꝙ fideiussor laicus clerici non debet remitti ad iudicē ecclesiasticū, per id quod uoluit Spec. in tit. de cōpe. iudi. aditione. §. regulariter. uersi. pone fideiussor. quē allegauit ad hoc Bal. in l. j. in fi. C. de priui. dot. & est tex. in l.
2 si reus. ff. iudi. solui. †ubi exceptio declinatoria cōpetens principali, non cōpetit fideiussori seu cessionario. & probat̄ bene in l. sed & si restituatur. §. j. ff. de iudi. Et dicit Lud. Rom. in sing. suis. in uerbo, fideiussor. ꝙ hoc alibi non habes, nisi in dictis locis.

¶Secūdò dubitat̄, utrū ille, qui excessit in defendendo, debeat puniri pœna contenta in obligatione uel pœna excessus. ¶Facta relatione in consilio per vnū ex iudicibus sequēti die fuit uotatū, ꝙ non debet puniri pœna dictæ obligationis: sed tm̄ pro excessu in defendendo: Quia iste, qui se defendit, fuit prouocatus, & si excessit, imputat̄ offendenti, qui incœpit, ad excusationē: ut non teneat̄ pœna, qua tenetur offendens, per l. j. §. cū arietes. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. & in l. ut uim. per scribentes. ff. de iu-
3 sti. & iure. & in l. j. C. vnde vi. † Sed quia excessit modū in defendendo, punitur solum pro isto excessu, secū dn̄i Io. An. in c. significauit. de pœnité. & remis. quē allegauit Bal. in c. j. in princ. iij. col. de pace tenenda. not. Abb. Sic. in cap. significasti. de homi. scribentes. in c. sicut. de iureiur. Ale. in j. vol. consi. lxxvj. incip. Redēptoris nostri visa inquisitione. & Franci. de Are. consi. lxxx. circa fin. & Ludo. in singularibus suis in uerbo, defen-
4 sio† Multū alleuiat pœnam, qū quis fuit ꝓuocatus, & excessit modum in defendendo, secundū Lucā de penna in l. errat. C. de castren. pecul. mi. lib. xij. Et ultra ꝑdicta ad ostendendū, ꝙ secundus offendens, quia ꝓuocatus, non incidat in pœnā dictæ obligationis, allegabat̄ Bal. in l. qui fidem. ff. de transac. & in l. cū ꝓponas. C. de pac. & Ioan. And. in c. j. de treu. & pace. & Bar. in l. pr̄. §. libertis. ff. de lega. ij. & Bal. in l. cū mulier. in vj. oppo. ff. sol. ma. Bal. & Io. de Imo. & Pau. de Ca. in l. semel eo. ti. ¶Et fuit conclusum, ꝙ iudices leuiter puniāt dictū offensum ꝑ dicto excessu, nō aūt puniant eū, nec eius fideiussorē pœna cōtēta in obligatione de non offendendo.

DECISIO CCVII.

Quando mulier officio tutelæ fungi possit.

SVMMARIVM.

1 Tutelæ priuationē quæ inducant, & causæ sint sufficientes. 2. 4.
Mater tutrix aut auia an possint ꝑꝑ litē, quam habent cum pupillo, à tutela remoueri.
5 Tutor etiā pro causa leuissima pōt à tutela expelli.
6 Inuentarij omissio reddit tutorem suspectum.

QVAEDAM dn̄a Polyxena auia filiorū quondā nobilis ColæGaietani tutrix ipsorū filiorū fuit citata ꝑ magnā curiāVicariæ ad dicendū quicquid uoluerit, quare non debeat priuari tutela dictorū filiorum. ¶Et cāē quæ allegabant̄ ut deberet priuari dicta tutela, sunt istæ, vc 3. ¶†Et prima, quia dicta tutrix hēt litē cū ipsis pupillis. dicebant iudices magnæ curiæVicariæ, ꝙ hęc cā nō est sufficiēs: quia licet regulariter tutor ꝑꝑ litem quā hēt cū pupillo, debeat remoueri à tutela, tn̄ fallit in matre & auia secūdum Bal. & Salice. & scribentes in

auth.mat.et auiæ.C. qñ mulier tute. offic.fungi poss.sed pp istam cām debet dari adiunctus, ut in l. si tutor ab aliquo.ff.de suspe.tuto.et in l.eū quē
2 C.eo.tit.¶†Scda cā suspicionis erat, quia pp dictam litē in magna curia Vicariæ dictæ tutrici tpibus pteritis dedit in adiunctū tutorē magnificum do.Ioan.de Cicinellis de Seduli Montaneæ.Et dicta dña Polixena nō patitur,ꝙ cōtutor pdictus possit administrare,pp qđ redditur suspecta, ut in l actus.et ibi Bar.ff. de admini. tuto. ¶Tertia cā suspitionis erat, quia oīa bona pupillorū dissipabat dādo filia-
3 b⁹ fœminis,†et uolūt iura,ꝙ tutor ēt pro leuissima cā pōt remoueri à tutela,scdm Bar.in l.si.ff.de suspec. tuto. et Bal.in l.quæ fortuitis.viij. colū.C. de pig.acti.¶Quarta cā, quia ista tutrix habuit perfectā notitiā de testō pfati Nicolai,in quo fecit ipsam tutricē,et administrauit nullo cōfecto inuētario,et ideo quia nō fecit inuētarium tutoris,ipso iure reddit suspecta,ut est tex.in l.si.in fi.C. arbi.tute. Et hoc casu ēt tutor testamentarius pōt allegari suspectus,ut in l.ēt.C.de suspec.tuto.et isto casu nō debet dari adiunctus,secundum doct.in d.l.si.
4 ¶†Fuit iudicatū p magnam curiā dictam tutricē debere remoueri à dicta tutela dictorum suorū nepotum tanquam suspectā,maximè quia nō confecit inuentariū.Et licet pro parte dictæ dñæ Polyxenę fuisset appellatū ad sacrum Consiliū: Tñ per oēs dños sacri Consilij fuit uotatū, ꝙ bñ fuit prouisum per iudices prædictos.

DECISIO CCVIII.

De confessione minoris spontanea facta in iudicio sine curatore.

SVMMARIVM.

1 Minor ex cōfessione iudiciali facta sine curatore an possit ad pœnam condemnari.
2 Apices iuris vbi de mera uoluntate agitur,non considerantur.
3 Minor an torqri possit, et qualiter.
4 Minor delictum cōfessus in iudicio sine curatore restituendus in integrum,si dicat se læsum.

MINOR adultus nō habēs curatorē inquisitus est de furto, et examinatus confitetur se participem esse in dicto delicto cōmisso p aliū, nihil tñ
1 ad eum peruenit. ¶†Fuit dubitatum in Consilio utrū dictus minor ex cōfessione iudiciali facta sine curatore possit condēnari ad pœnā, sicut si eēt maior. Aliqui dicebāt, ꝙ talis cōfessio est ualida,et pōt per eam condemnari,quia dicebat Dyn. vt refert eum Bal.in l.clarū.C.de autho. pstanda,ꝙ tenet cōfessio adulti facta in iudicio sine authoritate curatoris.et ideo dicebat ibi Nico. de Matthe. ꝙ qñ minor sine authoritate curatoris confitetur ad ueritatis indaginē,tunc non requiritur authoritas curatoris, et ideo
2 est,†quia ubi agitur de mera uoluntate,non est curandum de iuris apicibus,ut.ff.mand.l.si fideiussor.§. quædam.¶Itē dicebant illi,pone, ꝙ sunt iudicia contra minorem de delicto, quod prætenditur commisisse, nōne iudex poterit ipsum quæstionare?certè sic,ut dicit Iac.but.in aut.sacramēta pub.C.si aduers.uend.et ualebit talis confessio extorta per tormentum, secundum eum, et Bal.in d.l.clarum, licet ponat vnum granum salis,videlicet,ꝙ prius ipse minor sit examinatus cum authoritate curatoris, et cau
3 sa cognita † tunc tortura est executio pręcedētis adhibitæ causę cognitionis:ut.ff.de adulte.l. postulauerit. §.quęstioni.Sed idem Bal.in additio. Specu.in titu.de cōfessis,dicit, quòd propter iussum iudicis tātum valebit confessio minoris in tormentis, quantū valet authoritas curatoris in acti-

bus agendis. dicit tamen Salyc. in d. l. clarum. ꝙ ista opi. vbi agitur ad veritatis indaginem, non est curãdum de ista solennitate curatoris, potest tolerari, si iudex præstitit authoritatem adulto iurandi dicere veritatem, quia tunc simpliciter uidet in respõsionibus pstitisse authoritatẽ. aliàs forsitã nõ sufficeret. p d. l. clarũ. et dicit hoc
4 dixisse. in l. j. C. de confessis. ¶†Dicebat do. Ant. de Palmerio doctor memoriosus, ꝙ Cyn. in d. l. clarum simpliciter tenet. ꝙ in delictis spontanea confessio minoris in iudicio sine curatore nõ nocet sibi, et hoc firmat Are. in trac. maleficiorum, in verbo, comparent inquisiti. Idem dicit Alber. de Ros. in d. l. clarum. dicens, ꝙ quando cõfessio delicti facta est à maiore infante sine curatore, indistinctè nõ valet, et subdit, ꝙ ipse sępe ĩpugnauit cõfessiones minorum etiam factas in tormentis. & dicit se obtinuisse per hanc l. clarum. et idem dicit in d. l. j. in ij. col. C. de confessis. Idem dicunt duæ gl. coniunctæ in constitu. regni, minorum iura. vna est prima glo. alia quæ debet coniungi cum ista est in
5 verbo, tutorum. †Fuit tandem p totum Consilium votatum et conclusum, ꝙ si minor confessus est delictũ in iudicio sine curatore, et post ea allegat se læsum ex dicta confessione, et petat se restitui in integrũ aduersus dictam confessionem, ꝙ talis confessio nihil sibi nocet. ita singulariter dixit Ang. in l certum §. in pupillo. ff. de cõfessis. ubi ad hoc allegat tex. cum gl. ij. in c. ij. de restitu. in integ. lib. vj. et dicit quòd est valde notandum et quotidianum. et hoc tenet Alexan. multum notanter in l. nam et postea. §. si minor. ix. colum. ff. de iureiuran. et eum sequuntur Modern. Papien. ibi, et idem Alexan. in iij. volu. consi. cxvj. in j. col. incip. in causa inquisitionis, &c.

DECISIO CCIX.

De venditione rei pro dote obligatæ facta per virũ vxore consentiente.

SVMMARIVM.

1 Coniuges vendentes et se pretium recepisse confitentes, an præsumantur quilibet pro parte recepisse, et quando. Et an talis confessio vxori præiudicet. 3. 5.
2 Cautela pro mulieribus in vẽditione rerum pro dote obligatarum.
4 Mulier non põt se obligare p viro.

IN causa sororis domini Antonij
1 de Rao dubitabatur, †vir et vxor vẽdunt quandã rem stabilẽ ipsius mariti, quæ fuit paterna mariti sui obligata pro dote, et cõfitentur in instrõ se recepisse pretium. Soluto matrimonio per mortẽ viri, vxor petit dotem ab hæredibus viri. dicunt hæredes, qñ fuit vendita per te et maritum tuum illa res stabilis, habuistis pretiũ. quod pretium pręsumitur, ꝙ pro medietate peruenit ad vxorem, & pro medietate ad virum, ut dicit Bar. in consil. suo, incipiente, domina P. nupsit &c. per tex. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Et de isto consilio facit mentionem Bal. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. et in l. j. C. de duob. reis: licet ibi non determinet. Sed bene determinat Bal. in l. mater. in vij. col. ver. sed hic quæro, quid in tali cã su. C. de rei vendi. et sic cùm sit doti satisfactum pro medietate pretij pdicti dictæ vxori, id quod deficit vsque ad complementum dotium offerũt
2 velle soluere. ¶†In contrarium pro parte dictæ vxoris dr̃, ꝙ quanquã in instrõ vẽditionis dicat̃, ꝙ vir et vxor cõfitent̃ se recepisse ptiũ, et sic psumit̃, ꝙ pro medietate pretiũ peruenerit ad vxorẽ: tñ in rei veritate totũ dictũ pretiũ peruenit ad virũ, et eius in vtilitatem conuersum fuit. ¶ Et be-

ne sacrum Consilium habuit de hoc ueritatem, ꝙ totum pretiũ peruenit ad uirũ, quo casu tolliť illa præsumptio, ut dicit Bal. in d. authen. si q ua mulier. subdens, ꝙ cautæ mulieres qñ uendunt res dotales uel res uiri si bi obligatas pro dote faciunt sibi fieri cautelã de totis dotibus sup reliquis bonis viri, uel ꝙ vir cõfiteatur, ꝙ totum pretium peruenit ad eum.

3 ¶Quæritnr modò quid iuris ¶†Fuit pariter & unanimiter uotatũ, ꝙ qñ vir & uxor confitentur se pretiũ recepisse nunquã talis confessio præiudicat mulieri, qñ repetit dotes: nisi doceatur, ꝙ medietas dicti pretij sit uersa in utilitatẽ mulieris. hanc sententiam firmauit Spec. in tit. de obliga. & sol. §. ante omnia. uersi. sed pone. & dicit Ioan. de Imo. in repeti. c. cùm contingat. de iureiuran. ꝙ ipse hanc partẽ putat ueriorem de iure, per dictã authenti. si qua mulier. Et quia, ut docet experientia, dicit ipse, maritus uidetur pretium recepisse: nec cõmodè uxor potuisset resistere uoluntati uiri, ideo satis est iustum, ꝙ non teneatur medietatẽ dicti pretij in dicta dote excõputare. & hoc est de mente Cy. in d. auth. si qua mu

4 lier. ¶†Nec obstat dictus §. cũ in tabulis. quia ille tex. & quæ ibi dicunť, procedũt in his personis, quæ pñt inter se obligari. Sed non in muliere, quæ non põt se obligare pro uiro, ut in d. auth. si qua mulier. & in l. j. & ꝑ totũ tit. ff. ad uelle. Et sic cõcludit, ꝙ ad hoc, ut mulier obligetur, qñ contrahit unà cũ uiro, & cõfiteną se pretiũ recepisse, est necesse aliter apparere, pecuniã esse uersam in utilitatem uxoris: & dicit hoc esse ualde consentaneũ rõni. Idẽ firmat Bald. in l. j. C. de duo. reis. & ideo dicebat Bal. in d. l. mater. licet dicta cõfessio coniugũ de receptione pretij facta in instrõ probet: inter emptorẽ & mulierem, non tñ inducitur, ꝓbatio inter mulierem & maritũ, cum quo nõ est facta

5 confessio. †& ideo Ale. in ij. uol. cõsi. xxxviij. incip. considerato, dicit, quia contra opi. Bar. nõnulli tenuerũt: nõ ponit illã opi. pro cõstãti. ¶Et scđm istud uotũ fuit indicatũ, & licet pro parte illorũ de maioribus conuentorum fuisse reclamatũ. Tandẽ seruatis seruandis illa snĩa iterum per sacrũ Consilium fuit confirmata, & imposi tum perpetuum silentium.

DECISIO CCX.

De restitutione in integrum.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum quibus personis competat.

Instantia inter priuilegiatos litigantes non perit.

2 Beneficium petitum per minorem qui factus est maior lite pẽdente, an concedendum. 4.

Finis consideratur, & nõ principiũ.

3 Initium est spectandum.

5 Minores litigãtes facti maiores qñ in integrum ueniant restituendi.

6 Actor an possit uti restitutione, qñ minor est læsus dolo aduersarij.

Dilatione cessante dolo gaudet aduersarius.

1 MVLTAE sunt personæ, † quibus de iure cõmuni & per cõstitutiones Regni cõpetit restitutio in integrũ, ut suut minores: ut in l. auxiliũ. ff. de mino. & in cõstit. Reg. minorũ iura. & illi qui eisdem cõparãtur. Itẽ mulieres in iudicijs: ut iu cõstitu. Regni, Obscuritatẽ. item fiscus: ut in cõstitu. Regni, Beneficiũ restitutionis. itẽ ecclesia, ut in toto tit. extrà, de in integ. resti. Et concludit An. ꝙ in iudicijs istis ꝑsonis bis tantũ conceditur restitutio in dicta constit. Regni, Obscuritatẽ. Et hodie ex uetusto usu prima restitutio uocať primũ beneficiũ. Secũda restitutio uocatur scđm

beneficium.¶Fuit dubitatū in Consilio.Ecce fiscus uel ecclesia agit actione reali contra minorē: & ꝓceditur in causa usq; ad publicationē.Et quia isto casu nō perit instantia, ut in l.ꝓperandū.in prin.C.de iudi. & in c.pe uul.de iudi.durat ista causa per longū tp̄s: ita ꝙ īfra istud tp̄s ille minor factus est maior,dū postea causa sollicitatur, iste qui fuit minor, & tunc maior est,petit primum beneficium.

2 ¶†Quæritur, an sit concedendū uel denegandū?uidebatur dicēdū, ꝙ nō debet cōcedi: quia tp̄e, quo petitur, erat maior cui nō cōpetit: nā idē uidemus in filiofamilias,qui stipulatus est mutuū,quo tp̄e non obligatur, si postea effectus est paterfamiliàs,& si ibi numerata fuit pecunia,cessat exceptio Macedoniani: quia finis cōsideratur,& non principiū:ut in.l.si filiusfamiliàs.§.fi.ff.ad Macedo. & no.gl. in l.iij.§.j.ff.de mino. ¶In contrariū facit tex.in l.iij.C.ad Macedo.ubi dicitur,origo.n.potius obligationis, q̄ titulus actionis cōsiderandus est. sic uidetur dicendū, ꝙ tp̄s incepti iudicij debemus inspicere, ut iudicetur, an sit concedendū primū beneficiū, Idē dicemus in electo:ut tp̄s electionis cōsideretur, an electus habeat aliquē defectū: ut in c.dudū. lo.j.& ibi gl.quæ allegat multas cōcordantias,

3 †ꝙ initiū est spectandū, extrà de electione. & alia iura in contrariū:ut ibi per eā.& ibidē p Ant.de But. de isto brocardo.sed Bar.in d.l.iij.§.j.dat in ista materia unā regulā, uidelicet ꝙ qñ finis habet necessariā consequentiā ad principiū:ut est in auth.qui semel.C.qūo & qñ iu. ubi actor habet de necessitate ꝓsequi litem usq; ad finē, & sic reus de necessitate habebat ꝑsistere in lite,& sic habet necessariā consequentiā ad principiū:& sup ista restitutione cōcedenda inspicit principium litis quo tp̄e sibi cōpetebat.

ergo & nūc licet sit maior, & ad hoc facit id,qđ dicit Bar.in l.& an eādē.

4 §.actiones.ff.de excep.rei iud. † ꝙ si lite pēdente superueniat ius, qđ habet dependentiā ex causa de præterito,debet haberi ratio,ut ibi per eū. ¶Tādē fuit allegata decisio Guil. de cun.in.l.sancimus.C.in quib. cau.in integ.rest.non est necess. quam refert ibi Alb.de Rosa.ꝙ qñ impedimento aliquo,uel malitia aduersarij protrahentis causam currit tp̄s, tunc lapsus tp̄is non nocet ipsi minori. allegat l. intra utile.ff.de mino.ff.de excusa.tuto.l.si cū ipso.ff.de inoffi. test.l.contra maiores.¶Alij dicebant, ꝙ si minor lite pēdente factus est maior, & intra quadriēnium postquā factus est maior,petit beneficiū, ꝙ est sibi concedendū, secus si elapsi sunt quatuor anni, qui dantur ad petendū restitutionē in integrū post ætatē ꝑfectam:

5 †quia tunc non pōt concedi beneficiū,per id quod dicit Bar. in l.supuacuum.C.de tempo. in integ. resti. & Ang.in.§.illud.in authen.de hære. & falci.& not.in.c.j. de rest. in integrū lib.vj. & habetur in l.Aemilius.ff.de mino. ¶Tandē fuit per oēs docto.uotatum.ꝙ ex quo dolo & malitia actoris lis prædicta fuit ꝓtracta in longū, idem si ex causa iudicis, ꝙ cōcedenda est restitutio, & beneficiū minori tp̄e publicationis, & nūc maiori tp̄e quo petit beneficium, sc͂dm Guil. & Bal.in d.l.iij.§.j.nisi in minori ætate cōclusum esset in causa.allegat.C.de adulte.l.quāuis.& in authen. ut eum de appel.cog.§.j.& idem dicit Albe. in d.l.iij.§.j.¶Et sic fuit concessa dicta restitutio, quæ dicitur primū be-

6 neficiū? ¶†An ipse actor poterit uti dicta restitutione, qñ minor ē læsus dolo aduersarij?¶Et fuit conclusum ꝙ non,per id quod dicunt Bar.Pau. & Ludo. et Moder. scribentes in l.j. §.nuntiatio.ff.de ope.no.nuntia.per

tex.in l.qui res.in princ.iuncta Glos. ff.de solutio. sed dolo cessante beneficio,quod conceditur reo, gaudere debet actor:ut in Specu.de dila. §.fi. uersi.in summa.& ibi Ioã.And. cum concor.quæ ibi a leguntur.

DECISIO CCXI.

De restitutione in integrum competēte hærede minoris.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum an concedēda hæredi minoris defuncti.

2 Priuilegium ætatis non transit in successorem.

3 Minoritas sine læsione non sufficit in restitutione in integrum.

PVPILLVS litigabat cũ curatore dato ad litem,uel cũ tutore,lite pendente moritur pupillus superstite suo herede maiore ante conclu-
1 sionem,†iste hæres maior petit primũ beneficium ex persona minoris defuncti,an debeat sibi concedi.dicit Bal.in l.si infanti.in antepenul.colũ. C.de iure deliberan. ꝙ si minor succedit maiori,debet censeri secũdum suam ætatē non secundũ ætatē ꝑdecessoris,quãtum ad beneficia consequenda, quæ sumunt originē ex persona,& non reperiebatur in persona ꝑdecessoris conseruata, sed consumē-
2 da.ff.de mino.l.Aemilius.¶†Item q̃a priuilegium ætatis non transit in successorem:ut in l.priuilegiũ.& in l.oĩbus.ff.de regu.iur.& in regula, priuilegium.lib.vj.¶Sed in contrariũ allegatur text. in l.minor autē magistratus.ff.de mino.vbi dicit:non solum autem minoribus, uerum successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, & si sint ipsi maio-
3 res.¶†Fuit uotatum in consilio,ꝓut dicit Bart.in l. interdum.ff.de mino. ꝙ causa restitutionis in integrũ non est principaliter fauore personæ minoris,sed est cã restitutiõis deceptio siue læsio,& ideo transit talis restitutio ad hæredem maiorē. Idem dicit Barto.in l.non solũ.ff.de in integ. restitu.mino.& firmat Dyn.in dicta regula, priuilegiũ.& firmat Oldra. in consi.ccxxiiij.in cap.istæ sunt allegationes.in xvj. col.& tenet Barto.in l. quia tale.ff.solu. mat. & ideo beneficium,quod cõpetebat minori rõne læsionis,competit eius hæredi licet maiori Et ita concessum fuit hæredi maiori nõn quidē ratione ꝑsonæ minoris,sed rõne, q̃a minor fuit læsus.

DECISIO CCXII.

De restitutione in integrum minori non concedenda.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum an cõcedēda minori hæredi maioris,qui litem inchoauerat.

Minor succedens defuncto nõ utitŭ iure suo, quod hẽt in restitutione in integrum.

2 Priuilegiatus succedens non priuilegiato,an utatur suo priuilegio.

LITIGATVR inter maio-
1 res,†& proceditur usque ad conclusionem. vnus ex litigantibus moritŭ superstitibus filijs minoribus, ꝓ eius tutorē petit primũ bñficiũ.¶Fuit votatũ & determinatũ,ꝙ non sit concedēdũ.Quia minor non utitŭ iure suo, q̃n succedit defuncto,cui nõ cõpetebat restitutio in integrũ ꝑꝑ aliquam ꝓbõnē non factã:ut not.Bart.in l.cũ filius §.in hac.ff. de uerb.obli.& probatur in l.j & ij.C.si aduer. ven.pig. & in l.apud Iulianũ. in prin.ff. quib. ex.cau.in poss.ea.& no.doc.maximè Bal in auth.quas acti.in iij.& v.col.
2 C.de sac.san.eccle. in illa.q.¶†Vtrũ priuilegiatus succedēs nõ priuilegiato utatŭ priuilegio suo,dũ alle.l.Aemilius Largian⁹.ff.de minori.Secus eēt dicēdũ,q̃n fuisset dat⁹ termin⁹ ad ꝓbãdũ cũ ipsis minoribus, & sic aliq̃d

esset factum per ipsos minores in cā, tunc competeret restitutio in integrum:per doctrinā Bar.in d.§ in hoc ¶Et ita fuit determinatum in Regia camera summariè in cā filiorū & hæredū minorū Petri Collæ de Ale. & in magna curia Vicariæ, & in sacro consilio in diuersis causis, diuersis temporibus.

DECISIO CCXIII.

De beneficio minori debito nō trahendo ad maiores eiusdem litis consortes.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrū fauore minoris an extendat̄ ad maiores eiusdem litis consortes.

2 Restitutio in integrū quæ iure minori conceditꝰ in indiuiduis, trahit̄ ad consortem litis maiorem.

3 Connexorum electio in melioribꝰ cadit,quorum idem est iudicium.

4 Hypothecæ ius est indiuiduum.

AGITVR hypothecaria,assistentia, & appretio, adiudicatione contra hęredes debitoris,qui diuiserunt inter eos bona obligata super quibus agit̄ hypothecaria & dictis remedijs. Vnus istorū hæredū est minor:reliqui sunt maiores. Minor petit primū beneficiū,& concedit̄.†An
1 isto beneficio gaudebūt alij litis cōsortes maiores. Gl.in l.vnica.C. si in eo.eadēq; causa in integ.resti.postu. a distīguit inter diuidua & indiuidua: ut in diuiduis restitutio, quæ concedit̄ minori,non trahat̄ ad maiores,Secus in diuiduis:ut in seruitutibꝰ &c. ut dicit ibi Gl.& Azo in summa. eo. titu. Sed aduerte,quia Cyn.ibi approbat Gl.inquantū dicit, ꝙ in diuiduis b non extendit̄ restitutio,quæ competit minori ad maiores.Sed in indiuiduis,in quibus dicit,ꝙ beneficiū cōpetens minori extendit̄ ad consortē maiorē. Cyn.ibi hoc non tenet,& reprobat Gl.& contra Gl.in hoc tenēt etiā Guido de Suza, Alb.de Rosa.& Pau.de cast.ibi† Sed reperio, ꝙ idē
2 Alb.de Rosa.in l.ij.C.si vnus ex pluribus.in fi.expresſè tenet,ꝙ in indiuiduis restitutio in integrū, quæ concedit̄ minori extendit̄ ad consortem litis maiorē,ꝑ l.si cōmunē.ff. quēad. serui.amit.quā allegauit Glo. in d.l. vnica. Idē dicit Ang.in d.l. si cōem. Idē Bal.in l.ea.l.vj.col.C. de condictio. ob cām. nam in istis connexis eligendū est,quod magis prodest, q̄ quod nocet.ff.de iure fis.l.non intelligitur.ff.de libe.cā.l.liberis.§. si duobus.faciunt ad hoc nulla, quæ allegātur per Alex.in l.ꝑcipimus.C. de ap-
3 pellatio.†ꝙ de connexis idem est iudicium.& quę allegat Io.And.in c.j. de iure patro.lib vj.& Moder.& Papien.allegant.xvij.similia in l.emancipati.C.de collatio.& aliàs concor. allegat Feli.in c.j.de ꝑscriptio.Alex. in iiij. uolumine. consi. cxxij. in iiij. col.& sequen.¶Fuit per sacrū consiliū conclusum, ꝙ in indiuiduis & cōnexis beneficiū, ꝙ cōpetit minori, extenditur ad consortes eiusdem litis maiores,& hoc per doctrinā Bal. in proprijs terminis ī l.ij.§.sed vtrū. in fi.ff.de mino.¶Sed dubitatū, vtrū istud iudiciū intentatā sit diuiduum
4 uel indiuiduū? † Et fuit cōclusum & uotatum per oēs dnos de consilio, ꝙ ius hypothecæ est indiuiduū a licet res hypothecatæ sint diuiduæ.& quot sunt res obligatæ,tot sunt obligationes:ut in l.scire debemus. ff. de uerb.oblig.Et quia dicti hæredes diuiserunt sibi bona obligata, bñficiū ꝙ cōpetit minori,non trahit̄ ad maiores consortes eiusdē litis. b Secus esset si possiderēt oīa bona obligata per communi & indiuiso. Et ita post bis uidi iudicatum per sacrū cōsiliū.

INDIVIDVVM. Ius hypothecæ est indiuiduum.

Litis. Et idem dicit idem Matth. in constitutione Regni, Obscuritatē.

DECISIO CCXIIII.

De testibus Iudæis.

SVMMARIVM.

1 Iudæi testes in causa ciuili an faciāt fidem contra Christianum.

2 Iudæi in actis iudiciarijs non admittuntur in testimonium.

3 Iudæi, hæretici, & excommunicati testes in quibus esse possint.

QVIDAM Iudæi sunt debitores cuiusdā neophyti, & fuerunt in mora soluendi: & pp dictā morā per eos cōmissam fuerunt extracti à certis Gallis, conueniunt à dicto neophyto ad dictū debitū soluendū: ipsi debitores ad ostendendū, ꝙ non fuerunt in mora, allegant, ꝙ dictus neophytus creditor ꝓrogauit eis terminū ad soluendū, & pēdente termino fuerunt cōpulsi à dictis Gallis ad soluendū, & dictā prorogationē termini in termino probatorio ꝓbauerūt per quatuor testes Iudæos, qui non sunt contestes. Sed posito, ꝙ essent
1 contestes. ¶ † Fuit dubitatū, utrū in causa ciuili testes Iudæi faciunt fidē contra Christianū. dicit Gl. in l. quoniā. in uerbo augustet. in fi. C. de hære. ꝙ nulli Iudæo permittit ferre testimoniū contra Christianū siue orthodoxū. alia Gl. in c. Iudęi. de testi. dicit, ꝙ nullus infidelis contra fidelē debet admitti in testimoniū: ut in c. non pōt. & in c. si hæreticus. ij. q. vij. & in c. miramur. xxiiij. q. j. & no in c. cū sit. de Iudæ. & tenet Spe. in titu. de teste. §. j. ver. itē ꝙ Iudæus. ¶ Dicebat do. Carolus de Rogerijs valentissimus doctor, ꝙ Azo in summa. C. de hæret. dicit ꝙ in contractibus & in ultimis uoluntatibus Iudæi pñt esse
2 testes contra Christianū: † secus in ꝓbandis actis iudicialibus. & hoc uoluit Glo. in d. l. quoniā in uerbo, iudicialia. Felin. in d. c. Iudæi. ponit pro regula, ꝙ Iudæus non pōt esse testis contra Christianū. Deinde ponit septē fallentias: ut ibi per eū. & aliā limitatio. posuit Paris de Puteo in tractatu de syndicatu, in uerbo, testis. Bartholomæus de Capua in quadam apostilla, in d. l. quoniā. dicit, ꝙ de iure canonico Iudæus non pōt esse testis contra Christianū, secus de iure ciuili, per tex. in l. quoniā. ubi tex. di-
3 cit, † ꝙ Iudæus vel hæreticus in quocunque contractu inter uiuos ē idoneus testis, sic excōicatus pōt eē testis in contractu: ut dicit Inno. in ca. pia. circa. fi. de excep. lib. vj. sed nō ut testis de eo contractu cū iuro in iudicio. ¶ Fuit tandē conclusum per dominos de consilio, ꝙ Iudæi non faciunt fidē contra Christianū, qñ examinanē ut testes in iudicio regulariter, nisi in dictis casibus spālibus: & ita dicit Ale. in j. uol. consi. xxxv. in fi. & in consi. lxx. & in ij. volu. consil. lxxvij. in fi. & Albe. in d. l. quoniā. & Ioan. de Ana. in d. c. cū sit. de Iudæis.

DECISIO CCXV.

De executione contra certos ex pluribus debitoribus insolidum pro rata facienda.

SVMMARIVM.

1 Debitores plures insolidū obligati cōdēnati simpliciter tenenē ꝓ rata.

2 Obligatio quæ oriē ex sñia sup aliquibus ex pluribus debitoribus diuidit debitū per partes quò ad oēs.

3 Condēnantur non uocati, qñ certū est eos non habere defensionem.

4 Sñiam interpretari & declarare spāle est in principe.

Executio contra non condemnatum non fienda.

SEXDECIM Iudæi se obligauerunt soluere ducatos quadringentos cuidā nobili, rōne cuiusdā debiti
1 insolidū. † Ille nobilis creditor conueniri

ueniri fecit quatuor Iudæos ex illis sexdecim in ducatis quadrīgentis in solidū cū ꝓtestatione, ꝙ unica solutione erit cōuentus. Fertur sñia simpliciter per sacrū Consiliū, & cōdemnanť illi quatuor ad soluendū ducatos quadringētos. Illi quatuor cōdēnati reclamauerūt à tali condēnatione, & dicunt per l.j.C.si plures una sñia.quæ vult, ꝙ si plures debitores in solidū obligati cōdemnanť simpliciter, vnusquisq; teneť pro rata sua: quia licet originalis obligatio sit in solidū:tñ illa, quæ oritur ex sñia, nō est sic, quia quilibet vř cōdēnatus ꝓ
2 parte, † nisi cōtrariū iudex dixerit in sñia:ut declarat Pau.de cast.ibi.Sicq; isti quatuor debitores ex sexdecim condēnati, censenť condēnati pro rata habito respectu ad oēs sexdecim, & nō respectu ipsorū quatuor cōuentorū. Replicabať pro parte illius nobilis, ꝙ d.l.j.non dicit, qñ alij debitores in solidū obligati non fuerūt cōuenti:sed loquitur, qñ omnes debitores in solidū obligati fuerunt cōuenti:tunc si simpliciter condemnanť, intelligiť pro rata.¶Per sacrum consiliū nemine discrepāte fuit uotatum & decretū, ꝙ illi quatuor debitores cōdemnati ad dictos quadringētos, intelliguntť condemnati pro rata, habito respectu ad sexdecī Iudæos obligatos, & non ꝓ rata ipsorū quatuor cōdemnatorū ad dictos ducatos qua
3 dringentos:† quia licet alij debitores non fuerunt uocati in iudicio: tñ illi non uocati non hñt aliquam defensionem:ut pro rata non teneantur, & omnes in uirilem censenť condemnati:ut dicit text. in l.qui separatim.§. quoties.ff.de appella.¶Et sic fuit interpretata dicta sñia per dominos de consilio, licet dictos quatuor condēnasset ad quadringentos ducatos, ut intelligatur pro rata respectu oīum obligatorū. Nam speciale est in principe, ut possit suam sñiam interpretari etiam corrigendo, secundū Barto. in l.ab executore.ff.de appel. & Ioā. de Imo. in l.iudex posteaquàm.cum simi.de re iudi. ¶Et sic facta fuit executio cōtra illos quatuor pro rata habito respectu ad sexdecim obligatos ad dictā summam quadringentorū.
4 † Sed contra illos alios non citatos non poterit fieri executio: quia non sunt condēnati, nec habuerunt scientiam huius litis, iuxta not. in l.sæpe. cum materia sua.ff.de re iudi. Bene tñ ille nobilis creditor posset de nouo agere cōtra quem uellet insolidū obligatū, ut sibi soluat totū integrū debitū, secundū glo. & Pau. de cast. in.d.l.j.C.si plures una sñia. Et fuit mihi uisa ista decisio ita noua, ꝙ nūquam aliàs legi, nec audiui: tñ habet æquitatē, & ideo menti tenenda ꝑꝑ authoritatē tantorū sapientiū, qui sic declarauerūt, qui fuerūt d. Antonius de Alexādro, d. Carolus de Rogerijs, do. Antonius de Palmerio, d. Iacobꝰ de Gillo de Trano. & ego accessi ad eos: quia dicta declaratio habet conformitatem cum dispositione rationis d.l.j.& d.§.quoties.

DECISIO CCXVI.

Variæ practicæ super testiū examinatione & eorū productione post publicationem.

SVMMARIVM.

1 Testes post didicita testificata produci & examinari an possint. 5.
Articulos in causa appellationis similes primis an liceat ponere, & qd inde directo contrarijs. 4.
2 Minor ecclesia, mulier per vim restitutionis in integrum possunt ponere idē, & cōtraria articulis partis.
3 Pars admittitur ad probandum per rei euidentiam post didicita testificata.

QVOTIDIE habemus in fa-

1 ctio, † ꝙ facta publicatione in cã petitur repulsa contra testes, & dicta. Et partes formant articulos de directo contrarios articulis partis aduersæ.in terdũ ponũt illud idẽ, quod positum fuit in primis articulis, ex quo illi articuli nõ fuerunt probati. Et sine dubio hoc non licet ẽt in cã appellationis: vt not.in Cle.secunda, de testi.& in c.fraternitatis.eo.ti.in antiquis. & in aut.qui semel.C.de probationi. Et istud datur pro regula: tñ contra istã regulã dantur plures limitationes, de quibus per Ioannem Andræ. & post eum per Abb.in c.fraternitatis.de testibus.& per Spec.in tit.de teste.§.satis vtiliter.in princp. Et inter alias li-
2 mitationes. ¶†Semper fuit practicata ista, ꝙ minor, ecclesia, mulier per viam restitutionis in integrũ possunt ponere idẽ & contraria articulis alterius partis. Ista practica fuit sumpta ex theorica Inn.in c.auditis. de restitutio.in integrũ.quem sequũtur dñs Ant.de But. Abb.Sic.& Ioã.de Imo. firmant Bald.& Saly.in dicta authen. qui semel.Bar.in l.j.§.nuntiatio.iiij. col.ff.de ope.no.nun.& Bal.in l.eos. §.si quid autem.de appella.& Spe. in titu.de restitu.in integrum.§.videndũ.ver.quid si in cã minoris &c. ¶Itẽ fuit practicatũ in Consilio, ꝙ perempta instantia & noua inchoata, licet ponere idẽ & contraria articulis partis aduersæ.ita voluit Ange.in l.si qs in seruitute.ff.de furt.& Abb.in d.c.
3 fraternitatis.in iiij.fal. ¶† Item fuit practicatũ, ꝙ post didicita testificata super eisdem & de directo cõtrarijs, fuit pars admissa ad probandũ ꝑ eui dẽtiam rei, puta rector ecclesiæ dicit rem ad se deuolutã: quia est deteriorata contra pacta. & hoc probauit, si pars dicit, ꝙ per rei euidentiam uult probare cõtrarium, & illud idem, qđ ipse posuit, debet audiri, per id quod dicit Bald.in l.si quis testibus. in fin. C.de testi.& in Spec. de proba.§.videndum.ver.hoc quoque. Bal.in l.de quibus.pe.char.ff.de leg.Ant de But. in c.cãm in fi.de probatio.facit quod not. Bar. in l.j.§.fin.ff.quemadmodũ testa.ape.& Cyn.in l.ij.C.quæ sit lõ-
4 ga consue. ¶†Item fuit practicatũ in Cõsilio, ꝙ qñ testes examinati sup articulis datis in termino probatorio non plenè probant, pars altera in causa appellationis põt facere articulos de directo contrarios illi articulo partis aduersæ, & inducere testes super eis, scđm Antoniũ de Butr. in c.at si clerici.de iudicijs. ¶Itẽ, fuit practicatum in Cõsilio, ꝙ si pars probauit articulum suũ per duos testes, & altera pars probauit contrariũ, ego qui probaui per duos testes facta publicatione in termino repulsatorio, uel in cã appellationis, potero facere articulũ illum eũdem, & inducere alios testes ad probandum illum eundem: quia non põt mihi imputari, quare in primo termino illos non produxi: quia cõfidebam de illis duobus, quos exa-
5 minari feci: † & sic cessat præsumptio subornationis. ita dicit Inn.in c.cũm clamor.de testibus. & voluit expressè Abba.Sic.in c.fraternitatis præallegato.in vij.col. uoluit ẽt Bal.in l.j.in fi. ff.de leg.ij. ¶Itẽ fuit practicatum, ꝙ si producitur instrumentum, qđ indiget aliqua probatione per testes ad concomitantiam ipsius instrumenti, possum producere testes post publicationem [a] secundũ do.Ant.de But. in c.series.de testi.& ibidẽ per Abb. ¶Itẽ fuit practicatũ, ꝙ facta publicatione & concessa termino ad repulsam, licet ponere articulũ de directo contrarium articulo partis aduersæ, si articuletur, ꝙ testes examinati sup articulo partis aduersæ falsum deposuerũt corrupti vel subornati. Ita uolunt doctores in c.licet. de proba. & Abb.in d.c.series.in iij.col.in fine.

ADDITIO.

Vide quæ annotata sunt suprà decisio. xxxiij. & decisi. lxxxix. in hac materia practicabili & quotidiana.

a POST publicatioñẽ. Adde Alex.in consi.lviij.in.iiij.uol. Feli.in.c.fraternitatis. extrà,de testi. uide suprà, in deci.cxv.& ĩfrà.cclxxj. Tho.Brama.

DECISIO CCXVII.

De nominatione domini in iudicium in causa possessorii recuperandę.

SVMMARIVM.

1 Possessorio recuperãdæ cõuentus,an possit euitare iudiciũ noĩando dñm.
2 Conuentus de delicto ex facto proprio non potest iudicium declinare.
3 Nominatio domini in iudiciũ quando locum habeat.

1 FVIT dubitatũ. ¶†Vtrũ conuentus possessorio recuperãdæ possit euitare iudicium dicendo, ꝙ ipse tenet & possidet noĩe talis nobilis, & ipm ad euitandũ iudicium nominat eum in dñm & possessorẽ. Bart.in l.ij.uer. quæro,extrà glo.C.ubi in rem actio. tangit istam q̃onem,& refert gl. contrarias. Itẽ Abb.in c.qm̃ frequenter. §.in alijs.in xxv.col.vt lite non contest.ut ibi per eos. ¶Fuit in hoc dubio uotatum per oẽs dños de Consilio,ꝙ conuentus possessorio recuperãdæ,si in libello narratur, ꝙ ipse est ille, qui spoliauit, vel mandauit spolium fieri, uel ratã habuit spoliationẽ,& ꝙ nõ possidet noĩe alterius,sed suo noĩe, non habet locum nominatio dñi in iudicium: quia conuenitur 2 de delicto & facto ꝓprio, † ideo non põt iudiciũ declinare, hoc tenet Abbas in loco pręalle. & idem Ioan. de imo.ibi.¶Sed si ageretur cõdictione c.sæpe.de resti.spol.uel remedio constitu.Regni,Circa uiolentiam. uel remedio c.reintegranda.iij.q.j. in qui- 3 bus non agiẽ de facto conuenti,†tũc habet locum nominatio dñi in iudicium,secundùm ueram cõclusionem doctorum in dictis locis. ¶Et ita fuit determinatum in causa inter magnificum dominum carolum licentiatum in utroque iure de Amotrano, & eius fratres.

DECISIO CCXVIII.

De decreto interposito super bonis non obligatis.

SVMMARIVM.

1 Decretũ sup̃ bonis nõ obligatis an nullũ, & quid si sit erratũ in adiudicatione bonorum obligatorum.
2 Missio facta in uero debito in re maioris,q̃ sit debitũ, ualet vsq; ad concurrentem quantitatem.
3 Decreta tot sunt,quot sunt res.
4 Decretum iudicis est indiuiduum.
5 Fructus autoritate iudicis percepti non debent restitui.

PETITA fuit assistẽtia & adiucatio ꝓ ducatis mille sup̃ multis bonis stabilibus,& ex ꝓcessu constabat, ꝙ quædã bona ex illis nõ erant obligata:interponiẽ decretũ assistentiam esse præstandã, & dicta bona cõtenta in libello appretiãda esse &c. & ipsis 1 appretiatis adiudicanẽ: † dicitur tale decretũ nullũ quia interpositũ super bonis non obligatis. & ideo decretũ dicitur nullum, q̃n deficit obligatio. l.j.§.hæc uerba.ff.ne uis fiat ei. not. Bal.in repe.l.ij.ff.de iureiuran. & est text. in l.cum verò.§.subuentũ.ff.de fideicõ.liber. habetur in l.iustè.ff.de acquir.poss.¶Dicebant aliqui dñi de consilio,ꝙ tale decretũ nõ sit nullũ per id qd' dicit Bal. in.c.qm̃.§.fin aute.ut lite non cõtest.ubi dicit, Quid si missio facta est partim ex falso debito,partim ex uero? Rñdeo,ipso iu- 2 re nõ ualet in aliquo.†Sed si totũ debitũ est uerũ, ꝓut erat in p̃senti causa, sed facta est in re maiori, quàm

sit debitum, ualet usq; ad eius cōcurrenté quantitaté. casus est no. in l. fi. §. j. C. de bonis autho. iud. pos. ¶ Ita dicebant dñi dicendū eē in ista adiudicatione pro uero debito super bonis obligatis & non obligatis, ut ualeat pro bonis obligatis tm̄. Et licet BAL. in d. §. sin auté & Pau. de Castr. & ALex. in l. si non sorté. §. si centum. ff. de condi. indebiti. & BAL. in l. fin. ij. col. C. de iure domi. impetra. loquantur, qñ erratum est in æstimatione rei adiudicatæ, quo casu decretū non est nullū, ut ipsi dñt. ¶ Idem dicebāt dicti dñi de Consilio esse, qñ est erratū in adiudicatione bonorū obligatorū, & est erratū in vna re, quæ non fuit obligata, ut remaneat decretum

3 ualidū, quātū ad bona obligata: † q̄a tot sunt decreta, quot sunt res. l. scire debemus. ff de uerb. obli. Ista extensio nunquā potuit residere in animo meo: quia aliud est, qñ est erratum in æstimatione, & aliud est qñ est erratum in adiudicatione rei, quæ nō est obligata: licet sint adiudicata bona obligata, & in ista adiudicatione sit erratū super vna re: quia in primo casu non errat iudex, qui interponit decretū: sed erat ille, cui cōmittitur appretiū. Sed in secundo casu, errat iudex, qui interponit decretū, & illud ē in parte uerū, & in parte falsum: & p

4 consequens in totū ruit, † quia iudicis decretū est indiuiduum: ut in d. §. hæc uerba, ut dicit BAL. in l. certi condi. §. qm̄ igitur. ff. si cer. pet. ¶ Et ideo fuit iudicatū, q illud decretū in totū fuit nullū, nec est uerū, q tot sunt decreta, res, qñ decretū latū est sup pluribus rebus sub vno constructu verborū indiuisibili: quia dicit, dicta bona petita adiudicanda esse, & sic uniuersaliter, quo casu non hēt locū dispō. d. l. scire debemus. secūdùm BAR. ibi. & ille creditor non fecit fructus suos illorū bonorū, ut uirtute nulli decreti pceptos: sed illi fructus medio tpe percepti iure creditoris debent excōputari in sorté, per l. j. & finalē. C. de pig. actio. & not. in l. si do-

5 miniū. C. de pign. † nec obstat, q fructus iudicis authoritate percepti nō debēt restitui: ut est tex. in l. fi. C. de carbo. edicto. quia illud intelligitur, secundū BAL. ibi. nisi authoritas iudicis sine ordine esset concessa Idē similiter per l. non putauit. §. non quæuis ff. de bono. possess. contra tabu. cum concordan.

DECISIO CCXIX.

De iudice laico super testium falsitate ícidēter cognoscēte.

SVMMARIVM.

1 Testes falsi ad ecclesiasticū iudicē remittendi.

2 Iudex quilibet pp magistratuū diuersitatē iurisdictionē habet.

3 Præuentio, quæ per citationē fit, attenditur.

4 Pœna per ecclesiasticū super falso imponenda non tollitur p falsi pœnam à iudice laico imponendam.

5 Iudex secularis an agnoscat incidenter de cā mrīmonij in q̄stiōe facti.

6 Iudex laicus pcedit cōtra falsos testes puentos coram ecclesiastico. Snīa contra snīam diuersorum iudicium in eadem materia.

IN foro archiepiscopi Neapolitani uertebatur causa super fœdere matrimonij, & ibidem fuerunt pducti & examinati testes in fauorem matrimonij. Altera pars, cui displicet dictum matrimonium, accusat ipsos testes de falso in magna curia Vicariæ, quæ rigorosè procedit contra dictos testes. Pro parte ipsorū testiū habetur recursus ad sacrū Consiliū,

1 & corā † sacro Consilio aduocatus dictorum testium dicit, q magna curia Vicariæ non pōt pcedere super dicta falsitate: quia si testes cōmisе-

runt falsum, deliquerunt in curia Archiepiscopi, et aures iudicis ecclesiastici offenderunt: ideo cã debet ad eũ remitti: ut dr̃ in nullũ. C. de testibus. ubi testis falsus punitur per iudicẽ, corã quo falsum testificauit. ¶ In contrarium dicebatur, ꝙ ẽt iudices magnæ curiæ pñt ꝓcedere. Et hẽt lo
2 cũ inter eos præuentio: † quia dicit Bal. in l. j. in fi. C. qũo et qñ iudex, ꝙ pp diuersitatẽ magistratuũ qui libet habet iurisdictionẽ, quia sunt diuersi fori. Et idẽ Bal. in d. l. nullũ. in simili. q. dicit, ꝙ in hoc uterq; magistratus hẽt imperiũ. & dicit Bald. in l. executorem. in viij. col. C. de execu. rei iudi. ꝙ istæ remissiones nõ fiũt nisi in locis, qui sunt sub eodem dominio, sed diuersa est iurisdictio iudicis ecclesiastici à iurisdictione iudicis temporalis: ergo non hẽt locũ remissio, nec põt fieri inhibitio: ut dicit Alex. in apostillis in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. per not. per Inno. in c. uolentes. de offi. deleg. et Archi. in c. de ꝑsona. xj. q. j. ¶
3 † Fuit uotatũ in Consilio, ꝙ curia reuerendissimi dñi archiepiscopi Neapolitani ꝓcedat in causa matrimoniali, et magna curia ꝓcedat super cã falsitatis testiũ, quia accusatio falsi fuit primò inchoata in magna curia Vicariæ, q̃ fuisset incepta per iudicẽ ecclesiasticũ inquisitio super dicta falsitate: & in his quæ concurrunt iurisdictionẽ per ꝑuentionẽ attendit̃ ꝑuentio per citationẽ: ut in l. siquis postea. ff. de iudicijs. not. Bal. in l. pluribus. ff. de leg. j. Bene tñ fuit dictũ, ꝙ si curia archiepiscopi vult inquirere super falsitate dictorũ testiũ,
4 ꝙ põt: †, quia per pœnã falsi imponẽdã à iudice laico, nõ tollit̃ pœna imponenda per iudicẽ ecclesiasticũ pro dicto testimonio falso, ꝑ id quod dicit Cy. in l. ij. C. de sportu. & Bald. in d. l. executorẽ. & Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. viola. & Bal. in l. cunctos populos. xj. col. uer. modò circa hoc. C. de summa tri. & Io. And. in c. felicis. de pœnis. lib. vj. in nouella. & Abbas Sicu. in c. de causis. ulti. col. de offi. dele. cũ concor. ¶ Nec obstat, quod dr̃, ꝙ iudex secularis ẽt incidẽter nõ cognoscit de cã matrimonij. & si cognosceret de falsitate contra testes, qui deposuerunt ꝓ matrimonio incidenter, cognosceret de cã matrimoniali, quod ei non licet: ut in c. tuã. de
5 ordi. cogni. quia † diuisa est iurisdictio spũales à tpali. c. cãm. in Gl. qui filij sint legitimi. ¶ Quia ad hoc rñdet̃, ꝙ si incidit quæstio facti, an sit matrimoniũ contractũ, iudex secularis põt cognoscere: ut dicit Bar. in l. oĩ nouatione. C. de epis. & cleri. & in l. quoties. C. de iudicijs. & in l. ij. ff. de iurisdi. om. iud. & tenẽt scribentes in l. iij. ff. sol. ma. Sed si dubitet̃, an ibi sit aliquod impedimentum, uel an sit validũ dictũ matrimonium, uel aliter dubitet̃ in iure, an sit matrimonium: tũc nec incidenter, nec principaliter iudex laicus põt cognoscere, secũdũ doctores in dictis locis: & ideo iudex laicus põt procedere cõtra testes accusatos de falso testimonio deposito
6 corã iudice ecclesiastico: † nec ꝑ hoc impeditur iurisdictio iudicis ecclesiastici, qui similiter pœna canonica poterit illos falsos testes punire, ut suprà dictum est. Et si iudex laicus absolueret, & iudex ecclesiasticus condemnaret testes de falsitate, quia meliores testes haberet, qui deponerent de falsitate testium, eius sententia ualeret, secundum Bald. in c. fin. de re iudi. iunctis not. per Ioan. Andr. in d. c. felicis. in nouel. cum concor.

DECISIO CCXX.

De trãsactionibus, & de absolutione à iuramẽto. Et de surreptione in rescriptis habilitationis ad effectum agendi.

SVMMVRIVM.

1 Remedio l.ij.C.de rescin.uend.partes an possint specificè renuntiare, item & omni legum auxilio.

2 Transactio an rescindatur prætextu læsionis ultra dimidiam.

3 Remedium l.ij.C.de rescinden.uendi.quando locum habeat.

Aestimatio dubij litis euentus consideratur.

Transactio ad quid inducta.

4 Transactionẽ ex capite læsionis rescindere uolẽs,an acceptum offerre te neatur.

Restituere qui tenetur,agere nõ potest,nisi opponente parte offerat.

Debitum petere non põt,qui quod debet facere,differt.

5 Clausula rato manente pacto,in trãsactione posita,quid operetur.

6 Dolus ex proposito in transactione allegatus,qualiter probandus.

Dolo futuro per renuntiationẽ exceptionis doli non renuntiatur.

7 Dolum excludit ratificatio.

Iuramentum non obligat constito de dolo.

Transactio,quæ per consensus defectum est inanis adueniente cõsensu uires assumit.

8 Dolus pteritus qualiter remittat.

9 Iudex laic⁹ cognoscit de obreptione,de qua ñ cognouit ecclesiastic⁹.

Iudex laicus quando ecclesiastico obedire teneatur.

10 Absolutio ad fines agendi parte nõ uocata,nõ obstãte iuro an fieri possit & ualeat,& an concedi possit etiam inuita parte.

11 Surreptio opponi an possit aduersus habilitationem parte non citata & inuita concessam.

12 Absolutio à iuro est inefficax,si Papæ fuit obreptũ in illius ĩpetratiõe.

Iurm cogit seruare,qui iurat absolutionem non petere, & quãdo illũ Papa possit absoluere.

Surreptio opposita in absolutione, quid denotat.

13 Rescriptũ an reddatur surreptitiũ, si de litis pẽdẽtia mentio nõ fiat.

Lis pendere dr per citationẽ ad instantiam actoris emanatam.

14 Lis in aliquo statu non est ante litis contestationem.

15 Gratia an debeat mẽtionẽ facere de litis pẽdẽtia,uel de primo rescripto.

16 Mẽtio generalis nõ sufficit, ubi particularis in nota dignis deficit.

17 Clausula,omnia pro expresso habẽda,quam habeat uim.

Periurus an,& quando possit absolutionem à iuramento petere.

18 Liti simpliciter renuntians,an & qñ uideatur causæ renuntiasse.19.

19 Dictio lis,quid importet.

Regressus aduersus renuntiationẽ non datur.

20 Ratificatio allegationem tollit nullitatis.

IN causa dñi Ioãnnis de Sãgro de sedili Nidi & Adrianæ Dẽticis cõiugũ ex vna parte,& Ladislai. Denticis de sedili Capuanæ.¶Super quadã transactione fuit de pluribus in sacro a Consilio excitatũ & discussum. a¶Et 1 primò posito† ꝙ in instro trãsactionis nõ esset iurm si liceret dictis coniugibus transigentibus dicere, se deceptos dolo re ipsa, ubi quidẽ in instro renuntiatũ est exceptioni doli, uis,metus,in factũ & omni legũ auxilio.¶Et fuit cõclusum in Cõsilio, ꝙ partes pñt renuntiare remedio l. ij.C.de rescind.uen.specificè:ut concludit Io.de Imo.c.cũ contingat.de iureiur.& doctores in d.l.ij.¶Itẽ pñt renuntiare oĩ legũ auxilio:ut patet ex scriptis per Bar.in auth. matri & auiæ.C.qñ mulier tutelæ offi. fungi possit.& consuluit Ale.in j.uol.cõsi. 2 xliij.& in ij.uolu.cõs.xj.†Item quia transactio non põt rescindi ptextu læsionis vltra dimidiã iusti pretij: ut

dicunt Cyn.Bal.& Sali.in d.l.ij.C.de
rescind.uend.& Bald.in l.ordo.C.de
execu.rei iudi.& in l.fi.§.j.C. cōmu.
de leg.Gl.in l.Lucius.§.fi.ff.ad Tre-
bel.& tenent quasi cōiter docto.in l.
si quis cū aliter.ff.de uerb. obliga.&
Moderni.in l.fratris.C.de trāsac.ubi
dnt istā esse cōem opin. & firmāt Ca
no.in c.cū cām. de empt. & uend. &
Ale.in d.cō.xliij.inci.sup pmisso the
mate.& hoc uerū, nisi habito respe-
ctu ad æstimationē dubij euentus li-
3 tis,sup qua transactio facta est, † tūc
habet locū remediū,d.l.ij.licet cùm
Bar.concurrant.ibi Ang.& Ioann.de
Imo.in c. Quintauallis.in xvj. char.
de iureiu.& Ang.& Io.de Im.in d.l.
si quis cū aliter.& Abb. in c.cū cām.
de emp.& uend.tñ contraria opinio
est uerior.& pro hoc facit,quia tran-
sactio inducta est ut sit litium finis.
¶Et sic sacrū Consiliū uotauit cōtra
opinionē Bar.in d.l.ij. & sic etiā te-
nuit Ale.de Imo.post multa in dicta
l.si qs cū aliter. & ibi multa allegat:
ut ibi per eū. ¶Secūdo dubitatur ex
quo dicti coniuges ex cā dictæ tran-
sactionis habuerunt castrū Pescasi,&
uolunt uenire contra dictā trāsactio-
nē ex capite læsionis.An teneāt offer
re restitutionē dicti castri: & si non
offerunt,non debeāt audiri. ¶Et alle
gabant aduocati Ladislai pdicti tex.
4 in l.si diuersa.C.de trāsac.†vbi is qui
vult rescindere transactionē,tenetur
restituere acceptū.& ibi hoc no.Sali.
& Pau.de Ca.& Bal.in c.j.§. notādū
de his qui feu.dare pos.Et p hoc fa-
cit illud, quod dr, φ si aliquis tenet
aliquid restituere:nisi id offerat par-
te opponēte,non pōt agere: ut not.
doc.in l.iurisgentiū.in princip.ff. de
pactis.& in l.filiæ licet.C.de colla. &
in l.Iulianus.§. offerri.ff.de acti. em.
& Bald.in l. si traditio.in iij.q.C. de
emp.& uend.¶Fuit votatum in con-
silio,φ dicti coniuges debebāt offer-

re restitutionē castri,si uolunt rescin
dere dictā transactionē:ideò dicebat
Bal.in authentic.dos data. C. de do.
ante nup. φ qui differt facere quod
debet,nō pōt petere, quod ei debet.
concordat l.si non fuerit.ff.de iureiu
rā.¶Nec obstat,si dicat,φ Ladislaus
talē oblationē nō acceptasset,ex quo
5 vult stare transactioni: † quia stante
clausula apposita in instro transactio
nis,uidelicet, rato manente pacto,
operat in fauorē eius,qui seruat con
tractū,non autē in fauorem eius qui
cōtrauenit:imò operatur in eius odiū:
ut dicit Gl.in l.qui fidē.ff.de transac.
& in l.iij.C.de iure emphy.facit c.ex
eo.de iureiur.in vj.& uoluit Vitalis
in dicta clausula. in iij. char. et ideo
debuit fieri dicta oblatio,ex quo di-
ctus Ladislaus opposuit, φ aduersa
rij agere non pñt obstante dicta trā
sactione.et ideò debet absolui,prout
dicit Paul.de ca in d.§.offerri.¶Ter
tio fuit dubitatū,posito φ in transa-
ctione non fuisset iuramentū, et eēt
renūtiatū exceptioni doli,uis,metus,
et omni legū auxilio. ¶Vtrū posset
dicere,φ dicta trāsactio facta fuit do
6 lo ex pposito interueniente? † Fuit
votatū,si allegatus transactio dolosa
ex proposito,debet dari terminus ad
probandū ipsum dolum:ut dicit Io.
Andr.in c.j. de litis contesta. lib.vj.
Nec obstat renuntiatio doli facta in
instrumento:quia dolo futuro renun
tiari non pōt l.si vnus.§. illud nulla.
ff.de pactis. Itē quia, eadē facilitate,
qua contraxit,inducta per dolū,renū
tiauit dolo,et sic non ualet, ut dicit
Bart.in cōs.xc.inci.dilecto domino.
alleg.l.l.doli exceptio.uer.diuersum
ff.de noua.facit quod not.Bar.in l.fi.
§.itē qsitū est.ff.de cōdi.indeb.¶Sed
in casu isto nō hēt locū ista allegatio
ex quo dicta trāsactio fuit postea rati
ficata.Et illa ratificatio ñ allegat do-
7 losa ex pposito.†Et ppea ñ fuit dat.

terminus ad probandum de dolo ex proposito, secundũ Io. And. in d. c. j. de litis cõtesta. Imò & si fuisset iurata, & fuisset facta dolo ex proposito, iuramentũ nõ obligat cõstito de dolo: vt bene consuluit Alex. in iij. vol. consi. liij. quod est duplicatũ in j. vol. consil. xxv. in ij. vol. consil. lxxxix. in iiij. col. Sed pp dictã ratificationẽ factam ex interuallo, ẽt ꝙ illa trãsactio fuisset nulla ex defectu consensus, validatur postea interueniente cõsensu vt dicit Bar. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de exceptio. rei iudica. per l. ratum ff. rem ratam habe. & de reg. iur. c. rati habitio. lib. vj. Et iõ dicit Bart. in l. Põponius. v. col. versi. venio ad vers.
8 sed superius &c. ff. de nego. gest. † ꝙ dolus præteritus põt remitti in alio contractu ex interuallo: vt. ff. de pact. l. iurisgẽ. §. si paciscar. secus si fuisset dolus cõmissus in ratificatione. Idem dicit d. Bar. in eadẽ l. in pe. col. in ver. venio ad ratihabitionẽ. ¶ Quartò fuit dubitatũ, ex quo ꝓ parte dictorũ cõiugũ fuit primò ex cõmissione Apostolica cõmissa cã rescisionis iuramẽti interpositi super dicta transactione vicario Neapolitano, & citata fuit pars, & lite huiusmodi pẽdente impetrauit secundum rescriptum absolutionis à iuramento ad effectũ agendi, & fuit facta absolutio & habilitatio ad effectum agendi, absque partis citatione, & dicta habilitatio fuit p̃sentata in sacro Cõsilio, & contra illam oppositũ, ꝙ non ualet, quia ẽ subreptitia, et tacita ueritate impetrata. ¶ Vtrũ sacrũ Consiliũ possit cognoscere an dicta habilitatio et absolutio sit surreptitia et obreptitia?
9 † Et fuit uotatũ per sacrũ Consilium secundùm consiliũ Petri de Ancha. ccclxxxij. ꝙ incip. retento ordine dubiorũ. ubi dicit, ꝙ iudex secularis nõ obedit iudici ecclesiastico, nisi qñ iudex ecclesiasticus ꝓcessit seruatꝰ iuris ordine: ut ibi latius p eũ. et firmat Fel. in c. cùm sit. in v. col. de foro cõpetenti. ¶ Et ideo sacrũ Consiliũ uotauit, ꝙ si opponitur, ꝙ absolutio est surreptitia, ꝙ põt de hoc cognoscere et ita pluries fuit in Cõsilio practicatũ. ¶ Quintò fuit dubitatũ, utrũ dicta absolutio et habitatio, ut possit agere, nõ obstante iuramento, possit dici subreptitia? ¶ Dicebat aduocatus dictorũ cõiugum, ꝙ nõ põt allegari subreptio: quia ista absolutio à iuramento facta est ad effectũ agendi, ut possit solùm agere nõ obstante iuramento, et ostendere de iure suo, non aũt est absolutus, ut non teneatur ad obseruantiam iuramenti interpositi
10 in contractu. † Et ita absolutio seu habilitatio secũdùm magis cõmunẽ opinionẽ põt fieri ẽt parte nõ citata: ut dicit Io. And. in addi. Spec. in titu. de iureiu. in uersi. ubi aũt iurasset. et Old. in consi. cxx. incipiente, ad duplicem finem. et idẽ tenent Cald. in cõs. vij. de iureiu. et Ant. de But. in c. debitores. de iureiu. et in antepen. colum. versi. sed in principali proposito. et Ioan. de Imo. in c. j. de iureiur. et in dicto c. debitores. in ix. col. versi. alia fuit practica. eo. tit. Idem tenet in cõsilijs suis Pau. de Cast. ccxvj. incipiẽ. circa primũ quæsitũ. ubi dicit, ꝙ etiã inuita parte p̃t cõcedi. et Ale. in iiij. vol. consi. xlix. non ẽ consilium Ale. sed d. Antonij. de Prato Veteri. ubi magistraliter loquit̃ in ista materia. sed bene cõsuluit idẽ Alex. in ij. vol. conf. ccxxij. et in ij. consi. liij. et Pet. de Ancha. in conf. xviij. incipiente, in qõne inter Nicolaũ etc. et Lapus allegatio. decima. Idẽ cõcludit Laurentius de Rodulfis in repe. c. consuluit. q. cxxv. de usur. Iaf. in l. nec quicquã §. ubi decretũ. ff. de offi. ꝓcõsulis. et in l. si opꝰ. ff. de ope. no. nun. do. Ant. de Ale. de Neapo. in recollectis suis in rub. C. q. admitti. Marianus Socinus

tractatu de citationibus, articulo septimo, in char.lxxvij. Florianus de sancto Petro in l.in lege aquil. si de letum.ff.ad.l.aquil.Lud.Rom.in fin. suis in uerbo, absolutio. Pet. de Anc. in consi.cxcix.& d. Bartho.Veronē. in trac.cautelarum, char.xviij. & do. Ant.Corse.in sua tabula super Abb. Siculo.in uerbo absolutio.& Ioā. de Milis in suo aureo repertorio, in uer
11 bo iurm.Feli.in c.j.de iureiuran.†Si ergo potest ista absolutio ad dictum effectum concedi parte non citata,& inuita, quia ei non fit præiudicium. ergo nō potest opponi de surreptione, cùm ius suum remaneat saluum, ut dicit consilium Cardi.floren.nouiter impressum xcij.incipiens, nobilis uiri de Vinciguerra, quod allegat Feli.in c.super litteris.de rescrip.

¶Fuit per omnes dominos de consilio dictum,& conclusum, ꝙ licet magis cōis conclusio sit, ꝙ ad effectum agendi posset concedi absolutio à iuramento interposito in contractu ex causa iusta allegata in rescripto Apostolico sine partis citatione, per allegationes supradictas, Tamen si summo Pontifici fuit obreptum uel subreptum in impetratione absolutionis, talis absolutio non tenet, ut in l.& si legibus consentaneum.C.si cōtra ius uel utili.publi.& in distinctione tex.in c.super litteris.de rescrip. ut est videre exemplum, qñ iuratum est in contractu non uenire cōtra cōtractu,& omnia singula vera esse, & non petere absolutionem etiam ad effectum agendi, si impetrauit absolutionem à iuramento ad effectū agē
12 di,†& non fecit mentionem, ꝙ iurauit non petere absolutionem à iuramento, non est absolutus, nec habilitatus, ut possit agere, nisi prius sit absolutus à iuramento de non petēda absolutione à iuramento, ut uoluit Bald.in repe.l.ij.ff.de iureiurand. & idem Bal.& Io.de Imo.in l.hæc scriptura.ff.de cond.& demon.& firmat Feli.in d.c.debitores licet Ludo. de Roma.in consi.cccxxvj.incip.in præsenti consultatione.dicebat, ꝙ iurās non petere absolutionem, cogitur tale iuramentum seruare, licet possit denunciare per Euangelicam denunciationem illum existentem in peccato, qui recepit tale iuramentum, Tamen non est dubium ꝙ Papa à tali iuramento potest absoluere, qñ ex presse sibi narratum est, ut dicit bal. in d.l.ij.Ergo qñ opponitur de surreptione, tñ est dicere, ꝙ illa absolutio nō tenet, quia non est absolutus, & sentit do.Ant.in.d.c.j. de iureiuran. & hoc tenet Lud.Roma.in consi.ccclxxix.incip. circa primum quæstionis articulum,& idem Feli.in c.constitutus.vij.col.de rescri.¶Sexto dubitatum fuit utrum dictū rescriptū impetratum, ut dicti cōiuges possint absolui à iuramento præstito in dicta transactione ad effectum agendi, tñ possit dici surreptitium, & obreptitium ex surreptionibus allegatis.
13 ¶†Et prima surreptio, quę allegatur per dictum Ladislaum est, quia non fecit mentionem dependētia litis coram uicario archiepiscopi Neapolitani ex delegatione Apostolica, sup absolutione petita per dictos coniuges à iuro præstito super dicta transactione ad effectum rescindendi, pp ꝙ redditur rescriptum impetratum super absolutione ad effectum agendi inualidum, per not.in ca.cæterum & in c.super litteris de rescrip.& per Abb.Sic.in c.cum cām.el.ij.de testi. & in c.prudentiam.§.sexta de offic. deleg.Et dicitur lis pendere per solā citationem emanatā ad instantiam actoris, ut est gl.in c.ut debitus, d appel.& patet in cle.ij.ut lit.pen.de cuius intellectu p Lud.in consi.cccxxx. incip.circa primum in.ij.col.& Feli.

Spec.in titu.de actore.§.j. uer.itē ꝙ est periurus.Ale.in cons.xvij. incip. ponderatis his in ij.uol.Sed quia posset dici,ꝙ gnāliter fecit mētionē de dicto piurio,ex quo retulit se qn̄ supplicauit Papæ ꝓ dicta habilitatione ad dictū instrm̄,ubi prędicta erāt expressa,& Papa se refert ad illud,iō ɗ ista surreptione nō fuit facta magna uis.¶Quarta surreptio,quia nō fuit
18 facta †mentio,ꝙ in cā uertente sup absolutiōe à iuro corā uicario Neapo.ex delegatione Apostolica ad effectum rescindendi,fuit renū tiatum liti,& cāæ,& consequēter nō potuit impetrare dictā habilitationem,ēt si simpliciter renunciasset liti,nā uidet̄ ēt cāæ renuntiasse,ut uoluit glo.in l. postq̄ liti.C.de pact.& Bald. Ang.& Sal.& Pau.de cast,ibi,licet Bart. ibi teneat contra,tn̄ eius opi. nō tenet̄, nec opi.Ant.in c.ueniens. de renunc. ut patet ex scriptis per Ale.ibi.& maximè eius opinio non ꝓcedit,qn̄ renunciat̄ liti ante litem contesta.post partis citationē,nam tunc ēt uidetur renunciatū cāę,secus si pars non fuisset citata,ut ibi per Ale. quia uerbū lis,pōt importare instantiam,& ius ī iudicio deductū l.litem.C.de procu.
†Item lis importat ius in iudicio de
19 ductum,ut est glo.& ibi Domi.in c. j.de ꝓcu.lib.vj.& per cōsequēs renunciando liti,vr̄ iuri suo renunciasse,& ad ius renuncianti non dat̄ regressus l.item queritur.§.si uenditor ff.de edil.edi.cū si.& Bal.in.d.l.postquam liti.¶Et sacrum cōsiliū tenuit scdm̄ dist.Ale.in d.l.postquā liti. ꝙ si pars fuit citata in iudicio, & actor renunciauit liti,ꝙ vr̄ renunciasse iuri siue cāæ,ut ibi per eum. ¶ Quinta & ultima surreptio est,quia nō fuit facta mentio,ꝙ dicta transactio fuit postea ratificata,que ratificatio facit ut licet primus contractus fuerit nul
20 lus,†tn̄ ratificatio tollit allegationē nullitatis,ut ꝓbat̄ in l.fi.C.ad ≈ ace. & l.licet.ff.de iudi.nec dictū fuit, ꝙ fuit dolosè facta,ut supra dictū est.. Ideo die iij.Aprilis iij.indi. M.cccc. ꝑ totū cōsiliū uocatū, & ꝓnūciatū fuit stante dicto instro transactionis iurato nō esset ꝓcedendū ad ulteriora in dicta cā nō obstante dicta habilitatione obtenta tanquā obretitia.

DECISIO CCXXI.

De dotis assecuratione in pecunia uiro debita.

SVMMARIVM.

1 Vxor an possit assecurari in pecunia uiro debita marito ad īopiā uergēte.
2 Dos in pecunia assecurata qualiter tractanda.
3 Intellectus,& extēsio ad c.ꝑ uestras. de do.inter uir.& uxo.

IN cā cuiusdā Franciscæ petentis assecurationē dotium ᵃ sup quadam pecunia debita uiro, quia alia bōa nō sunt,dubitat̄,an marito uergente ad inopiā †possit uxor assecu-
1 rari in pecunia prædicta.Videt̄,ꝙ nō quia si pecunia prędicta ueniret ī pos se uxoris uel mariti,consumeret̄, & ipsa remaneret indotata. ¶ Per oēs dños de consilio fuit uocatū,ꝙ dicta uxor assecuraret̄ pro dotibus suis,& antiphato,iuxta l.ubi adhuc do iure dotiū,sup dicta pecunia debita uiro dūmodo pecunia ipsa deponat̄ penes fidū mercatorē,ut ex lucro honesto alimentet̄ ipsa,& eius uir, arg
2 c.per uestras.de dona.inter uirum.& uxo.†ubi uir inops agit, ut sibi tradat̄ dos promissa,dūmodo deponat̄ penes fidum mercatorem, ut de lucro alant̄.Idē dicēdū per eandē rationem,qn̄ uxor petit assecurationē dotium super pecunia uiri,uel debita uiro,& dictum c.per uestras. allegat Bal.in.d.l.ubi adhuc.in vj. colū. uer.sed pone,ꝙ uir non confidit. per rōnem l.si soluturus.ff.de solutio. &

etiam Bal. Nouellus. in vij. parte. in vj. col. ver. secundò fallit. vbi dicit, ꝙ de dicta pecunia poterit etiam emi p̄dium, vt deseruiant fructus oneribus matrimonij, vt not. in c. conquestus. de vsur. cum si. & in l. si constante. in fi. ff. sol. mat. per Bar. & per Cy. in d.
3 l. vbi adhuc. in x. q. Et licet † in ꝓprijs terminis nō fuit inuenta decisio huius dubij: tñ ego allegaui quod dicit Bal. in auth. ꝙ locum. C. de colla. vbi viro vergente ad inopiam si vxor cō stante matrimonio agit hypothecaria super rebus obligatis: creditores mariti possunt dotem in pecunia cō sistentem offerre, & sic fiet assecuratio super dicta pecunia, scd̄m Bal ibi. & in l. si constante. in prin. & ibidem Ang. Ioan. de Imo. & Pau. de castr. & Lud. licet Bart. ibi teneat contrariū, per l. cùm tibi. C. qui po. in pig. habe. & ibi per Cy. & alios. Tamen Alexā. in d. l. si constante. dicit, ꝙ verior est prima opinio. & sic poterit fieri assecuratio dotis etiam in pecunia, iuxta rationem dicti capituli, per vestras. vt suprà dictū est. & ista decisio est mēti tenenda: quia est noua. & non reperiẽ alibi tacta. & est noua extensio ad dictum capitulum, per vestras.

a DOTIVM. In hac materia assecurationis dotiū vide decis. Capellę Tolosanæ. nu. 338. incip. item fuit quæsitū, si mulieri. Et ꝙ talis assecuratio dotiū petaẽ p̄ uxorē, dū vir vergit ad inopiā. & malè vtiẽ substantia sua. t3 etiā Luc. de Pen. in l. litibus. pe. colū. C. de agric. & censi. lib. Th. Gr.

DECISIO CCXXII.

De iure dotium.

SVMMARIVM.

1 Dotis restitutio qualiter fiat.
2 Maritus non conueniẽ in plus q̄ facere possit, nisi in viginti casibus.

DICTAT consuetudo Neapolitana in scriptis redacta, quæ incipit,
1 vbi dos. in ti. de iure dot. † ꝙ si dos in casu restōnis dotis debet restitui ab eo, qui teneẽ dotē restituere, fit condēnatio & exactio in solidū, nec habetur respectus ad l. maritū. ff. sol. mat. & ad l. rei iudicatæ. eo. ti. & l. non tm̄. ff. de re iud. quæ vult, ꝙ maritus non teneẽ, nisi inquantùm facere pōt, nisi in xx. casibus, vt ibi per Alex. nec tali beneficio maritus pōt renuntiare, vt in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. An dicta consuetudo debeat extendi ad casum, qn̄ promissa est dos marito, vt ꝓmittens exigaẽ in solidum absque eo in quantum facere pōt. ¶ Fuit iudicatum in Consilio contra Fabriciū de Zangonissa, qui promisit dotem pro filia Galeaczo Caracxulo, ꝙ in solidū exigaẽ, & non inquātum facere pōt.
2 ¶ † Et idem fuit postea iudicatū per Regiam cameram summariè ꝓ filio Iuliani de la Foresta, contra Francis. in Torres, contra l. sicut autē. ff. de re iud. Vbi socer, qui promisit dotem ꝓ filia genero, matrimonio manente si agatur contra eum, nō tenetur, nisi in quantū facere pōt. Profectò ista est magna extensio & decisio, quare minimè sunt mutanda, quæ ab antiquis interpretationem habuerunt l. minimè, ff. de leg. cum concord.

DECISIO CCXXIII.

De iure protomiscos.

SVMMARIVM.

1 Ius congrui in vicinis qualiter se habeat.
2 Vicinus in re rustica an præferaẽ uicino in vrbanis per ius congrui. Rusticum non trahit ad se urbanū.
3 Coniunctus terræ tantum non habet ius congrui ad domum coniunctam dictæ terræ.

IN ciuitate Neapolitana est con
1 suetudo de iure cōgrui: † ꝙ vicinus & collateralis rei immobilis uenditæ potest iure congrui rem illam pete-

re intra annum, et soluere pretiũ, ꝑut fuerit æstimata per appretiatores Neapolis. Euenit ꝙ venditur quædã domus, quæ est collateralis & coniũcta horto vel curti domus cuiusdã uicini, & coniuncta domui alterius uicini. ¶ Quæritur utrum dominus horti vel curtis, qui hortus vel curtis est de domo quæ habet introitũ & exitum ad dictũ hortum uel curtim, possit petere iure congrui dictam domũ uen-
2 ditam. ¶ †Bis fuit iudicatũ, ꝙ vicinus horti uel curtis non habet ius cõgrui ad domũ coniunctam dicto horto, uel curti: quia dictus hortus uel curtis licet sit de domo, tamen est res rustica, & rusticum non trahit ad se vrbanum. argu. ff. de actio. emp. l. fundi. & ff. de leg. iij. l. Lucius. § collegio. secundũ gl. Neap. in j. consuetu. de iure congrui in versicu. domum. & alia gl. in verbo, terram. in fi. vbi dicit, ꝙ
3 coniunctus† terræ tantùm, non habet ius congrui ad domum coniunctam dictæ terræ, etiam si per ipsam domũ habeatur aditus ad terrã. ¶ Et sic post ea fuit iudicatum per regiam Cameram summariè in causa appellationis Georgij Scarczæ cum Benigno de Spanothij.

DECISIO CCXXIIII.

De seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 Seruitus fenestrę quomodo consideretur.
2 Extensio ad consuetudinem Neapolitanam super seruitute fenestræ.

CONSVETVDO ciuitatis Neapolis, in titulo, de seruitutibus, quæ incipit, si quis habet domum di-
1 cit, † ꝙ habens domum iuxta curtim vel hortum domus vicini, & habet fenestram uel aperturam, per quam habet aspectum ad dictam curtim, vel hortum uicini cum cantonibus modulatis. Si supradictam domum velit fabricare, & facere aliud membrum, potest facere fenestrã cũ cantonibus, prout est illa inferior per directum. ¶ Fuit dubitatum in sacro Consilio, vtrum sicut potest facere fenestram per directũ fenestræ inferioris in mẽbro superiori, ita possit facere fenestrã per directum fenestræ superioris mẽbri in membro inferiori in quo nõ
2 erat fenestra. ¶ †Et fuit votatum in pleno Cõsilio doctorũ, ꝙ licet in mẽbro inferiori facere fenestrã per directũ in mẽbro inferiori eiusdẽ latitudinis, prout erat fenestra existens in mẽbro superiori. & sic fuit extẽsa dicta consuetudo, ut nõ solũ liceat facere aperturã in mẽbro superiori. prout est apertura in mẽbro existente in medio duorũ mẽbrorũ. Sed etiã licet facere aperturã similem in membro inferiori per directũ suprã solũ vicini, dũ tamen illam cancellet, ne de facili habeat introitũ & exitum ad curtim vel hortum vicini.

DECISIO CCXXV.

De seruitute fenestræ.

SVMMARIVM.

1 Fenestra quando veniat claudenda ad petitionem domini soli, vbi habet aspectum.

EST cõsuetudo Neapolitana in titu. de serui. quæ incipit, & vbicunque. quæ vult ꝙ apertura vel fenestra debet esse cũ cantonibus, quando est supra solum vicini ad hoc vt vicinus possit ipsam retinere supra solum ui-
1 cini. ¶ †Fuit dubitatũ, q̃d si fenestra supra hortũ vel solũ vicini nõ est cũ cantonibus, sed est cũ cancella ferrea fabricata calce et puteolana, vtrũ possit claudi. videř ꝙ sic, quia non est cũ cantonibus. ¶ Fuit facta fides in Consilio, ꝙ semper fuit obseruatum, ꝙ si apertura non est cũ cantonibus, sed cũ cancella ferrea, ꝙ illa cancella ferrea uel de lapide marmoreo hr̃ loco

tantonum: secus si cācella est lignea. ¶ Et ita fuit postea pluries iudicatū: secus si cancella esset de ligno in fenestra sine cantonibus, quia tunc deberet claudi ad petitionē domini soli vbi habet aspectum.

DECISIO CCXXVI.

De dotis exactione.

SVMMARIVM.

1 Contractus matrimonialis in dubio an intelligatur factus secundum loci consuetudinem.

2 Consuetudo regionis in contractibus, an & quando cōsideranda. 6.7. Doctor conductus ad legendum an possit legere per substitutum.

3 Testandi facultas concessa, loci respicit consuetudinem.

4 Contractus interpretatur secūdùm loci consuetudinem. Testator in dubio id videtur voluisse, quod statutum suæ patriæ.

5 Feudum concessum morem suæ patriæ trahit.

7 Dos est sequela matrimonij, quę debet exigi secundū loci viri modū. 9. Instrumentum dotalium secundum cōsuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus, celebrandum.

8 Baldus varius. Forus legis municipalis ibi est, vbi est forus solutionis.

SERENISSIMVS Rex Ferdinandus primus voluit intelligere à doctoribus suis consiliarijs decisionem huius dubij. Rex Alfonsus tunc dux Calabriæ, eius filius primogenitus cū eius voluntate filiā suam dedit in vxorē illustrissimo duci Mediolani, & Matrimonium per verba de præsenti contractum fuit in ciuitate Neapolis, & ibidem fuit promissa fieri solu-
1 tio dotis. †Quæritur vtrum capitula matrimonialia debeant stipulari secū dū cōsuetudinē Neapolis, vbi fuit factus cōtractus matrimonialis, & vbi solui debet dos, uel secundū consuetudinē Mediolani, cuius dñs est illustriss. dux Mediolani, & ibi natus est. ¶ Per dictos Doctores fuerunt allegata infrà scripta iura, ad ostendendū, ꝙ contractus prædictus matrimonialis & promissio dotiū intelligitᷣ in dubio factus secundū consuetudinē loci, ubi fuit factus dictus contractus. ¶ Et primò allegatᷣ tex. in c. j. de precario. ibi, & antiqua consuetudo renouetur de quinquennio in quinquenniū. dicit ibi Inno. s. patriæ, vbi fit cō tractus. †Nā in contractibus veniunt 2
ea, quæ sunt moris & cōsuetudinis regionis, ut in l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. ædic. pro hoc l. si finita. in prin. ff. de dā. infec. l. si quis reū. ff. de cust. reor. l. si prius. ff. de aqua plu. arc. not. Abb. Sicut in c. quanto. de iureiur. cū concor. Hinc est, quòd dixit Bar. í l. nemo est q̃ nesciat. ff. de duo. reis. ꝙ si doctor cōductus est ad legē dum in aliqua ciuitate, & de iure est, ꝙ non pōt legere ꝑ substitutū, quia videtᷣ electa industria personæ: ut in l. inter artifices. ff. de sol. tñ si est cōsuetudo loci, ꝙ doctores pñt legere per substitutū, intelligitᷣ tacitè actum, ꝙ posit legere per substitutū: & sic secundū consuetudinē loci, vbi fit contractus. Et pro hoc facit quod dixit Bal. in l. j. ff. sol. mat. ꝙ contractus intelligitᷣ celebratus secundū consuetudinē, ubi fit. Et idē Bal. in l. fi. C. de fi
3 deicom. †dicit, ꝙ si alicui data est potestas testandi, intelligitur secundum consuetudinem loci, ubi fit testamentum. hinc est, ꝙ dicit Barto. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. ꝙ si pr̄ recepit rē in emphyteusim ꝓ se & filijs suis masculis & fœminis, admittenē post mortē pr̄is in dicta re emphyteutica pariter masculi, & fœminæ, ut in §. emphyteusi. in auth. de nō alienā. sed si loco illo erat statutū uel cōsuetudo dispones, ꝙ exītibus

masculis filiæ fœminæ non succedāt, tunc admittenē ordine successiuo .s. primò masculi, postea fęminę mascu lis deficientibus: quia uerba dicti con tractus intelligunē scđm statutū loci vbi est factus. per not. in l. Gallus .§. quidā rectè. scđm quintā lecturā .ff. de lib. & posthu. Et de ista decis. fuit memor Alex. in j. uol. con. cxxvij. in
4 cip. uiso testō &c.¶ †Semp.n. contractus interpretat scđm consuetudinē loci, ubi celebratus est. l. dñi pdiorū. C. de agri. & cēs. lib. xj. not. Bart. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. Io. And. in regula, qui facit. in mercu rialibus. Bal. in l. j. C. p soc. in iij. q. et in l. hmôi. ff. de leg. j. Sicut ēt dicim⁹, ꝙ testator in dubio vr̄ id uoluisse, qđ uoluit statutū suæ patriæ, secundum Dy. ut refert Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebel. Et hoc uoluit Io. de Imo. in c. potuit. circa fi. de locat. & Pet. de Anch. in cōs. ccccxiij. prout allegat Alex. in iiij. uol. cōs. lij. in ix. col. & idē Alex. in v. vol. cōsil. xlvj. in fi. & And. barba. in c. ꝙ translationē. de offi. leg. ubi multa circa hoc dicit. ¶Scđō pro hac parte allegabat Bald. in c. j. § si qua controuersia. de pace
5 Constan. †vbi dicit, ꝙ si Imperator dat feudū in Alamania mihi Tusco, vr̄ concessum scđm consuetudinem Alamaniæ, & nō secundū consuetudi nē Tuscię. & sic econtrà. Et est rō, qa præstatio rei intelligit secundū locū, vbi debet fieri traditio. l. semp in stipulationibus. ff. de reg. iur. Io. And. in c. Raynutius. de test. aliud de iure Lō gobardo, secundū Bal. ibi. ¶Tertiò p hac parte allegat Bal. in l. vnica. §. taceat. C. de rei vxo. actio. ubi dicit, ꝙ indefinita cōuētio in matrimonio in telligit secundū consuetudinē regionis, vbi fit cōtractus. alleg. l. ex ea par te. in prin. ff. de uerb. obli. Accedat ad hoc quod not. Andr. de Barulo, in l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. x. vbi dicit, ꝙ mandatū regium, ꝙ quis exigat pecuniam fiscalē, intelligit secundū consuetudinē loci, vbi debet fieri solutio siue exactio pecuniæ, hoc ēt retulit Bal. in l. j. C. si propter publ. pensita. & Lud. in cōsi. cxj.
6 †Et licet regulariter consuetudo loci, ubi fit contractus, debeat inspici, p l. si fundū. ff. de euict. hoc verum, qñ agit quò ad originē uel ordinē contractus: nā tunc in actu gerendo inspi citur consuetudo loci, ubi fit cōtractus, ut dicit Bar. in l. j. in fi. ff. de ven. inspi. Sed si agatur quò ad resolutionē contractus, inspicimus locū iudicij, ubi debet conueniri, per tex. in l. exigere dotē. ff. de iudic. bene faci. l. cōtraxisse. ff. de actio. & obli. secūdū Guiliel. de cuneo, & alios scriben. in d. l. exigere dotē. ut refert Bal. in l. cū ctos populos. & ibi Bar. C. de summa trinita. Idē dicit Albe. de Rosa. in d. l. exigere dotē, dicēs, ꝙ si quidē tractatur de conficiendis instrumentis dotalibus, & super pactis in eis apponēdis secundū quæ debet celebrari in-
7 strumentū dotale, †& tunc debet seruari consuetudo loci, ubi celebratur matrimoniū, quia dos est sequela matrimonij, secus si tractatur de repetitione dotis: tūc inspicit consuetudo viri, per d. l. exigere. ita etiā dicit Ab. Sicu. in c. j. de sponsa. Sed in casu, de quo quæsiuit Regia maiestas, tractat de instris dotalibus cōficiendis, & nō de restōne dotis, meritò debet celebrari dotalitiū instrm scđm consuetudinē loci mulieris, vbi fit cōtract⁹. Et sic debet intelligi qđ dicit Bal. in l. fi. C. si à nō cōpe. iud. & in l. volūtas. C. de fideic. ꝙ in contractu dotis inspicit cōsuetudo uiri, si uxor traducitur in domū viri. Secus si vir ad domiciliū uxoris. p d. l. exigere dotē. quę loquitur in repetitione dotis, & non in traditione dotis. licet Bal. in auth. omnes peregrini. C. commu. de suc-

cef.dicat,ꝙ tã in promittẽda dote,q̃ in restituenda inspicitur consuetudo
8 viri.†Sed Bal.in hoc fuit varius:quia aliter dicit in c.j.§.fi.de ĩuesti.de re. ali.facta. vbi dicit, ꝙ tunc inspicitur cõsuetudo viri,qñ contractus est celebratus in loco domicilij viri,vel in quodã loco tertio. Sed si contractus est celebratus in loco domicilij uxoris: tunc inspicit̃ cõsuetudo loci,vbi fit cõtractus.Et vbi est forus solutionis,ibi est forus legis municipalis. al le.Io.And.in c.j.de spõsa.& dicit, ꝙ istud dictũ est paucis notũ. his sic discussis. ¶Sumus ergo in conclusione in hmõi quæsito ꝙ in dote exigenda attenditur consuetudo loci ipsius uiri,per d.l.exigere dotẽ. quæ induxit hoc speciale, scd͂m Bart.ibi, in dote, ut maritus non sortiatur forum in loco contractus, qui locus est domicilium uxoris, sed sortitur forũ in domicilio ,ꝓprio.licet Pau.de cast.ibi, in d.l.exigere dotem. dicat,ꝙ nõ est
9 speciale in dote,vt ibi per eum. † Tamen Bar.& Bald.dicunt,ꝙ si in loco domicilij mariti statutum disponit, ꝙ uxore decedente sine liberis, maritus lucretur tertiã partem dotis, sed in loco domicilij uxoris,ubi celebratus est cõtractus dotis est, alia cõsuetudo: attenditur statutũ loci,in quo maritus habet domiciliũ, secus in alijs contractibus: vt in d.l.si fundus. cum simi.& ita tenet expresse Ange. in d.l.exigere.licet ponat alias opin. Idem Bar. in d.l.cunctos populos.& Arch.xxxij.distin.c.jllud. & hanc cõclusionem firmãt Anto. de Butr. & Abbas in d.cap.j.de sponsa. & etiam Præpositus sancti Ambrosij ibi. & Abbas in c. fin.xij.col. de foro compe.& firmat Alexã. de Imo.in.iij.uolu.consil.cj.incip. ex inspectione di-
10 ctorum statutorũ &c.¶†Quare nobis videtur,ꝙ fiat stipulatio in restitutione dotium secundùm consuetudinem ciuitatis Mediolani inter magnates & illustres ꝑsonas.Et ita scriptum fuit præfatæ Regiæ maiestati, & dicit ibi Ang.ꝙ hæc est ueritas, ꝙ est speciale,ꝙ in dote quis non sortitur forum in loco contractus.Et hoc tenendum est, & ita audio quòd factum fuit.

DECISIO CCXXVII.

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 Iurisdictio delegata non est prorogabilis ad ꝑsonas non expressas.
2 Annexa ueniunt in delegata iurisdictione.
Citatio est de annexis ad litem.
Venditor in foro emptoris debet emptorem defendere.
3 Ius exorbitans ratione connexitatis extenditnr.

QVIDAM nobilis agit petitorio & possessorio cõtra quendã tenẽtem & possidentẽ quandã rem stabilẽ,& impetrauit iudicem delegatũ à Rege.Citat̃ ille possessor, cõparet & laudat auctorem suũ, & idem iudex delegatus citat illũ auctorẽ laudatũ, qui nõ est nominatus in rescripto delegatorio. ille auctor laudatus est cõ
1 tumax.¶†Fuit dubitatũ, utrũ iudex delegatus prædictus potuit citare illũ auctorem non noiatũ in rescripto. Videbat̃ dicendũ, ꝙ non per c.P.& G.de offi.deleg.Vbi iurisdictio delegata nõ est ,ꝓrogabilis ad ꝑsonas nõ expressas,intantũ,ꝙ si est impetratũ contra Titiũ, qui tpe impetrationis erat mortuus, non transit in eius successorẽ:ut in l.neratius.ff.de reg. iur. no.Abb.in.c.significauit.de rescri.in
2 fi.¶Tñ in contrariũ fuit decisum,†uidelicet, ꝙ iudex delegatus in dicta causa potuit citare illum auctorẽ laudatum non nominatum in rescripto uel supplicatione, quia hoc uenit in consequentiã primæ litis, & sic hæc citatio

citatio est de annexis ad dictum litē, sc̄d̄m Pau.de cast.in l.uenditor.ff.de iudi.hoc etiam voluit Abb.sicu.in d. c.P.&.G.& ꝙ hoc in consequentiam vī sibi cōmissum, probatur in l.j.C. vbi in rem actio.uenditor in foro em ptoris debet emptorē defendere. ad idem l.uenditor.ff.de iudi.& licet do mi Abb. in loco præalleg. dubitauit de hoc: tñ Andr.barb.ibi dicit,istam decisionem esse verissimam, ex eo,
3 †quia rōne connexitatis extenditur ius exorbitans:ut in l.ij.C.de cōsorti.eiusdē litis.& in Cle. si religiosus. de procu.& ꝙ no.in c.fi. de postu.fa cit c.prudentia.§.sexta.eo.tit.de of- fi.deleg.vbi fit extēsio rōne accessorij ex iuris dispositiōe. & ibi allegat alia similia. & ideo quia cōstabat, ꝙ tenebatur de euictione, fuit condēna tus ut breui manu fiat executio con tra eū,iuxta formā Regiæ pragmatice Regis Ferdinandi primi.

DECISIO CCXXVIII.

De hæreditatis possessione data cōtra possidentē titulo.

SVMMARIVM.

1 Hæreditatis petitio,& q̄ñ detur contra titulo possidentem.

2 Titulus nullus habet̄ pro nō titulo.

QVIDAM egit petitione hæreditatis cōtra conuentū,qui opponit,
1 ꝙ ipse possidet cū titulo,†& petitio hæreditatis non dat̄ cōtra titulo po sidentē:ut in l.regulariter.ff.de peti. hære.& not.in l.hæreditatis.C.eo.ti. & ibi Bart.ponit rōnem, quare petitio hæreditatis non datur cōtra titulū possidentē.& est tex.in l hæreditatē.C.in quib.cau.cessat lōgi tēp.præscrip.¶Fuit determinatū in cōsilio, ꝙ ex quo repertū est, ꝙ ille titulus donationis fuit quæsitus post mortē illius,de cuius hæreditate agitur, ꝙ petitio hæreditatis datur contra possidentē titulo a quæsito post mortē illius, de cuius hæreditate agitur: ut bene firmat hoc Pau.de cast.in cōsi. v.idem q̄ñ ille titulus fuisset quæsitus ante mortem eius, de cuius hære
2 ditate agitur,& fuisset nullus.† tunc titulus nullus habet̄ pro non titulo. vt in l.nec ullā ff.de peti.hęre.& si titulus fuisset quęsitus viuo defuncto, de cuius hæreditate agitur, & eēt ualidus,tūc petitio hæreditatis non datur contra titulo valido possidentē. ita Bal.in l.fi.xj. op.C.de edic. diui. & ibi Pau.de cast.in dicto consilio.& Bar.in l.etiam.§.si quis sciens.ff. de petitio.hæredita.

a POSSIDENTEM TITVLO. Petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem.in contrariū teuet Alexan.consil.clxxxix.in.v.volum.cum seq.Thomas Gram.

DECISIO CCXXIX.

De quæstione falsi incidenter cadente in causa ciuili.

SVMMARIVM.

1 Falsum incidens an faciat supersedere in causa ciuili.

2 Accusatori nimium se arctanti imputandum.

3 Limitatio ad l.fi.C.de ordi. cogni.

4 Testes plures in una accusatione de falso possunt accusari.

SAEPE & sepius euenit, ꝙ pendente causa ciuili in sacro cōsilio accusant testes aliqui examinati in dicta causa ciuili de falso:& principali, qui eos produxit in magna curia Vicariæ: & pro parte accusatoris petit̄ in sacro consilio, ꝙ pendente dicta causa falsitatis nō ꝓcedatur in causa
1 ciuili. ¶†Dubitat̄ an pendente dicta causa falsitatis sit supersedendum in causa ciuili.Fuit per me ostēsus Tancredus in sua cōpendiosa, in titu. de iudi.in x.q.qui tenet, ꝙ ista causa falsitatis est præiudicialis ad causam ciuilem. & ideò debet supersederi in

causa ciuili, per l. fina. C. de ord. iud. & bene examinatur ista qõ in l. j. C. qui accu. non pos. per Cy. & Bal. & dicit gl. & And. de Iser. in constit. Regni, si ciuiliter agens, ꝙ per dictã cõstit. est correcta dicta l. ij. quia in regno pariter procedi potest sup utraque causa. ¶ Dicebant alij domini, ꝙ in hac qõne est sic distinguendũ, aut nomẽ receptum est inter reos, i. ꝙ sit lis contes. & non liquet de cã, nec est cã cõclusa, & tunc debet in ciuili supersederi. Si uerò liquet de cã, & est conclusum in causa ciuili, tunc ꝑ accusationem prædictam non debet supersederi in causa ciuili, ut in l. negãda. C. qui accu. non pos. & dicebãt dicti dñi, ꝙ ita dicit Bar. in l. is qui re[9]. in fi. ff. de pub. iud. licet Bal. contra ĩ l. si quis testibus. C. de tes. † quia imputãdum est dicto accusatori, qui nimium se arctauit, ut in. l. ij. §. si quis. ff. si quis caut. ¶ Item quia ubi dicto accusatori põt negligentia uel mora imputari, tuñc per accusatiõnẽ falsi prædictam non supersedetur in cã ciuili. & hoc dicunt uoluisse Cyn. in d. l. j. ult. q. C. qui accu. non pos. arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. & de temp. app. l. nemo. & hoc tenet Sali. in l. si docueris. C. de fal. & Ioã. and. in loco. ĩ. allegando. d. Anto. de Ale. & do. Anto. de baldaxi, subdebãt aliam distinctionem, ꝙ ubi non põt mora uel negligentia imputari, aut ius totius causæ consistit in illis testibus accusatis de falso, et tunc debet supersederi in cã ciuili, & hoc per duas authoritates coniunctas, uidelicet, per id ꝙ dicit Bal. in l. fi. C. de fi. instru. et per id ꝙ dicunt Cy. Rich. & Bal. ĩ d. l. i. C. qui accu. nõ pos. & ꝑ id ꝙ dicit Abb. Sicu. in ij. uol. consil. xvj. incip. in præsenti q. fratrum &c. et sic intelligitur, ꝙ dicit Bart. in l. si

3 testiũ. ff. de peti. hære. † ꝙ si accusãt principalis & testis debet supersederi. & ad hoc faciunt omnia iura, quæ alleg. Pet. de anc. in cons. lxj. inci. duplici respectu. Si uero ius totius cãæ non consistit in illis testibus accusatis, sed tñ adminiculatur in causa, et tunc non supersedetur in cã ciuili, ut dicit gl. vj. q. j. in summa. & ita limitatur d. lex fi. C. de ordi cognit. & sic intelligitũ d. gl. in d. consti. Si ciuiliter. Et licet istud dubium tangãt diffusè in d. l. j. C. qui accu. non pos. & in locis prealle. & per Ale. in apostil. in l. ij. ff. ui bo. rap. & in l. ꝙ ait. §. quod ait. ff. de adul. & per Io. and. in rub. de crimine falsi. in additi. Spec. ubi se remittit ad additionem suam quam posuit in Spec. in tit. de off. de leg. §. restat. in addi. quæ incipit, Ol. in sua disputatio. uersi. & quia &c. ¶ Tamen in dicto casu sic præposito in consilio Regio, ubi fuerunt undecim doctores consiliarij. Ita fuit conclusum ut. ĩ. An approbata sentẽtia

7 Ang. † ꝙ plures testes in una accusatione possunt accusari de falso, ut ipse concludit in l. hos accusare. §. lege iulia. ff. de accu. & Ioã. de ana. in. c. ij. eod. ti. Et dicebat do. Andræas Maiconda unus ex dictis regijs consiliariis, ꝙ cum ista distinctione de qua ĩ. fuit aliàs deliberatum, in consilio Regio Ferdinãdi primi in cã Castrorum Cogliani & Sinerchiæ inter Rogerium de Iesualdo & eius uxorem ex una, et Amelium de Cinerchia ex altera.

DECISIO CCXXX.

De clerico falsum deponente coram iudice seculari.

SVMMARIVM.

1 Clericus falsum corã iudice laico deponẽs, qualiter et ꝑ quẽ puniẽdus. Intellectus ad l. nullũ. C. de testi.

2 Clericus delinquendo quem sequatur forum.

4 Iudex causa ciuilis non põt crimina-

liter procedere.

Opinio quæ magis adhæret conſcie-tiæ tenenda.

5 Conſcientia decidit maledicta continere.

Vſurpare iura nemo debet alterius.

FVIT per relatorem cauſæ dubitatum,† ſi clericus depoſuit falsũ coram iudice ſeculari, qualiter ſit cõtra eum ꝓcedendum per iudicem ſecularem. fuit dictũ, ꝙ ſuper iſto dubio ſunt tres opi.¶ Prima fuit opinio glo.in l.nullum C.de teſtib.quæ uult, ꝙ iudex laicus pôt punire teſtẽ clericum falſum deponentem corã ſe. Et iſtam opinio.ſecuti ſunt Cyn. Bal.& Sal.ibi ¶Secunda fuit opinio Hoſtiẽ.uidelicet, ꝙ d.l.nullum. non aſtringit clericos,& ſic iudex laicus nec principaliter, nec incidenter poterit punire teſtem clericum depo-nentem falſum coram ſe,& pro iſta opini.alleg.tex.in aut.ſtatuimus. C. de epi.& cler.ubi dicitur, ſtatuimus ut nullus eccleſiaſticam perſonã in ciuili uel criminali detrahere ad iudicium ſeculare præſumat, cõcordat c.ſi diligenti.de fo.compe.hanc opi. ſecuti ſunt do.Ant.de But. poſt Inno & Io.and.in c.uerum de fo.compet.& Ioan.and. in c.at ſi clerici. de iud.& communiter Canoniſtæ in capitu.dilectus filius de pœnis. & in c. ij.de crimine falſi & ibi per Ioan.de ana.poſt alios.¶ † Nec ob.id ꝙ dici-

2 tur ꝙ clericus delinquendo ſequitur forum in loco delicti, quia intelligitur de foro eccleſiaſtico, et non de foro iudicis laici, ut in c.dilecti.de foro compe.hanc opin. canoniſtarum ſecutus fuit Bar.in l.diuus.ff.de fal. facit bonus tex.in aut.de teſtib §.& licet, ubi ille iudex pôt punire falsũ teſtem, qui habet authoritatem ſupeum hoc etiam tenet Arch.v.q.vj.c. præsbyteri.& Petr.de anch.in l.quoties.C.de iudi.¶Tertia fuit opi. Fed. de Sen.in conſil.xcij.incip. factum tale eſt, ubi uoluit, ꝙ iudex ſecularis non ad accuſatiõem partis, ſed ex officio extraordinarie in pecunia uel contra fideiuſſores pôt punire clericum.†Sed extraordinarie & per uiã

3 accuſationis non pôt, ſed debet remittere ad epiſcopum ſuum.hãc opinionẽ.dicit æquam eſſe Pet.de ancha.in regula, ea quæ.in xxj.q. & eã tenet Ange.in d.l.quoties.C.de iud. & idem Ange.in l.ſi uacantia C. de bon.uac.bene facit, quod dicit Petr. de anc.in conſi.clxxij.incip.circa primum dubiũ,&c.ubi tenet, ꝙ iudex delegatus in cauſa ciuili beneficiali pro falſitate commiſſa coram eo pôt punire iactura cauſæ, et ĩponere ꝑpetuũ ſilentiũ, et ſic non ordinariẽ, ſed extraordinariẽ, ſed iſtud cõſiliũ parũ facit, q͂a ille iudex erat eccleſiaſticus, licet cauſa eſſet ciuilis. quia † iudex

4 cauſæ ciuilis non pôt criminaliter ꝓcedere, ut dicitur in dicto conſilio. Quam opi.ex dictis tribus opi.elegerit ſacrum conſilium, non poſſum cũ ueritate decidere, quia uota erant uaria.nec Viceprotonotarius ſtrinxit Conſiliarios ad uotandum, prout erat moris. Sed prout ego comprehendere potui, domini de Conſilio magis inclinabant in ſecundam opinionem. Et ex libero uoto meo concurro cum dictis Doctoribus tenentibus opinionem Hoſtiẽ.quæ fuit ſecunda in ordine, quia illa eſt magis ſecura quò ad conſcientiam.et ita uidetur inclinare Aretinus in tractatu maleficiorum.in uerbo, falſario, et ibidem adijcio Auguſtinum in duobus locis ibi, et dicit quòd in practica ab opi. Bart.in dicta l.diuus.la ſe-

5 cunda, non recedas. ¶ † Conſcientia enim didicit maledicta continere, ut dicit Philoſopus ſecundum Abba. in capitu.magnæ.ij.columna.de uoto, quia Diuiſum Imperium cum

Ioue Cæsar hēt, secundùm Virgiliū. & alibi, Nolite tāgere Christos meos i. clericos. cum tota humana creatura diuisa sit in duas partes. s. in laicos & clericos: ut in c. duo. xij. q. j. & sic distinctos hēt iudices. iura sunt uulgaria: ut in c. solitæ. de maio. & obe. & in toto titu. de fo. competē. & xcvj. dist. c. duo sunt. & nullus debet iura alterius usurpare. xcvj. dist. c. cùm ad merum.

DECISIO CCXXXI.

Reuisionis materia.

SVMMARIVM.

1 Reuisionis causa est ad instar causæ appellationis.

2 Arresta parlamentorum non suspēduntur per reclamationem.

3 Reclamatio à reuisionali arresto nō admittenda.

Dicit Regia pragmatica Regis Ferdinādi primi, ꝙ qui in cā principali nihil posuerit uel probauerit, cum in snīa condemnatur in expēsis, & condemnatus appellat, ꝙ non proceditur in cā appellationis, nisi prius reficiat expensas, ad quas fuit condēnatus &c. ¶ † Fuit dubitatum, vtrum
1 ista pragmatica hēt locum in cā reuisionis à snīa sacri Consilij, ut non audiatur in cā reuisionis, nisi prius refectis expensis, ad quas fuit condemnatus in snīa sacri Cōsilij ex quo in prima instātia nihil posuitvel probauit. ¶ Dubiū facit: quia cā reuisionis ē ad instar causæ appellatiōis. licet in multis inter se differant: ut patet in Spec. in tit. de supplicatione. §. antepenul. ¶ Sed in contrarium fuit decisum in Consilio, ꝙ dicta pragmatica nō hēt locū in cā reuisionis à snīa sacri Consilij. Et est rō, † quia snīa sacri Con-
2 silij non suspenditur per reclamationem, imò mandatur executioni non obstante reclamatione: ut in l. j. C. de senten. præfect. præto. & in authen. q supplicatio. C. de preci. imperato. offeren. & in authen. ut sponsa largi. §. illud. & notatur in ca. suscitata. de in integrum restitutio. præstita tamen fideiussoria cautione de restituenda executione in casu retractationis: ut in dictis iuribus non tñ fiet executio in expensis contentis in prima snīa sacri Consilij, ēt ꝙ nihil sit positum uel probatum in prima instantia. Et qñ illa snīa cōfirmabitur, tunc fit exe-
3 cutio in expensis. † Et ab illa snīa lata in cā reclamationis non est licitū reclamare: nec admittitur, si reclametur: ut in l. si quis. C. de precib. Imperato. offerē. & in l. j. C. ne liceat in vna eademq; causa tertiò prouocare. & sic semper obseruatum fuit.

DECISIO CCXXXII.

De renuntiatiōe hypothecæ rei feudalis sine domini cōsensu.

SVMMARIVM.

1 Renuntiatio hypothecæ super feudis per creditorem feudatario, an teneat facta sine Regio assensu.
Pactum omne est contractus etiam ordinatum ad distrahendum.
Contrahere prohibitus, an prohibitus sit distrahere.

2 Liberatio est donatio.
Remittere idem est quod donare.

3 Cōmercium omne super feudis sine domini consensu est prohibitū.

4 Vinculum id soluere debet, quod ligauit.

5 Remissio iurium ad feudum dicitur donatio.

6 Alienatio feudi sine consensu domini quando teneat.

7 Remissio pignoris & hypothecæ non est prohibita inter uirum & uxorem.

8 Feudatarius non potest remmittere minimum quid de feudo.

9 Refutatio nō plus operatur, quàm carentia iuris à principio.

FEUDATARIUS habens feudum, quod erat alteri obligatū & hypothecatū pro certa pecuniarum quantitate interueniēte Regio assensu in forma probante, venit ad conuentionem cū dicto creditore, ꝙ dictus creditor dicto feudatario renunciet iuri hypothecæ, quā hēt super dicto feudo: & super ista renuntiatione hypothecæ nullus interuenit assensus
1 Regius. ¶ † Dubitatur an talis renuntiatio, hypothecæ super feudis valeat sine Regio assensu. ¶ Prima facie videbatur, ꝙ non sit valida: quia ista remissio hypothecæ facta dicto feudatario est contractus, vt apparet ex istro hinc est quod dicit Bal. in rub. C. de pac. Omne pactū est contractus, ēt si ad distrahendum ordinetur. alleg. gl. ff. de act. & obli. l. j. ¶ Itē quia prohibitus contrahere, uidetur ēt prohibitus distrahere, secundùm Bal. in dicta rub. Et idē Bal. in l. fi. in prin. C. si tutor vel cura. inter. Et prohibitus contrahere est ēt ꝓhibitus cōtrahere ad
2 liberādū: † quia liberatio donatio ē, secundùm Bart. in l. si vnus. §. pactus. iij. col. ff. de pact. per l. in ædibus. §. j. ff. de dona. cum simi. tenet Bar. in l. si de certa. C. de transact. ēt si remittat hypotheca: ut dicit Bar. in l. iubemus C. ad Velle. & Gl. in l. j. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. ¶ Itē quia idē est remittere qđ donare. l. quinetiam. ff. de calū. no. in c. ueniēs. lo j. de testibus. Et voluit Abb. Sic. ī cōsi. lxxxij. inci. cōditoris omniū postulato suffragio
3 q̄q̄. &c. circa fi. in j. vol. ¶ † Præterea dicit tex. in c. j. de prohibi. feudi. ali. per Lotha ꝙ oē cōmercium sup feudis ē prohibitū sine cōsensu dñi. Sed sub prohibitione cōmercij est ēt prohibitus cōtractus resolutiuus obligationis feudi: quia ꝑ talē resolutionem fit cōmutatio de persona ad personā qđ nō licet sine cōsensu dñi: ut dicit And. in l. Imperialem. in prin. de prohib. feudi. ali. per Fede. nā uerbū cōmercium, est generale uerbū cōpræhendens oēm contractū: vt dicit gl. in l. ex hoc iuregentiū. ff. de iusti. & iur. & iō dicit Ang. in cons. cclxij. inci. dictum statutū. ꝙ magis lata est prohibitio cōmercij, q̄ prohibitio aliena-
4 tionis. † Præterea unūquodq; uinculū, per quod ligatū est, eodē uinculo dēt dissolui: ut in l. nil tā naturale. ff. de reg. iur. Et ea solēnitas quæ requiritur in cōtractu, requiritur in distractu: ut no. in c. cùm dilecti. de emp. & uendi. Cùm eiusdē naturæ sit distractus, prout cōtractus, secundùm Bar. in l. & iō. ff. de cōdictio. fur. ¶ Item ea solennitas, q̄ requirit in conficiendo, requiritur ēt in commutando, secundùm Bart. in l. hæredes palam. §. j. ff. de testa. sed in contrahenda hypotheca super feudis requirit regius assensus: ut in consti. Regni. constitutionē diuæ memoriæ: ergo & in remittēdo hypothecam. indeq tex. in l. Imperialē prætallegata, expresè prohibet ēt distractus super re feudali. & idem in c.
5 j. de prohi. feudi. ali. ꝑ Lotha. ¶ † Præterea donatio dr̄ non solùm cùm donatur feudū, sed ēt qñ remittūtur iura ad feudū: ut dicit And. in constitutione Regni, prætallegata, cōstitutionē diuæ memoriæ. per l. quærebatur. ff. ad leg. Falci. & l. si mulier. ff. de cōdictio. ob cām. & l. magis puto. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. ergo &c. Et ꝓ ista parte bñ facit dictū Bal. in l. Iulianus. ff. de fundo dota. ubi dicit ꝙ ubi prohibetur alicuius rei alienatio prohibita est eius iuris remissio, ꝑ illū te. & in l. ij. C. de au præ. & l. j. §. ait prætor. de his quæ ī frau. credi. ¶ In contrariū dicebatur, ꝙ regula ē
6 in feudis, † ꝙ licet feudū non possit alienari directè uel indirectè sine cōsensu dñi: tñ in augmentū feudi pōt fieri alienatio feudi sine cōsensu dñi: ut dicit And. in c. j. §. econtrario. de

inue sti.de re aliena facta. & in c.j.an ille qui interfecit fratrem dñi sui. & in d.l.Imperialem.in princ. in x.col. & in c.j.§.fi.de capi.qui cur.uend.in add.& in l.j.§.præterea.de capi.Corra.creditor ergo renuntiando iuri hypothecæ.quam hēt in feudo,feudatario,facit augumentū & utilitatē feudi:quia eū liberat à dicta obligatiōe: ergo ualida est fine assensu. Iō dicit And.in dicta cōstit. Constitutionem
7 diuæ memoriæ, † ꝙ alienationes tenent,qñ non præiudicāt reipublicæ, nec ipsi dño feudi.Et est rō:quia non est alienatio,sed potius cōsolidatio, sed potius consolidatio. hinc dicit tex.in l.si pignus.ff.de his q̄ in frau. credi.ꝙ licet sit prohibita donatio inter virum & uxorē:tñ remissio pignoris & hypothecæ non est prohibita: quia nō est donatio talis remissio.cōcordā.sunt ibi in gl.& maximè text. in l j.§.j.& l.Lucius.ff.qb.mod.pig. uel hypo soluitur.ubi dr,ꝙ si est prohibita donatio.non est prohibita remissio obligationis.do.Ant.de Alex. dicebat,feudatarius qui hēt feudum, nō pōt remittere aliquod ius feuda-
8 le:† imò reditū vnius gallinæ nō potest remittere,vt dicit Andr. in dicta consti.Cōstitutionē diuæ memoriæ. &sic intelligūtur oīa iura in cōtrariū allegata.Sed si tertius, qui non possedit feudum,sed hēt actionē ad feudū qđ ab alio possidetur:tunc hēns istud ius pōt liberare feudum ab illo iure vel obligatione,& in hoc non requirit assensus, & dicebat ꝙ ita dicebat do.Bartholomæus de Capua in quadā apostilla,quam ipse habebat in libro suo in l.iiij.§.fi.ff.de manu. vindi.per illum tex.& hoc probatur per quandā literā Regis Caroli secundi, quæ incipit,vniuersis præsentes literas inspecturis.& per quandā literam Regis Roberti,uniuersis tenore præ
9 sentium. † Et per hoc facit, ꝙ non plus operatur refutatio, quā carētia iuris à principio,secundùm Bal. in l. si mihi.ff.de ser.rusti. prædio. & in ista vlt.opi. remāsit totum Consiliū, & sic fuit cōclusum & deliberatum.

DECISIO CCXXXIII.

De confessione defuncti reuocanda per hæredem.

SVMMARIVM.

1 Hæres an possit reuocare confessionem defuncti,& quando.3.
2 Reuocatio non operatur effectum suum post concedentis mortem.
3 Hæres & defunctus pro una persona habentur.
Limitatio ad legē, quæ à patre.C. de testamen.militari.

PATER in quodam istro con fessus fuit cum iuramento aliquid sic nō esse enuntiatiuè:eo mortuo filius & hæres in iudicio probat per ueras probationes totum cōtrariū eius,qđ dixit pater in dicto instrumento.
1 ¶†Quæritur,vtrū dictus hęres possit dicere confessionem patris fuisse erroneam,& eam reuocare,sicut posset reuocare pater,si viueret Bal.in l.error.in fin.C.de iur. & facti ignorantia tangit istā qōnem.& dicit,casus ē in l.non idcirco.eo.tit.Sed idē Bald. in l.j.C.ex delictis defunctorū.in iij. col.dicit,ꝙ hęres pōt reuocare confessionē defuncti,probando cōtrariū eius, quod defunctus fuit confessus. allegat not.ff.de appel.l.creditor.§. iussus. ¶In contrariū facit l.fin.C.de reuo.dona. vbi ius reuocandi de suā natura non transit ad hæredē. ad idē in c.fin.de donatio.not.Bal.in l.cùm antiquitas.C.de vsufruc. inde dicit Albericus de Rosatis in l.digna vox.
2 C.de leg.†ꝙ reuocatio nō operatur effectum suū post mortē concedētis. Ego pro decisione huius qōnis vltra Bal. in dicta l.j.C.ex delictis defunctorū,allegaui Bal.in l.Titia.§.Caius

ff.de leg.ij.Vbi dicit, ꝙ si sunt uerba negatiuè prolata per modũ abnegationis dñij, hæres põt probare cõtra riũ.vnde si testator confitetur debitorem nihil debere, ista cõfessio præiudicat hæredibus testatoris, nisi hæredes probent contrarium. Nam tũc
3 præsumitur cõfessio erronea. ¶†Oẽs dñi fuerunt in voto,ꝙ talis confessio defuncti, eò quòd hęres per publicã scripturã probat contrariũ, ꝙ potest ipsam reuocare, sicut posset defunctus:.quia hæres & defunctus una & eadẽ persona esse cẽsetur: vt in auth. de iureiu.à mo.præsti.§.j.& quia hæres põt vti iure defuncti: ut in l.cum quidam.§.fiscus.ff.de usuris. qđ uenit ad limita.l.quæ à patre.C.de test. milita.cũ concor. & hæc decisio fuit in cã illorũ de Momilis.de Neapoli.

DECISIO CCXXXIIII.

De fideiussoribus de iudicio sistia

SVMMARIVM.

1 Fideiussor de iudicio sisti ad quid teneatur. 3.
2 Intellectus ad glo.in l.fina.ff.si quis in ius voca.non ierit.

FIDEIVSSOR de iudicio
1 sisti † si nõ stetit principalem,agitur contra eum ad interesse,nisi pœna sit apposita:tunc ad pœnam solum agitur.tex.est in l.fin.ff.si quis in ius voca.non ierit.Sed quærit ibi gl.quid si interesse est plus q̃ sit pœna. ¶Vtrũ fideiussor teneatur ad interesse,quod
2 est vltra pœnã. [a] Et dicit, ꝙ sic.& illã Glo.cõiter sequuntur doc. & dicit ibi Pau.de ca.ꝙ est in electione actoris,an velit agere ad pœnam uel interesse.licet Pau. in l.ij.§.in fideiussorẽ.ff.qui satisdare cogantur,dicat, ꝙ fideiussor de iudicio sisti ad certam quantitatẽ nõ tenetur ad aliud inter
2 esse.†& respondet ad illam gl. uideli cet,ꝙ glo.illa loquitur in principali, qui est obligatus bd pœnam, non tenetur ad interesse, quod est plusquã in pœna.sed nõ in fideiussore,& dominus Marcellus Cancela de Gaieta Regius consiliarius, quem diligo ob eius conscientiam,erat in ista opinione.Sed dom.Iacobus de Iello de Trano similiter Regius Cõsiliarius dicebat, ꝙ Iason eius doctor reprobat Pau.de cast.dicens Paulum nõ bene dicere.ex quo illa glo loquitur in fideiussore de iudicio sisti ad certã pœnam.& tñ tenetur ad interesse.¶Fuit tandem conclusum per totum consilium,
3 † ꝙ ex quo ille fideiussor promisit sistere in iudicio principalẽ pro cã criminali ad certam pœnam, quæ pœna venit applicãda fisco & nõ parti:vt dicit Bar.in l.si quis reũ.ff.de custo.reorũ,ꝙ vltra pœnã debitã fisco tenetur parti ad interesse.& hoc fuit in cã Manfredini cũ uno Ianuense.

VLTRA pœnam. Fideiussor de iudicio sisti an ultra pœnam teneatur ad interesse parti. Adde ꝙ idẽ quod hic do.Ant.de Alex. in additionibus ad Bart. in d.l.fi.ubi firmat ẽt si interesse excedere pœnã, per glo.ibi. & hoc fuit seruatum in persona Mãfredini cum Vberto de Nigris Ianuense, Licet in contrarium allegaretur Pau.de ca.in d.l.ij.ĩ fi.ubi uide oĩno Ias.Tñ p̃senti anno 1531.fuit seruatũ cõtrariũ p magnã curiã Vicarię in cã Frãcisci Paragalli cũ Frãcisco de Vighena Hispano,qui ꝓmiserat sistere Hiero.suũ nepotẽ, in cã criminali. q aufugit,& ipse carceratus soluit pœnã fisco,& liberatus fuit Tho.Gram.

DECISIO CCXXXV.

De tertio producente testes post publicationem in causa.

SVMMARIVM.

1 Tertius ueniens ad causam pro suo interesse an possit testimonia producere post causæ publicationem.
2 Tertius cõparens pro suo interesse

an sufficiat, ꝙ sciat litem & non publicationem.
3 Tertius post didicita testificata sup articulis directo cõtrarijs, an audiendus.
4 Tertius ueniens ad incitandũ reum contra agentem approbare uidetur omnia, per reum gesta, quæ sibi pariunt præiudicium.
5 Reus malitiosè introducens tertiũ ad quæ faciat ipsum admissum.
6 Tertius pro interesse suo ueniens in causa arctatur, & qualiter.

1 AN tertius† ueniens ad causam pro suo interesse possit ꝑducere testes, quos principalis nõ ꝑduxit post didicita testificata. Bar. in l. si ꝑlusorio de appella. tangit hoc dubiũ, & sic determinat, ꝙ si iste tertius veniat post dilationes datas ad ꝓbandum, uel publicationem testium factam, & non põt de nouo testes ꝑducere: quia primũ processum prosequit̃ & non nouum. allegat ad hoc Innoc. in c. cũ super. de re iud. hoc uerum dicit ipse, qñ iste tertius sciuit istas dilationes dari, & testes examinari. Sed si ignorauit, tunc auditur: ut ipse plenè dicit se dixisse in l. sæpe. de re iud. nõ tñ tangit specificè Bart. An sufficiat scire litẽ, uel specificè debeat scire
2 publicatũ esse in causa. ¶ †Bñ tamen do. Ant. de But. in d. c. cũ super. hoc tangit post Innoc. & dicunt, ꝙ sufficit, ꝙ iste tertius cõparens pro suo interesse sciat litem, licet nesciat publicationem. & ita tenet Io. de Imo. in l. a sententia. de appellati. allegat Ant de But. in d. c. cũ super. Et licet Bar. solũ tãgat, qñ tertius uenit post dilationes datas ad probandũ, ꝙ post publicatũ in cã: nihil tñ dicit, qñ post didicita testificata. ¶ Fuit sup dubio uotatũ per sacrum consilium, ꝙ tertius ueniens pro suo interesse, qui sciuit litẽ motam, licet ignorauerit publicationẽ, & ignorauerit didicita te 5 stificata, debet audiri in terminis, in q̃bus reperit cã. Et sic si est publicatũ, & didicita sunt testificata, non poterit tertius audiri nisi super articulis nouis, non super hisdem vel directò contrarijs, iuxta c. fraternitatis. de testibus. et in auth. qui semel. C. de proba. uel poterit producere scripturas et instrumenta, et testes pro eorum confirmatione et approbatione, iuxta not. in c. series. de testibus. Sed si tertius ignorauit litẽ, tũc põt inducere testes in cã, etiã ꝙ sint didicita testificata, etiã super eisdem uel directò contrarijs, ut dicũt doc. in d. c. super. et in d. l. si prolusorio. et in l. si quis libertatem. ff. de peti. hære. inquantum ibi dicitur, ꝙ tertius, cuius interesse põt opponere et facere differri illud iudiciũ. Sed melius hoc declarat Ang. in l. si instituta. ubi Gl. ff. de inoffi. test. ubi dicit, ꝙ si tertius venit ad cãm ad inuitãdũ reũ conuẽtum aduersus agẽtẽ, et hic est ꝓpriè casus noster, et admittitur, nec tenet̃ libellum offerre de nouo, nec litem contestari: sed sufficit contestatio facta per reũ, secũdũ Inno. in d. c. cum
4 super. †et ideo tertius approbare v̾r omnia gesta facta per reũ, et illa gesta pariunt sibi p̄iudiciũ. et ideò põt opponere exceptiones perẽptorias, et producere testes in cã, non tñ poterit ꝑducere testes attestationibus publicatis, nisi casu quo potuisset ꝑducere reus principalis. Idem dicit Bal. in authen. nunc si hæres. C. de litigiosis. quod intelligendũ est, qñ sciuit litẽ motã: ut s̃. dictũ est. Sed quãdo ignorauit litem motã, põt nõ obstante publicatione inducere testes: quia licet principalis sit exclusus ꝑ publicationẽ, non est exclusus ipse tertius ignorans litẽ, per tex. in c. cõstitutus. de testibus, secũdũ Bar. in d. l. si prolusorio. et Abbatẽ Sic. in d. c.
5 cũ super. ¶ †Fallit nisi reus principa-

lis malitiosè ꝓcurasset hunc tertium ignorantē, ut deberet cōparere quia tūc admitteretur solū in terminis, in quibus est cā, ut in c.ij. in fin. ut lite pendente lib.vj. et ibi Glo. et uoluit Card. Florē. in c. ueniens. in ij. et iij. oppo. de testibus. Et sic intelligitur, quo dicit Bar. in l. ita tñ. §. quoties. ff. ad Trebel. ubi dicit ꝙ tertius ueniēs opponit exceptionē, quā conuētus non pōt opponere, ut in concor. ibi allegatis. Cætera de materia uide in d.c. cū super. per scribentes et in iurib⁹ allegatis per Bar. in l. Titia. ff. sol. mat. et Bal. in l. si eo. tpe. C. de re

6 missio. pigno. † ubi dicit, ꝙ tertius ueniens pro suo interesse in cā arctaē illis terminis, quibus utuntur principales citati, ut in c. ut circa. de elect. lib. vj. Sed si uenit, ut ex se, bene potest post terminū comparere, et oīa fiant de nouo quo ad eum: ut in l. à diuo Pio. §. si post. et §. si super. de re iud. et habebit locū l. si is à quo. ff. de rei uen. non tñ pōt opponere exceptiones dilatorias uel declinatorias, secūdū Bal. in d. l. si eo tpe. in fi. nec poterit opponere ꝙ dicta acta sunt nulla, eò quia non citatus: ut dicit Inno. in c. statuimus. ult. col. uers. sed si non ē appellatū. de elec lib. vj. bene tamen poterit recusare iudicē ut suspectū, ut dicunt doc. in c. cū super. de offi. deleg. et doct. maximè Anto. de But. Abb. et Philip. in c. cū speciali. xx. q. de appella.

DECISIO CCXXXVI.

De nato in octauo mense, cui non succedit pater in dote matris.

SVMMARIVM.

1 Filius ex aditione facta per patrem succedit matri in dote.

2 Pater succedit filio mortuo in bonis maternis exclusis ex parte matris proximioribus.

3 Virginitatis signa per maritū ostēsa. Virginitas de ptō qualiter probatur Confessio geminata maiorem ueritatem inducit.

4 Mulieri se grauidā dicēti credēdū. Natus in octauo mēse nō pōt uiuere. 5. et habetur ac si mortuus natus sit. 6.

Mortuus habeē, q̃ uiuere non pōt.

5 Dos à patre profecta ad quem reuertatur.

PETRVS de sancto Iuliano † petit in sacro consilio à Georgio de Falco restitutionē dotiū Caradoniæ suę filiæ, quas sibi tradidit ꝑ eiusdem Caradoniæ mortem sine liberis: dicit dictus Georgius conuentus, ꝙ non tenetur restituere dictas dotes: quia dicte Caradonia mortua fuit superstite filio, qui successit matri in dotibus maternis, iuxta not. in l. post dotē. ff. sol. ma. et in l. dos à patre. C. eod. et in authen. defuncto. C. de leg. her. Maximè ex aditione facta per patrem. Et licet dictus filius post aliquos dies mortuus fuit, pater succedit ei in dotib⁹ maternis, iuxta l. si infanti. C. de iur. delibe. et hoc tenet gl. Neap. in cō suet. si quis uel si qua. in gl. j. in ℣. sed puto uerius. in

2 gl. in ℣bo, ꝑter q̃. † ubi tenet, ꝙ pr̃ filij sui defuncti succedit in bonis mr̃nis ad ipm filiū spectātibus, exclusis ꝓximioribus ex parte mr̃is: licet Lucas de Pē. faciat hoc dubiū, ꝓ argumēta ꝓ et cōtrà. ī l. j. ī. v. col. C. de ipo nē. lucra. def. li. x. ¶ Dicit pr̃ dictæ Caradonię, ꝙ ille filius natus hr̃ ꝓ non nato: quia natus fuit in octauo mēse. et ꝓbauit hoc bñ cōcludēter. Nā ꝓbauit, ꝙ dicta Caradonia fuit uirgo vsq; in diē festi scī Martini, qđ est vj. die Nouēbris: et hoc cōfiteē dict⁹ ei⁹ uir. Itē eo die fuit cōsummatū mr̃imoniū ꝑ carnis copulā: et ostēdit pannū sanguinolētū consanguineis, secū

3 dū morem Ciuitatis. Nolē. † et iste

mos erat in ueteri testō: ut patet Deuteronomij c. xxij. & de ista authoritate facit mentionē gl. in c. hæc imago. xxxiij. q. v. & Abb. in c. ꝓposuisti. de ꝓba. Et in iudicio cōfitet̄ maritus dicta nocte ꝙ habuit eā uirginē: ita ꝓbat̄ uirginitas de ptō, ut in c. requisisti. xxxiij. q. j. & in c. j. & in cap. laudabilē. de frigi. & male. & in c. cōtinebat̄. de despōsa. impube. & maximè cū fuit pluries geminata confessio, ex quo p̄sumit̄ vera, ut dicit Io. And. in addi. in titu. de instru. edi. §. porro. in addi. quæ incipit, hæc subscriptio. & qui bis vel sæpius dicit, vr̄ velle, ꝙ contra id nihil possit opponi. secūdū Bal. in consilio schismatis posito. C. si quis aliquē testa. ꝓhib. ¶ Itē probat̄ per testes, ꝙ ab illa die fuit p̄gnans, & sic dicebat ipsa Caradonia. ad hoc allegabatur gl. & Ang.
4 in l. illud. ff. si pars hære. pet. †vbi dicit, ꝙ creditur mulieri dicenti se prægnantem, etiā si non dicat ex quo sit p̄gnans, secūdū Bart. in l. iij. §. j. ff. de a lib. agno. ¶ Item probatur, ꝙ dictus uir semper dicebat, ꝙ uxorē suā impregnauit die p̄dicto festi sancti Martini. Et de die in diem secuta et confirmata fuit dicta ingrauidatio. die xij. mensis Iulij peperit filiū, et post partū p duos dies post mortua fuit mater. et sic patet, ꝙ dictus filius natus fuit in octauo mense: et clarū est in iure, ꝙ filius natus in octauo mēse non pōt uiuere, et ideò hr̄ pro mortuo: et sic non succedit pr̄ filio: sed succedit pr̄ filiæ in dictis dotibus. Et ꝓ hoc alleg. Cy. in l. septimo mense. ff. de statu. homi ubi refert epistolarem literam magistri Gentilis de Fulginio tunc legentis in studio Pe-
5 rusino: †ubi tenet, ꝙ natus in octauo mense & ēt duobus diebus, de nono non pōt uiuere. hoc ēt firmat Paul. de Ca. in l. vxor. C. de posth. hęre. insti. & Bal. in l. ea quidē. iij. col. C. de accusa. & multi Philosophi fuerunt sup hoc dubio examinati, & ꝓ maiori parte dixerunt, ꝙ natus in octauo mense non pōt uiuere. & sic dos profecta à patre liberis non extantibus debet reuerti ad patrē filiæ, p l. dos à patre. C. sol. mat. & p iura supra dicta stante isto dubio p sacrū cōsiliū fuit habitū iudiciū à ualentissimis doctoribus in Philosophia in scriptis, uidelicet à magnifico dn̄o Siluestro Galiota protomedico Regis Ferdinādi primi, à dn̄o Luca Tōto, à dn̄o Nardello, & quāplurimis alijs medicis: qui oēs votauerūt, ꝙ natus in octauo mēse nō pōt uiuer̄ [a]. ¶ †Et tādē post 6 lōgā deliberationē votauerūt do. de Cōsil. ꝙ talis filius hr̄ ac si mortuus natus sit. Et fuit postmodū lata sn̄ia in fauorē p̄ris ipsius mulieris, cōdēnādo dictū maritū ad restitutionem dictæ dotis.[b] Et licet fuisset reclamatū fuit postea confirmata, & impositum perpetuum silentium.

a VIVERE. Et idē tenet Michael Scotus in libris Philosoph[o]nomię c. 10. ꝙ natus octauo mēse nō pōt uiuere ultra octauū diem. Tho. Gram.

b DOTIS. Vide do. Ant. de Ale. in aditiōibus ad Bar. i[n] l. septimo mē. ff. de sta. hom. Tho. Grammat.

DECISIO CCXXXVII.

De aditione hæreditatis mr̄næ p filiū hæredē p̄ris inducente [...]onē bonorū paternorum [...], & non solutionē.

SVMMARIVM.

1 Cōsuetudo Neap. sup do. restituēda.
2 Dotes auctæ sunt pp auctas diuitias.
3 Hypotheca qualiter extinguatur.
4 Aditio hr̄ditatis nū solutiōis hēt iter creditorē & debitorē si alter succedat
5 Hæres succedens creditori, quando inducat solutionem.
6 Aditio hr̄ditatis qn̄ hēat ꝓ solutiōe.

NOBILES Capuanæ & Ni-

di habent istam cõsuetudinem, quæ in instrumentis dotalibus exprimit, videlicet.¶†Si dictum matrimoniũ dissolui contingat per mortem uiri uxore superstite,liberis ex dicto matrimonio superstitibus,uel nõ superstitibus dictæ dotes datę & per uirũ receptæ restituant,& earum restitutio & assignatio realiter fiat dictæ uxori superstiti,seu eius hæredibus. Si uerò dictum matrimonium dissolui contingat per mortem uxoris superstitibus liberis ex dicto matrimonio,dictæ dotes solutæ restituant, & eorum restitutio fiat ipsis liberis ex dicto matrimonio procreandis superstitibus.Et ubi,& in casu ꝙ non superessent liberi ex dicto matrimonio superstites,uel ēt si tempore mortis dictæ uxoris liberi ex eodẽ matrimonio superessent,& postea adita hǣditate,uel nõ adita per eos uel alium, seu alios eorũ nomine liberi ipsi decederent uel morerent in pupillari etate uel post qñcunq; ab intestato sine liberis legitimis & naturalibus, dictæ dotes modo prædicto receptæ ueniant,& deuenire debeant,& ipsarũ restitutio realiter fiat & fieri debeat heredibus, & successoribus dictæ uxoris seu heredibus dotantis in pace & sine molestia & contrarietate,quacunq;,ac omni exceptione, & excusatione remota. Ita ꝙ eo casu quo,ut ꝑdicit,restitutio est faciẽda de dictis dotibus hæredibus, & successoribus uxoris,uel eius hæredibus & successoribus eius uiro,uel alijs quibuscunq; personis,eisdẽ liberis sicut ꝑdicit decedentibus in pupilla. ętate uel post qñcunq; ab intestato sine liberis legitimis,& naturalibus ex paterna linea,uel ēt succedente eis uigore pupillaris substõnis uel aliter, nullum ius in eisdem dotibus sicut ꝑdicit datis & receptis acquirat. Sed ipsas dotes,ut ꝑdicit,& quicunq; hæres dictorũ filiorũ ꝓcreãdorũ,ut. s. dictũ est ex mrĩmonio. s. dicto eis uel ab intestato uel ex pupilla.substitutiõe succedẽs,uel aliquo iure quocũq;,hǣdibus,et successoribus dictæ uxoris restituere teneat absq; detractione alicuiꝰ portionis iure naturæ forsan debitæ seu debẽdæ dicto marito in eisdẽ dotibꝰ dictorũ filiorũ suorũ exinde ꝓcreãdorũ ex dicto mrĩmonio,salua ptãte testãdi dictæ uxori,iuxta usum cõsuetudinis Neapolitanæ in scriptis redactã.Et ubi cõtigerit uirũ præmori superstite uxore ac supestitibꝰ liberis ex dicto mrĩmonio uno uel pluribus,postmodũ filij ipsi morerent,seu alter ipsorum moreret in pupil.etate,uel. post qñcũq; ab intestato sine legitimis liberis,& nãlibꝰ, nullũ ius eisdẽ, uxori, & suis hǣdibꝰ & successoribꝰ seu matri suæ ex materna linea rõne successionis debeat,nec sit eis uel lateri ipsorũ quõlibet acquisitũ super bonis paternis ipsorũ filiorũ,nec ei succedãt,nec succedere debeant, nec ipsa uxor succedere debeat quoqũo, nec de bõis ipsis pr̃nis suorũ filiorũ detrahǣ possit Trebellianicã, Falcidiã,ēt legatũ debitũ iure naturæ, & ius aliꝗ portionis cuiuscũq; inquantũ ipsa uxor uel eius mr̃,& alijs quibuscũq; ex mr̃na linea debeat,quibꝰ oĩbꝰ iuribꝰ ac successionibus ipsis,& legitime debitis in casu ꝑdicto dicta uxor et sic partes adĩuicẽ renũciauerũt per stipulationẽ,&c.& iurauerũt &c.¶†Stãte ista cõsuetudine euenit ĩter dictos nobiles,ꝙ cõtracto mrĩmonio,& solutis dotibꝰ vnc. cc.,ꝓut olim solitũ erat,in ꝑsentiarũ aũt dãtur dotes excessiue,& ut plurimũ nõ scdᵐ dictã cõsuetudinẽ,sed secũdũ cõsuetudinẽ baronũ,quia aucte sunt diuitiæ in particulari. Morit uir superstite filio & uxore,filius se immiscuit ĩ hǣditate pr̃na absq; inuenta-

rio,& mater ſtetit in uiduitate.moritur deinde mater ſuperſtite filio ſuo & hærede, deinde hic filius deceſſit maior ab inteſtato ſuperſtitibus ſibi ꝓximioribus ex parte patris,& ꝓximioribus ex parte matris. Sed proximiores ex pte patris ſunt ſibi magis coniuncti in gradu. Quæritur in illis dotibus,quæ fuerũt matris ſuæ, quis ſuccedat, an magis ſibi proximiores uel remotiores ex parte matris? Dubiũ facit, ex quo iſte filius ſucceſſit patri,& ſic fuit debitor matris in dote. ¶ Demum iſte filius debitor dotis ſucceſſit matri creditrici,ꝑ cuius aditionẽ vr̃ induci ſolutio, ꝙ ipſe filius vt hæres patris debitoris ſoluit ſibi ipſi ut hæredi matris ſuæ creditricis
3 dictarũ dotiũ, † & ſic ſolutione eius quod debet extincta ſit hypotheca ꝓ ipſis dotibus:ut eſt tex.in l. grege .ff. de pig.nec rei propriæ cadit hypotheca,ut in l.neque pignus.ff. de pig. cũ cõcor. Et hoc eſt verũ, qñ hęres nullũ commodũ uel incommmodũ patitur ex aditione: quia unus eſt creditor,& vnus eſt debitor,ut dicit Bart. in l.Vranius.ff.de fideiuſſo.& ibidem clarius Pau.de ca.idem uoluit Bar.in l.hæres à debitore.§.fi.ff. de fideiuſſ. & in l.ſi is qui pro emptore. uerſi.vj. principaliter quæ fuit cauſa introducendæ fictionis.ff de uſuca.col. xxvj. & ꝓ hoc eſt tex.in l.ſi ei cui .ff. de euic & in l.Stichũ.§.aditio. ver. aliqñ. ff.de ſolution.& Bar.& Pau. de ca.in l.ſi ſocę.ff ſolu.mat. ubi ponunť duæ
4 concluſiones.†Prima concluſio, ꝙ ſi unus creditor & vnus debitor,ſi alter alteri ſuccedit,habet uim ſolutionis ipſa aditio hæreditatis: quia ex hoc non ſequiť nec damnũ nec lucrũ. Secunda cõcluſio eſt, ꝙ ſi ſunt duo rei debẽdi,& creditor uni tm̃ eorũ ſuccedit,uel ecõtrà,eſſent duo rei credendi,& alter eorũ ſuccederet creditori, tũc aditio non hẽt uim ſolutionis,ſed confuſionis:ut in l.fi.ff.de duob. reis. Et eſt ratio,quia ſi haberet uim ſolutionis,liberaretur correus:& ſic pateretť damnũ,non ſic ſi hẽret uim cõfuſionis,quia tũc ꝑſona tantũ illius,cui ſuccediť,ab obligatione eximiť,& alter remanet obligat⁹.hoc uoluit tex. in l.Vranius.§.ſi cũ duo.ff.de fideiuſ. hoc firmat,& ſic declarat Pau. de ca. in conſi.ccclix.inci.notandũ eſt ad euidentiã.Cũ igiť iſta aditio hr̃ditatis inducit ſolutionẽ ipſius debiti dotalis,ut ſ.dictũ eſt, quia unus eſt debitor & creditor,& non patiť damnum nec lucrũ,& per ſolutionẽ debiti extincta eſt hypotheca,ut in d.l. grege. §.ẽt ergo ꝓximiores ex parte patris ſuccedũt dicto filio excluſis cognatis
5 ex parte matris remotioribus. ¶†In cõtrariũ tñ facit id, quod dicit Paul. de caſt.in l.debitor .ff. ad Trebel. vbi dicit,ꝙ ſi hæres,qui ſuccedit creditori,nullũ habet cõmodũ uel incõmodũ,tunc demũ inducit ſolutionẽ, qñ ad ipſum hæredẽ hæreditas illa obuenit irreuocabiliter,ſecus ſi reuocabiliter:tunc.n.aditio hæreditatis nõ extinguit illã hypothecã,quia illa hæreditas materna quæ filio obuenit, hr̃ ꝓ nõ ſua,eatenus,quatenus põt auocari à cõſanguineis ex linea materna & tũc aditio nõ hẽt uim ſolutiõis, et ſic nõ extinguiť hypotheca.& ꝓ hoc l.ex ſextante.§.Latinus.ff.de except. rei iud.& quod not.Cyn.poſt glo. in iij.opi.& ſi antiquior credi.l.j.& Bal. in l.ſi vxor. C.de bo.autho. iud.poſſi. & ſcrib.in d.l. debitor. vñ cũ iſta dos ad filiũ poſt mortẽ matris ꝑuenit reuocabiliter in caſu,in quo nõ feciſſet teſtm̃,& decederet ſine filijs quia tũc debet ꝑuenire ad ꝓximiores matris ꝑ dictã conſuetudinẽ, abſq; obſtaculo ꝑſcriptionis.Ideo dicta aditio non habet uim ſolutionis, ſed cõfuſionis, & ideo remanet ipſis proximioribus ex parte matris hypotheca pro doti-

bus prædictis cõtenta in instr̃o dota-
6 li, si dos cõsistat in pecunia. ¶†Quid dicẽdum in hoc dubio? Aliqui ex dominis pro solutione huius dubij dicebant, prout vltimo loco dicebat Neapo. Sebastianus in cõsuetudine huius ciuitatis Neapolis, quæ incipit, si qs vel si qua, de successi. ab intest. in gl. in verbo, à matre. cir. fi. ubi dicit, ꝙ ꝑ l. si ei cui. §. si is qui. s̃. allegatã, vr̃ posse dici, ꝙ aut debitor succedit creditori, & tunc aditio non hr̃ per solutionẽ, sed hr̃ ꝓ cõfusione. Aut creditor succedit debitori, & tunc tollit̃ actio solutione, quasi ipse creditor videat̃ sibi soluisse antè de bonis hæreditatis. ar. l. j. §. si debitor. ff. ad l. Falci. Et hoc verũ, nisi sibi euinceret̃ hæreditas. quia tunc nõ est credendũ, ꝙ ipse sibi soluisset, à quo hæreditas euincitur. ff. de solu. l. Stichũ. §. si creditor. Per alios dn̄os, vcꝫ dn̄m Antoniũ de Baldaxi, & alios, dicebat̃, ꝙ dicta l. si cui. §. si is qui. loquit̃ in casu diuerso à casu ꝓposito, ubi erat unus debitor & unus creditor. sed in casu in d. l. si cui. §. si is qui. erant duo debitores, uidelicet principalis & fideiussor, ideo illa aditio nõ inducit solutionẽ, ut liberet̃ correus fideiussor, ut s̃. dictum
8 est in secunda cõclusione. ¶†Fuit ergo per oẽs dn̄os sacri Consilij uotatum, ꝙ dicta aditio hr̃ditatis maternæ factæ per filiũ, qui fuit hęres p̃ris, inducat solũ confusionẽ & unionem bonorũ paternorũ & maternorũ, & non solutionem, ex eo, quia ista dos materna, quæ peruenit ad filiũ, peruenit reuocabiliter in casu, si post eius mortẽ sine filijs & ab intestato: quo casu adueniente ꝓximiores ex parte matris huius filij decedẽtis sine liberis, uel ipsi liberi sine descẽdentibus ab intestato uirtute dictæ consuetudinis contentæ in instrumento dotali, possunt agere hypothecaria in bonis dicti filij ultimò morientis ab intestato contra eius proximiores ex parte patris eius hæredes, per iura ꝓ hac parte inducta. Et dum iste casus iterum fuisset de facto in persona ꝓximorũ dominæ Margaretę Capanę, quæ fuit mater nobilis Ioannis Thomasij Branchacij, & post mortẽ dicti Io. Thomasij sine filijs, & sine hærede testamentario dicti proximiores ex parte matris egerunt hypothecaria contra bona uiri ꝓ dotibus dictæ dn̄æ Margaretæ, & fuit p̃stita dicta assistentia per sacrũ Consil. & postea ꝑ ius offerendi fuit eis satisfactũ. Matthæus de Afflicto.

DECISIO CCXXXVIII.

De locato, & conducto & nouo colono non expellẽte ueterem.

SVMMARIVM.

1 Colonus anni pręcedentis pensionẽ volẽs illã facere quã nouus, an possit ꝑ dn̄m expelli. & quando. 3.
Casus omissus à consuetudine deciditur per ius commune.
Dominus fundi an teneatur inuitus relocare idem, si non vult.
2 Emphyteusis finita denuo concedẽda descendentibus.
4 Inquilinus nouus an possit ueterẽ expellere.

Dicit consuetudo Neapolitana in scriptis redacta in titul. de locato & conducto, quæ incipit, Sed & si fundum. quod si cõceditur fundus ad pensionem in pecunia, uel pro ni ctualibus, debet dn̄s de mense Maij denuntiare uel prohibere, ꝙ nõ uult pro sequẽti anno dimittere sibi dictũ fundum. Et similiter ipse locatarius debet intra mensem Maij dn̄o fundi se pręsentare. & dicere, ꝙ pro sequẽti anno non uult dictum fundum, & ꝙ illud assignabit in medietate mensis Augusti. ¶Fuit dubitatum in Consilio, pone. ꝙ nec dominus fundi, nec

colonus de mense Maij aliquid dixerunt,postea de mense Augusti dicit dñs fundi ipsi colono, ꝙ euacuet fundũ,quia vult ipsum alteri locare , vel ꝙ locauit alteri.dicit ille colonus, tu nihil mihi dixisti in tempore debito. ego uolo pro anno sequẽti colere dictum fundũ,& paratus sum pensionẽ soluere prout soluit anno præterito , vel sicut alius cõductor.dñs fundi dicit,ego uolo fundũ meũ , & nolo ulterius tibi locare. ¶ † Quæritur, utrũ
1 dñs fundi pro ea mercede, quam soluit anno præterito,teneatur concedere,uel ꝓut alius cõductor uerè uult soluere,uel dictus cõductor teneatur restituere possessio. dicti fundi. ¶ Hic casus est omissus à dicta consuetudine , ideo debet decidi secundum ius cõe,ut in l.si extraneus .ff. de condi. ob cau.& in l.cõmodissimè.ff. de lib. & posth.cum si.¶ Sed ius cõe uult, ꝙ dñs fundi non tenetur inuitus relocare eidẽ si non uult , ut dicit text. in l. nẽ cui.C.locat.& dicit,l. cõductores. quæ est penul.eo.ti. ꝙ qui rem cõductam non restituet ante sententiam , post sententiam condemnatoriã tenetur tanquã inuasor,ad idẽ in l. si quis cõductionis.eo.tit. ¶ In contrariũ allegabat id.quod dicit Bar.in l.j.§. ꝑmittitur.ff.de aqua quotidia. & æsti.
2 vbi dicit,† ꝙ si emphyteusis est finita descendentibus debet concedi , & si non conceditur fieret eis iniuria , & posset appellari ad superiorem . concordantiæ sunt in apostillis Alex.ibi. Eadem rõne dicẽdum est in colonos vt si velit dare tantùm quantùm ab alio reperitur,fieret ei iniuria, & posset appellari.Ideo dicit Luc. de Pen. in l.congrui.C. de locatione prædio. ciuil lib.xj.ꝙ dicta lex,congruit. ꝓbat,ꝙ colonus antiquus debet ꝑferri nouo , si tantundem pro prædijs sol
3 uere sit paratus . † nec d.l. ponit casum specialem in locatione prædiorum publicorum , sicut in domo conducta per scholarem,ut in c. j. extra de locato,quia regulariter hoc est,ꝙ quando conductor nouus uult ueterẽ expellere,iniquũ uidetur,ut si antiquus uelit tantundem exoluere , depellatur,nec per hoc oneri perpetuæ locationis subijcitur , nã si neutri locare uult,non cõpellit̃, sed põt eã ꝓ libito retinere.¶ Fuit ergo cõclusum per factum Consilium , ꝙ si colonus anni præcedẽtis uult tm̃ soluere,quãtum nouus de pensione,dñs fundi nõ põt ipsum expellere. secus si uult retinere fundũ pro se in dñio,quia tunc
4 põt ipsum expellere.¶ † Quid autem in inquilino an nouus inquilinus possit expellere ueterẽ inquilinũ, qui offert se paratũ tantundẽ soluere dẽ pẽsione,& fuit cõclusum,ꝙ nouus inquilinus põt expellere ueterẽ inquilinũ, qui uelit tantundẽ soluere,per d.l.ne cui.Dicta ergo cõsuetudo solũ habet locũ in fundis rusticis,nõ autẽ in fundis urbanis,ut dixerunt antiqui doct. extra Consiliũ,& doctores Consiliarij dicebant,ꝙ hoc expresśe dicit gl. Neapo.in dicta consuetudine , sed & si fundũ.ubi dicit,ꝙ sic fuit interpretata semꝑ dicta cõsuetudo, ut non habeat locũ in domibꝰ sitis in ciuitate .

DECISIO CCXXXIX.

De consuetudine Neapolitana,ꝙ ripa sit domini terræ superioris,& non inferioris.

SUMMARIUM.

1 Ripa in terris confinium duorum ex consuetudine Neapolitana cui accedat.nu.6.

Titulũ habere an præsumatur, si alleget,qui triginta annis possedit.

2 Verbũ eius est, qualiter exponatur.

3 Exceptio firmat regulam.

4 Consuetudo põt possessionẽ totius transferre ratione partis.

Princeps committens causam sub

uerbo, de iustitia, insinuat petitoriũ & possessorium.
10 do.†Et ubi tractatur de præiudicio partis,semper debet præcedere citatio l.de unoquoque.ff.de re iudi.quæ quidem citatio est solennitas iuris naturalis,quæ omitti nõ potest,iux.nota.in clemen.pastoralis. de re iudica. ¶Nec illa cõfessio duorum de Platea Forcellæ poterat nocere toti Plateæ, quæ cõsistebat in uocibus ultra lx. p nota.per doctores in cap. quanto. de his quæ fiunt à Præla.& not. Bart. in l.fina.C.de prædijs curiali.libr.x. ubi dicit,ꝙ si in instrumento dicatur,tales canonici constituunt talem syndicum,non ualet syndicatus, nisi dicetur,quòd constituentes faciebant maiorem partem capituli. Meritò confessio dictorum duorũ de Platea Forcellæ nõ potuit præiudicare toti stau
11 ritæ.†ideò dicitur, ꝙ confessio non preiudicat nisi inter cõfitentes.l.duobus.§.j.& ibi per Mod. Papien.ff. de iureiur.Bene facit id quod dicitur,ꝙ confessio prælati sine capitulo, non nocet ecclesiæ,nisi habeat à capitulo mandatum litigandi: ut dicit gl. in c. dudum.de elec.& in c. fi. de præscri. & ibi plenè per Abba.Sicu.& ibi concordantiæ.¶Et propterea concludit, ꝙ confessio illorum duorum nõ præiudicat toti plateæ,per not. per Bald. in l.j.C.de confessis.cum concordan. quæ ibi allegantur.¶Nec obstat,si dicatur,quòd in dicto instrumẽto enũtiat illos duos esse stauritarios, quia illa uerba enuntiatiua non probarent illos esse stauritarios,secũdùm com-

munem conclusionem doctorum. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & in c. cum in iure. de offi. de a leg. & in l. optimam. C de cõtrahē. et committen. stipu. nisi inter se, nõ autem in præiudicium absentium. Bene facit, id quod dicit Barto. in l. ꝙ si fortè. ff. de castren. pecu. & Vitalis, in clausula. uerba enuntiatiua, in contractibus. & doct. in d. l. optimam. & ibi
2 cõcordan. †Et tantò magis, quia illa cõfessio nõ est vera, cùm cõstet per inuentarium ecclesiæ & testes, & antiquā famam, quòd dicta ecclesia est staurita dotata per homines Plateæ Forcellæ: quod inuentarium excedit metam centū annorū, & sic pro eo p̄sumitur stante dicta antiquissima scriptura, per iura suprà allegata. Et ex his cõcludebatur, ꝙ dictum instr̄m nihil p̄iudicabat hominibus de Platea Forcellæ stauritarijs sancti Arpini. ¶Et in hoc uoto fuerunt omnes cõsiliarij per supradicta iura, & alias rõnes, quas omisi breuitatis causa.

¶Ad secundū dubium breuiter fuit
2 respõsum, ꝙ iuri petendi executionem decreti archiepiscopi Neapolitani cõtenti, ut asseritur in dicto instrumento, est p̄scriptum spatio xxx. anno. per l. fi. C de p̄scri. triginta uel xl. ann. et no. Bal. in l. creditor. C. de pac. Io. And. in ti. de execu. senten. §. post
3 me. †nam & tantò tempore p̄scribit iuri implorandi iudicis officiū nobile, ut in l. sicut. cū ibi not. C. de p̄scri. triginta uel xl ann. no. in c. in nostra. de procuratorib. etiam si quid ꝑ parte nobilium cõtra p̄scriptionem p̄dictam fuit allegatū, fuit peremptum per interemptionem facti, ideò non oportet aliter in hoc insistere. Et ex his & alijs lõgissimis discussionibus adhibitis. ¶Fuit cõc usum & deliberatū ꝑ oēs dños cõsiliarios, ꝙ absoluant dicti homines de Platea Forcellæ ab impetitione p̄dicta dictorum Nobilium, sedilis Montaneæ, & sic lata fuit sententia.

IVRI petendi. Ius petēdi executionem decreti seu sententiæ p̄scribitur spatio 30. annorum. uide j. in decis. cccxlv. Tho. Gram.

DECISIO CCLVI.

De contractu meticuloso metu verberum inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 Maritus est ignobilis, qui sine causa vxorem verberat.
2 Heredes mulieris, qui probant per testes maritum eam verberasse, an sufficienter probent.
Instrumentum meticulose factum, qualiter probetur.
3 Verba quando probent contractum meticulosum. 4.
4 Intellectus ad c. causam matrimonij. de offic delegati.

1 QVIDAM †maritus nobilis origine, sed nõ moribus, continuè suā vxorē nobilē uerberabat secretè: tñ non poterat ita secretè uerberare eā sine iusta causa, ꝙ uicini & cõsanguinei, & aliæ personæ non audirent uoces vxoris, & percussiones, quas recipiebat a viro, nõ vidissent & audiuissent. tādē vna die in publico testimonio corā iudice notario & testibus in numero sufficienti dicta uxor & dictus vir venerunt ad quandam conuētionem, ut dictæ vxori p̄stētur alimēta annuatim vsque ad tantā summā, & hoc fuit in læsionē uxoris, et in dicto instrumēto interuenerunt clausu-
2 læ consuetæ, & iur̄m. hæredes †mulieris agunt contra virum, dicēdo, illud instrumentū fuisse meticulosè factūt & probant per certos idoneos testes, ꝙ ante dictum contractum maritus verberauit vxorem, non tñ probatur, quòd ex dicta causa eam verberauit. Vtrum p̄sumantur dicta verbera esse

facta pro dicto contractu faciendo. Aliqui nimiū subtilizātes allegabāt Inn. in c. accedēns. de conuersi. cōiugato. hoc mō: dr in d c accedens. ꝙ uir petebat ab vxore licentiā, vt potuisset intrare religionē. uxor ꝑp verbera annuit votis mariti. nihil dicitur in tex. ꝙ uerbera fuerunt facta occasione, ut consentiret uxor uiro volēti intrare religionē. superuenit Inno. & fecit ibi glo. q̄ dicit, ꝙ ob hoc uerberabat, vt licentiā præberet intrādi monasteriū, & sic p̄sumitur pro ipsa,
3 ꝙ verbera ob hoc fuerunt. ¶ † Oēs alij dñi fuerunt in contraria opinione. s. ꝙ non sufficit probasse uxorem esse uerberatā, nisi probetur, ꝙ fuit uerberata, ut faceret dictū cōtractū. & hoc per authoritatem Inn. in c. accedens. & ita dicit Bar. in l. si ob turpē. ff. de cōdi. ob tur. cām. & ita intelligit illud, quod dr̄, ꝙ sufficit, ꝙ maritus semel uerberauit uxorē, ut consentiret contractui, tunc semper præ sumitur durare idem metus, donec durat matrimonium: ut in l. si per impressionē. C. qđ met. cau & doc. & in l. interpositas. C. de transactio. & in c. cām matrimonij. de offi. dele. & in c. perlatū. quod met. cau. & pro hoc ego solus allegaui ad hoc decisionē Inno. & Io. And. in nouella. in c. cum locū. de sponsalibus. ubi dicit ista verba formalia: † si metus uel coactio in
4 teruenerit super eo, vbi consensus requiritur, uerbi gratia, si cogitur contrahere matrimoniū non valet. secus si super diuersis interueniat consensus & uis, ut si carcerauit quis aliū, ut pecuniā ab eo extorqueat, si aliū cōtractū faciat, valet &c. quia non ob illum contractū fuit adhibitus metus: ut in l. qui in carcerē. ff. quod metus cā: ut habeē in l. qui à latronibus. ff. quod me. cau. cū igitur non fuit probara cā, ex qua fuit uerberata, non ꝑt dici dictus contractus meticulosus, ex eo, quia fuit uerberata, nisi probetur, ꝙ fuit uerberata, ut faceret dictū contractū. quod est menti tenendum pro intelligentia eorum, quæ scribūtur in d. c. cām matrimonij.

DECISIO CCXLVII.

De collatione cessante bonorū cōsumptorū sine dolo & culpa.

SVMMARIVM.

1 Bona mobilia in dotem data & consumpta, an expellant sororē à successione paterna.

2 Conferendum quid sit in restitutione dotis conferendæ marito ad inopiam redacto.

Librorum collatio, qualiter fiat.

3 Bona in collatione ueniunt prout reperiuntur tempore mortis.

4 Collatio cessat in bonis sine dolo & culpa consumptis.

Habvimvs in cōsilio sup quodā processu fabricato in ciuitate Po-
1 tentiæ, † utrum soror, quę habuit in dotem certa bona mobilia inæstimata, q̄ usu cōsumūtur, ex sic dēnt restitui soluto mr̄imonio, ꝑut reperiuntur. Mortuo patre ab intestato vult succedere ei unà cū aliis sororibus suis in bonis Burgēsaticis, dñt illæ sorores, tu nō potes succedere, qa non potes dotes, quas habuisti, conferre: quia dotes prædictæ sunt cōsumptæ ¶ Quæritur quid iuris? fuit uotatum in Consilio, ꝙ si illa bona mobilia data in dotē sunt consumpta non dolo uel culpa coniugum, ꝙ illa soror debet admitti ad successionē, ēt ꝙ dicta bona non possint conferri, ꝑ tex. in l. ij. §. de illis. ff. de colla. bonorū. Et pro hoc bñ facit, id qđ no. in aut. qđ locū. C. de colla. invet his cessan
2 tibus. ¶ † Accedat ad hoc illud, quod dr̄, ꝙ si debet fieri restitutio dotis, & maritus non est soluendo, & dos dēt conferri, solum debet conferri illud, quod maritus soluere potest: ut

in l.j.§.cũ dos.ff.de colla.dot. Licet hodie per d.authen.quod locum. cõfert solũ actionem ad dotẽ, licet inanem. Et ideo dicũt doc. in l.illud.C. de colla. maximè Pau.de ca. ꝙ libri conferunt prout sunt tpe mortis pa-
3 tris,& nõ prout sunt empti. ¶†Item in collatione ueniũt bona,ꝑut reperiunt tpe mortis, & non ea,quæ sunt consumpta,scđm Bal.& Ang.in l. ea demũ.C.de colla.& Bal. in authẽ.ex testã. versi.xv.& xvij. ¶Nec obstat, ꝙ æqualitas in materia ista collationis debet attendi:quia intelligit si bona reperiuntur tpe mortis defuncti. Sed si sunt consumpta sine dolo & culpa, cessat collatio, & admittit ad successionem:ut in d.§.de illis.& d.l. ea demum. Aliud esset,qñ bona data
4 essent in dotem æstimata:†quia tunc pretiũ debet restitui:ut in l.quoties. & l. inter virum.& l.si cum dote.C. de iure do.& no. in l.æstimatę.ff.sol. mat.¶Et ita fuit iudicatum ex uoto dominorum de sacro consilio.

DECISIO CCXLVIII.

De feudo nouo nouiter obuẽto per legatum cum Regio assensu.

SVMMARIVM.

1 Feudum antiquum an possit alienari sine consensu primogeniti.
2 Soror succedit fratri in feudis, quibus uiuitur iure Francorum.
Soror dotata à fratre,nõ succedit fratri in feudis iure Longobardorũ.6.
3 Ius speciale allegatum est probandũ, in feudis.
4 Feudatarij in feudis uiuere iure Francorum quando dicantur.
5 Testis de auditis,non probat.
7 Personam primitiuam inficient,deriuatiuam uituperat.
8 Feudum nouũ causa noua facit,item & noua forma.
9 Legatarius,largo modo hrs dicitur.
10 Clausula in fine contractus posita, qñ extendatur ad præcedentia.12.
11 Conditio apposita in principio orationis, cẽset repetita in tota orõne. Dictio,ita,qualiter stet.
13 Qualitas unius facti aliud factum, quando non qualificet, licet ambo regantur eodem uerbo.

FVIT diu in consilio dubitatũ: Vtrum casale sancti Nicolai de Vmfredis in pſona dñe Catharinæ de castiglono, in pſona Gulielmi de Griphis sit feudũ nouum,& an antiquũ. Ex quo istud feudũ olim fuit quondã magnifici Antonelli de castiglono,qđ habuit ex successione materna: cui Antonello successit Iacobus eius filius primogenitus,qui maritauit & dotauit dñam Catharinã eius sororẽ carnalẽ vtrinq; coniunctã de bonis maternis & fraternis. Videns posteà dictus Iacobus,ꝙ nõ habebat filios,supplicauit Regi,vt cõcederet sibi facultatẽ, ꝙ posset in vita vel in morte donare uel legare dictum feudũ,cui uoluerit: & Rex Ferdinandus primus,fecit talẽ grãm,post hęc d.Iacobus fecit testm̃ & codicillũ,& legauit pfatæ suæ sorori, & Gulielmo de Gripho eius filio & nepoti dicti Iacobi dictũ feudũ:& sic mater & filiꝰ virtute dicti legati pcedẽte dicto Regio assensu receperũt possessionem dicti feudi,& soluto releuio habuerũt cõfirmationẽ à rege Ferdinãdo primo, deide dicta dña Catharina cũ Regio assensu donauit suã medietatẽ dicti feudi cuidã Iacobo Gripho,filio suo secũdogenito,cũ hoc pacto,ꝙ si ipse decederet sine filijs ĩ dicto feudo,succedat Gulielmus Griphus. Et euenit casus, ꝙ dictus Iacobꝰ fuit mortuus sine filijs,supstite dicto Guilielmo,ꝗ virtute dicti pacti succedit ĩ dicta medietate dicti feudi, & sic totũ dictum feudũ supradicto modo puenit ĩ possionẽ dicti Gulielmi, qui Gulielmus tenens

tenens & possidens dictũ feudũ Regio assensu donauit inter viuos Alberico de Griphis eius filio quartogenito & tradidit.
1 †dicit Ioãnes Griphus filius primogenitus dicti Gulielmi, ꝙ dictus eius pr̃ nõ potuit donare dictũ feudum dicto Alberico eius filio quartogenito in eius p̃iudiciũ: quia dictũ feudũ est antiquũ in quo uiuit iure Francorũ, & ipse tanq̃ primogenitus debet succedere. ¶In cõtrariũ dr̃ ꝓ parte Gulielmi & Alberici, ꝙ dictũ feudũ est nouũ. & ideo potuit dictus Gulielmus cũ Regio assensu illud alienare ĩ dictũ Albericũ, sicut in extraneũ: vt cõcludit Andr. in c.j.de alie.feu.pater.& in cõsti.Regni, cõstitutionẽ.& in c.j.de natu.succe.feu.in iiij.col.& Bart.in c.j.de uasal. decre. ætа.& Io.de Imol.in l.filiusfamilias. §.cũ pater.in prin.& in l.si domus.§. fi.ad fi. de leg.j. & in c.potuit.x.col. de loca.& Alex.in iiij.vol.cõsil.lv.in viij.co.& in v.vol.cõsi.xxviij.Secus, si esset antiquũ,&viuit iure Frãcoℝ, tũc nõ potuisset alienare in p̃iudiciũ primogeniti, vt in d.c.j.p And.& c.j. an agnatus.& ĩ c.j.ad fi. qui succe.teneant.& in c.j.§.hoc quoq;. de succ. feu.& in c.j.§ quid ergo. circa fi.per Andr.de inuestitu.de re ali.fac.ĩ iiij. uol.cõsi.cvj.& seq.& est ꝓducta sup hoc quædam declaratoria Regis Roberti, & quædã alia Regis Alphonsi primi. ¶Et dubium faciebat, ꝙ esset dictũ, ꝙ feudũ antiquũ: quia dicebatur, ꝙ domus de castiglono uiuebat iure Francorũ, & sic soror, uidelicet dñа Catharina, tanq̃, uiuens iure Frãcorũ succedebat de iure fratri suo Iacobo, et sine legato, vt dicit declaratio Reginæ Ioannæ secũdæ, quæ fuit facta cũ consilio ualentissimorũ doctorũ ad instantiã dñæ Catherinæ Filigiriæ, uxoris quondam excellentis dñi Ioannis caracoli magni senescalli Regis Siciliæ.
2 †ubi dicitur, ꝙ soror succedit fratri in feudis, in quibus uiuitur iure Francorũ, secus si uiuitur iure Longobardorũ. quia tũc maritata & dotata à fratre, non succedit fratri. ¶Et sic intelligit glo. Marini de caramanico in cõst.ut de successionibus.in verbo, dotatas.& sic intelligitur id quod dicit, ꝙ dotata à fratre, nõ succedit fratri, per l.qñ nouella. C.de inoffi.test.& not. And.in c.j.de natu.succe.feu.& tenet Luc.de pen. in l.fi.C.qñ & quibus quarta pars de beat.li.x. & iudex Blasius de Morcono in Longobarda.de success.l.pater filiam, & dicit ita tenere dñm Barthо lemæum de Capua. Et ego ita cõclusi in c.j.§.quinetiã. epm uel abbatẽ. ubi allegaui alias sñias Regias sic eẽ latas, & isto ca u fiscus excludit sororem à successione fratris in feudo, in quo uiuitur iure Longobardorũ. et istam distinctionẽ dicta dña Regina mandat seruari in causis pręsentibus & futuris.& hoc factũ fuit per uiam legis condendæ. Et sic in eius persona feudũ fuerat antiquũ, et ipsa tanquàm in antiquo feudo debebat succedere. et ideo si erat antiquũ, nõ potuit ipsa donare, ĩ aliũ, quàm ĩmediate successurũ, qui erat Gulielmus suus primogenitus, qui debebat ei succedere in feudo paterno. Et in illo feudo materno debebat succedere Ioannes primogenitus dicti Gulielmi uigore cõsti.Reg.ut de successionibus. ¶In contrariũ dicitur. ꝙ dictũ feudũ sancti Nicolai in persona dñæ Catherinæ de castiglonæ et Gulielmi fuit nouũ, et non antiquum. Quia dña Catharina tanq̃ dotata et maritata à dicto suo fratre de bonis paternis et fraternis nõ poterat succedere dicto fratri in dicto feudo fraterno, ex quo non est probatum, ꝙ dñs de castiglono uixerit iure Francorum,
3 †quod de iure debuit probare dictus Ioannes: quia ꝙ iure Francorũ uixe-

rit,debet ꝓbari:quia eſt ſpeciale ius, ut dicit tex.& And.in conſti.Regni, ut de ſucceſſionibus.& in l.Imperialem.§.pręterea ducatus.de ꝓhi.feu. alie.per Fede.alias ꝑſumitur, ꝙ iure Longobardo uiuat, ut dicit Andr.in ꝑludijs feudoꝝ,in iij.q.principali.et idem And.in conſti.Regni,puritatē. ubi dicit,ꝙ fallit in Neapoli et Auerſæ,et in medietate Salerni.bene facit quod no.idē And.et in d.§.ꝑterea ducatus.¶ Nō apparet per priuilegia,ꝙ dicta domus vixerit iure Frācorum. Nec apparet, ꝙ in dicta domo fuerint plures fratres:q̃a ſemꝑ fuit unus primogenitus,quo caſu non pōt probari per teſtes,ꝙ uiuitur iure Frācorū:ut dicit Andre.in d.l.Imperialē.§. ꝑterea ducatus.et in cōſti.Regni,cōſtitutionē diuæ memoriæ. et in conſti.ut de ſucceſſionib⁹.¶ Nec obſtat, ꝙ dictus Ioannes probauit,ꝙ oēs barones montis Fuſculi uiuūt iure Frācorū:et ideo ꝑſumitur,ꝙ ſic uiuaẽ in iſto caſtro:ut in c.j.§.et quia.per Andre.de his,qui feu.dare pñt.et ſic res ſequiẽ conditionē perſonę. ut ibi, et in l.j.C.de imponē. lucra.de ſcrip.li. x.et ibi ꝑ Lucā de Penna.

4 † Quia reſponſum fuit, ꝙ per hoc non ꝓbaẽ, ꝙ domus de caſtiglono uixerit iure Francorū:ut dicit Andr.de Iſer.in.§. præterea ducatus.prealle. in additione.in dicta conſti.conſtitutionē,Bene tñ uerum eſt,ꝙ ſi ꝓbetur, ꝙ talis viuat iure Francorū,ſed dubitatur in quibus,ꝙ tunc recurritur ad cōſuetudinē uicinorū.ita dicit Andr. in dicta additione.& pro hoc c.ſopitę. & c.ſuper.eod.de cēſibus.Vnde probato ꝙ barones montis Fuſculi uiuunt iure Francorū,non ꝓbat conſequenter,ꝙ domus de caſtiglono uixerit iure Francoꝝ in ſucceſſionibus,ſtāte hoc ꝙ ī domo de caſtiglono nunq̃ fuit, niſi unicus primogenitus.¶ Idem dictū caſtrū per authen.priuilegiū fuit ſeparatum à ꝑtinentijs mōtis Fuſculi in omnibus,& per omnia, & ſic nō pōt reſtringi dictū caſtrū cū cōſuetudine mōtis fuſculi, vt dicit And.ī cōſti.ī aliquib⁹.in ix col. & meli⁹ ī c.j. §.ſimiliter.iij.col.de capi.Corradi.ꝑ l.j.quæ ſit longa cōſuetu. ¶ Nec obſtant teſtes deponentes de auditu. ꝙ domus de caſtiglono uiuat iure Frācorū:

5 † quia teſtes de auditu nō probant.l.teſtiū.C.de teſti.l.ſolā.eo.tit. nota. in l.ij.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcen.Inn.in c.ꝑterea, & in c.cauſam quæ.de teſti.& tātò magis, quia ratio quare hoc audiuerunt, eſt, quia barones mōtis Fuſculi in ſucceſſionibus uiuūt iure Francorū,ꝓut audiuerunt.Et tñ ꝓductum eſt vnū inſtr̃m, in quo domina Catharina dicit ſe uiuere iure Lōgobardorū.¶ Secūdò dicebaẽ,ꝙ poſito, ꝙ dicta domina Catharina uixerit iure Frācorū, ex quo fuit maritata à patre,& poſtea dotata à fratre,ut confitetur dictus Ioannes in xij.exce. Alberici, ſine dubio dotata à fratre repellitur à ſucceſſione bonorū fratris:ut dicit Andre. in conſtit.Regni, in aliquibus.in xij.columm.vbi dicit non obſtat l.ſi pater filiam.in Longobarda, à qua ſumpſit originem tex.in cōſtitu. ut de ſucceſſionibus.ibi, coniugatæ & dotatæ à fratrū ſucceſſione repellūtur:quia ille tex.debet referre ſingula ſingulis, vt quod dicit de paterna ſubſtantia, referaẽ quando pater dotauit, quod ſequitur de fraterna, quando frater dotauit:

6 ſemper †enim ut repellatur ſoror à ſucceſſione propter dotē, requiritur, ꝙ ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agiẽ,per d.l.quoniā nouella.in fin.C.de inoffic.teſta. C.de colla.l.vt liberis. & idem dicit idem Andr.in conſtit.ut de ſucceſſionibus.& Lucas de Pēna in loco præallegato.& Alex.in j.vol conſi.xxix. in.ij.col. Et ſic patet, ꝙ domina Ca-

tharina tanquam soror post mortem fratris non poterat succedere in feudo. Cũ ergo præcedente Regio assen su dictus Iacob. de Castiglono ei reliquit feudum prædictum pro medietate dictæ dominæ Chatarinæ dicit habuisse medietatem dicti feudi de nouo uigore dicti legati cum Regio assensu, per quem assensum dicitur habuisse medietatẽ dicti feudi à Rege: ut dicit And. in c. j. qui succe. test. & in l. Imperialẽ. in princ. de prohi. feudi. alie. per Federi. & in c. j. de ali. feudi. allegat l. lege obuenire. ff. de uerb. signi. bonus est tex. quem non allegat And. ĩ l. si liqueat. C. de inof. dona. & in authen. de defen. ciuit. §. interim. & uoluit Cy. in l. neq;. C. de confir. tuto. Et similiter alia medietas dicti feudi legata d. Guilielmo, p dictũ Iac. de Castiglono eius patruũ erit feudum nouum in persona dicti Gulielmi: ex quo ipse non erat imme diatè successurus d. Iacobo: nec ex persona sua, nec ex persona matris,
7 quæ non † poterat succedere fratri, & qui primitiuam inficit, deriuatiuã uituperat: ut dicit Bal. l. fi. C. de uerb. sign. & in l. maximũ uitiũ. C. de libe. pteritis. & in l. quoties. C. de suis. & legi. & in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. & in c. j. §. & quia. de his, qui feudare poss. Et ideò de necessitate dicendũ est, ꝙ in persona dñæ Catharinæ in persona Gulielmi dictum casale de nouo obuenit non uirtute successionis, sed uirtute Regij assensus, ut dicit Bal. ĩ c. j. §. hoc quoque. de success. feu. & in c. j. de fratri. de nouo bene. inuesti. & in ca. j. de gra. succed. in feudum. & in c. j. de natura suc. feu. & in c. j. in pri. de ali. feu: paterni. & ĩ c. j. de uasa. decrepi. ætã. & in c. j. qui testes sint necessarij ad ꝓbandũ nouam inuesti. ¶ Quare fuit notatum per maiorem & sanctiorem partem dominorum de consilio, ꝙ di ctum feudum S. Nicolai in persona dñæ Catharinæ, & Gulielmi fuit nouum feudum nouiter eis obuentum per legatum cũ Regio assensu. Et ista uota habet notarius Vincentius Sapon⁹, & tãto magis, quia princeps in confirmatione facta d. Catheri. & Gulielmo expressè dicit, ꝙ uirtute legati prędicti cũ Regio assensu admittit eos ad successionem, & sic ex noua cã virtute legati cũ Regio assen-
8 su, & noua † cã facit esse nouũ feudũ: ut dicit Bal. in c. j. viij. col. an agnat⁹. & uult, ꝙ illud habeant tanquam noui domini, & sic dicitur feudũ nouũ: ut dicit And. in c. j. de eo qui finẽ fecit agnatis. & uoluit Pau. de Cast. in consil. cliiij. inci. circa pñtẽ casum. & ibi alleg. ad hoc c. j. de duobus. fra. à c. inue. Et ideo dicebat Bal. in d. l. Imperialem. §. insuper. de prohi. feu ali. per Federi. ꝙ noua forma facit nouũ feudum. Et idem dicit Old. in consi. clxix. incip. quidam nobilis tenebat quodam castrum &c. ¶ Nec obstat, quod dicitur ꝙ fuit per dominã Catha. & Gulielmũ solutum releuium, quod non soluitur, nisi per successionem habeat feudum: ut not. p Andr. in c. j. §. similiter. de capi. corradi: & usus curiæ ẽ, ꝙ legato feudi cum regio assensu pcedẽti soluiẽ releuium.
9 Et iste fuit bonus mos: † quia legatarius largo modo dr hæres: ſm Bal. in d. l. Imperialẽ. in princ. penul. col. & Bar. in l. inconuentio. ff. de uerb. sig. & Bal. in l. instra. uersi. oppo. ꝙ imo instra. C. de fideicõmi. & non tenet ad releuium ſm Andr. in d. §. sed & res. not. And. in constitut. regni. post mortem. ¶ Sed quia post dictum uotum aduocatus dicti Ioannis hoc sentiens, dixit, ꝙ etiam si feudum prædictum fuisset nouum, non potuit dictus Gulielmus donasse cum regio assensu dicto filio suo quartogenito in sui præiudicium, pro eo, quia iste

Gulielmus donauit dictum feudum per prius Iacobo illo tertiogenito, cum certis conditionibus, & cum tali declaratione, q̄ in oī casu & euentu & omni tpe dēant masculi de domo de Griphis succedere in dicto feudo, seruata prærogatiua prædicta.s. ætatis & sexus: igitur per istam clausulā ultimā, quæsitū est ius dicto Ioanni primogenito.s.ut ipse sit futurus successor post mortem patris. Et hanc clausulā pater non potuit reuocare donando postea Alberico prædicto:

10 †quia dicta clausula in fine contractus prædicti apposita, extenditur ad oīa præcedentia.s.ubi dictum est, q̄ pr̄ mortuo Iacobo succedat &c. p l.talis scriptura.& ibi Bar.ff.de leg.j: in l.si.ff.de rebus dubijs.& Bar. & doc. in l.si idem cum eodem.ff.de iurisdi.omni.iudi. & Bal.in l.j.C.de libe.præte.& Abb.Sic.in c.sedes.de rescrip.& in c.ij.requiris.de appella. & Abb.& Inn.in c.cùm dilecti.de dona. cum multis simi. & sic uirtute dictæ clausulæ positæ in instr̄o donationis factæ Iacobo, fuit quæsitū ius dicto Ioāni primogenito, & nō potuit Gulielmus mortuo Iacobo donare Alberico in præiudiciū iuris quæsiti uirtute dictæ clausulæ dicto Ioanni primogenito. ¶ Ad præsens motiuū ego respondebā, q̄ dictus Gulielmus in donatione, quā fecit dicto tertiogenito apposuit duas cōditiones. ¶ Prima si ipse donatari⁹ moriat̄ sine filijs uiuo Gulielmo patre, pr̄ ipse succedat. ¶ Secūda cōditio, si ipse Iacobus moriatur post mortē Gulielmi, superstitibus filijs, filij succedāt, seruata sex⁹ & ætatis prærogatiua. Si moriatur sine filijs masculis, succedat Albericus & eius filij. Si Albericus moriatur sine filiis masculis, succedat Antonellus frater dicti Gulielmi. Ita q̄ in oī casu & euentu, & in omni tpe dēant masculi succedere seruata sex⁹ & ætatis prærogatiua. & sic hæc clausula, in omni casu &c. intelligitur repetita in oībus uerbis in præsenti ultima cōditiōe apposita, uidelicet si Iacobus mortuus fuerit post mortem Gulielmi patris.

11 † nā cōditio apposita in principio orationis, cēsetur repetita in tota ipsa orōne cōtinuatiua: ut uoluit Bar.in l.in repetendis.ff.de leg. iij.& gl.in l.auia.ff.de cōdi.& demō. & ī l. Seię.§.Caio.ff.de fundo instru. & in l.si tibi purè.ff.de lega.iij.Dictio.n.illa, ita q̄ in oī casu &c. est cōtinuatiua: ut patet in d.l.si tibi purè. ubi de dictione, ita.& tenet expressè Bar.in l.quibus diebus.§.Termilius. ff.de cōdi.& demon. et est tex.ad literā in l.libertus.§.j.ff.de manu. testa.& in l ita tn̄.ff.ad Treb.cum ergo euanuit cōditio, quia Iacobus tertiogenitus mortuus fuit sine filijs, superstite Gulielmo patre, nullū ius p̄t p̄tēdere dictus Ioannes fuisse sibi quæsitū ex dicta clausula. Nec illa clausula ita q̄ in oī casu, censetur repetita in cōditione, si tertiogenitus moriatur sine filijs superstite patre:

12 †q.a clausula apposita in una cōditione: nō cēsetur repetita ī alia cōditione, ut no. in c.cū dilecti.de dona.& tenet Bar. in d.l.talis scriptura.de leg.j. Et ideò dicit Bar.in cōsilio, qd̄ incipit, testastator reliquit &c. q̄ si testator dixit, relinquo uxori meæ habitationē domus meæ, si castè & honestè uixerit. Itē, lego ei oēs pannos, non intelligitur repetita illa cōditio seu qualitas, si castè & honestè uixerit: quia si uoluisset, dixisset: ut in l.j.§.fin aūt. C. de caduc.tollne. & firmat hoc dn̄us Bartholomæus Sucza de Senis ī cōs. x.in vj.col. Bene ad hoc facit qd̄ dicit Abb.Sic.in c.ecclesia uestra. lo x. de elec. q̄ clausula in fine apposita, nō referī ad præcedētia capitula, qn̄ ex tali relatiōe sequeretur absurdū, uel aliud incōueniēs, seu iuriū corre

ctio,uel possset reddi ratio diuersitatis.& idē dicit Ale.ī ij.vol.cō.ccxiij. Itē clausula in fi.posita,nō refert ad oīa præcedentia, qñ est posita ad dispositionē aliā qualificandā,tūc nunquā refertur ad oīa præcedentia, ſm Bar.in l.fi.ff.de rebus dubijs. & Ale.
13 ubi ſ. ¶†Itē ad hoc facit, ubi plura facta iungūtur in eadē dispositione, qualitas apposita inter aliqua unius facti,nō qualificat aliud factum,licet ambo facta regātur eodē uerbo.gl. ē in Cle. ne Romani. in uerbo, cœtus. de electio.Abb.in c.ij.requiris. de appel.Bart.in d.l.talis scriptura.& in l. prætor.ff.vi bono.rap. Et ideò talis clausula nō refertur ad primam cōditionē,qñ tertiogenitus mortuus eēt superstite patre casu,prout euenit.& sic nullū ius quæsitū fuit per dictam clausulā dicto Ioanni.Et pendēte decisione huius dubij mortuus fuit Ioannes & ei⁹ filius:& deinde mortuus est ipse Albericus post mortē patris. Et sic dicta cā nō fuit determinata p sñiam, tñ ex prædictis patet decisio dictæ causæ.Matthæus de Afflicto.

DECISIO CCXLIX.

De alienatione rei stabilis pupilli.

SVMMARIVM.

1 Alienatio rei immobilis pupilli, ut ualeat quid requirat.

2 Decretum iudicis in alienatiōe rei minoris interuenire debet.

1 FVIT in Cōsilio in quadā cā pupillari discussum,† quæ sunt necessaria,ut ualeat alienatio rei stabilis pupilli. Et fuit pariter cōclusum,ad hoc ut ualeat & teneat dicta alienatio: ꝙ requiruntur ista:Videlicet, primò ut existat cā urgēs alienandi, ut in l.ob æs.C.de præd.min.& in l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eorū.¶Secūdo, ꝙ debitū pupilli ex bonis mobilibus nō possit solui: ut in d.§.ne passim.& in §.in primis.in eadem lege. ¶Tertiò,ꝙ hoc liqueat iudici per discussionē bonorū:ut ī d.§.ne passim. & in d.§.in primis. ¶Quarto, ꝙ uēdatur res minus dānosa,ut in dictis iuribus. ¶Quintò,ꝙ ꝓ paruo debito nō uendatur res magna,ut in l.& si fine. §.j.ff.de minori.& in dicto § ne passim. ¶Sextò , ut interueniat tutoris authoritas.l.neq; & l.eū qui.C.de autho.tuto.& Insti.de autho. tuto. per totum.& dēt cōstare de tutela,iuxta no.per Bar.in l.legitimos.de legi. tuto.& de inuentario tutoris.de quo in l.tutor qui repertoriū.ff.de admi.tuto.¶Septimò,ꝙ oīa ista præcedāt decretū iudicis,& his præcedentibus interueniat Iudicis decretum in dicta alienatiōe rei stabilis ipsius minoris: ut in l.j.ff.de reb. eorū. & in l.lex q̄ tutores.C.de admi tut. & in l.si pupillorū.§.j.ff.eo.ti.& no. in l.cū lex. ff.de fideiuſ.& in d.l.ob æs.C.de prædijs min.firmat Lud Roma. in conſ. cccxxj.inci.in casu præpositæ consul
2 tationis.† & dicit Spe.in tit.de procurato.§.j.verſ.quid ergo.si cōstitueris,ꝙ si iudex sine dicta causæ cognitiōe interposuerit decretū prædictū, ꝙ ualet decretū.¶Sed in contrariū alleg.l cū hi.§.si prætor.ff.de transac. & l.in testō.ff.de testa.tute.et l.quāuis.ff.de rebus eorū.de quo dixi in l. Imperialem.§.in princip. in xij.not. in xvj.q.de prohibita feudi ali. per Fed.¶Octauo,ꝙ post decretū. interueniant subhastationes. ut in l.et si fine.§.j.iūcta gl.et ibi Bar.ff.de min. et in Spec.de empt. et uendi.§.nunc dicendum.verſ.si igitur tutor. et uide in tractatu de emptione et uend. in quæstiōe principali, verſ. sequitur tertia pars de forma et solennitate contractus.de quo per Bart.in l.alio. ff.de alimen.et ciba.leg.et in l.si tempora.C.de fide instrumē.et iure hast. lib.x.Et quia ista sunt necessaria, et

continuè accidunt. Ideò mihi fuit uisum, ꝙ hæc sunt digna annotatione.

DECISIO CCL.

De temporis declaratione in interdicto unde ui.

SUMMARIUM.

1 Tẽpus spolij, an per actorẽ dẽat declarari, qñ agitur interdicto undevi. Remedium famosum tam ciuiliter, quam criminaliter intentatum expressionem loci, & tẽporis requirit.

2 Libellus ciuilis quo casu non valeat sine temporis declaratione. Exceptio continens infamiam sine tempore declarato non tenet.

3 Remedia c. reintegrãda. iij. q. j. c. sæpe. de restitu. spo. quæ remedia sint, & cui competant.

4 Iudicium summarium, temporis expressione non eget.

Saepe & sæpius per aduocatos conuentorũ super possessorio recuperandæ possessionis petitur, ꝙ declaretur tempus spolij, & actor dicit, ꝙ
1 non tenetur. ¶ † Fuit determinatum pluries in Consilio, in diuersis causis, ꝙ qñ agitur inter dicto unde ui, tunc dẽt declarari tps spolij: quia tale interdictũ producit infamiã, saltim facti. l. honori. & l. licet. ff. de obsequi. & in l. j. §. interdictũ hoc. ff. de ui & ui ar. & no. gl. in l. neq; eo. tit. & ideò qñ intentatur remedium famosum, ẽt si ciuiliter agatur, requirit expressio loci & tẽporis, sicut qñ criminaliter agitur. l. itẽ exigit. de dolo. l. prætor edixit. in principio. & ibi Bart. ff. de iniurijs. & expressè firmat Barto. istam cõclusionẽ in l. j. §. siue autem. ff. de vi & vi arma. habet in c. tuæ. de procura. & in l. edita. C. de edendo.
2 Semper. n. qñ libellus ciuilis cõtinet infamiam, dẽt declarari tps: ut dicit Barto. in l. inde Neratius. ff. ad legem Aquiliam. & in l. j. ff. de edendo. & in l. uiro atq; uxore. ff. sol. mat. & Salic. in l. atrocẽ. C. de iniur. & Bart. & Bal. in d. l. item exigit. & Pet. de Anchar. in c. ut circa. de elect. in vj. & in c. præsentiũ. §. testes. de testi. eo. li. & Bart. in d. l. prætor edixit. ¶ Item qñ exceptio continet infamiam, dẽt declarari tempus. s̃m Bar. in d. l. prætor edixit. & in d. l. j. ff. de excep. Sed qñ agitur remedio c. reintegrãda. iii. q. j. vel remedio c. sæpe de restit. spo. uel cõstitutionis Regni, circa uiolentiarũ, tunc nõ requiritur, ꝙ declaretur tps:
3 quia ista sunt remedia ad recuperandam possessionem & non infamiam: quia agitur condictione ex dicto canone, uel ex dicta constit. uel ex d. c. sæpe. quæ condictiones. intẽtatæ nõ infamant: ut in l. cessat. ff. de actio. & obli. & firmant hoc doc. post. gl. in c. cũ ad sedẽ. in uerbo, interdictum. de resti. spoli. & Archi. in d. c. reintegranda. & Ant. de But. in c. sollicitæ. de resti. spoli. & Ale. de Im. in iij. vol. cõs. vj. inci. circa ꝓcessum causæ. in j. col. ubi dicit unũ uerbũ multum notandum in isto Regno, ubi est c. Regni, quod incipit, de testãtes. bene glossatum per Paridẽ de Puteo in suo tractatu de syndicatu, ꝑ qđ mandatur iudicibus, ꝙ causæ expediãtur summariæ, simpliciter & de plano, sola ueri
4 tate inspecta ꝙ † attento, ꝙ istæ solẽnitates, ꝙ declararetur locus tẽpus, sunt inductę de iure ciuili: ut in d. l. prætor edixi. & in l. libellorum. ff. de accu. & ꝑ dictũ c. sunt sublatæ solẽnitates iuris ciuilis: ut not. in Cle. sępe. de verb. signi. & ꝑ Bar. in extra. ad reprimẽdũ. in uerbo, sine figura, ꝙ ubi dẽret exprimi tps, nõ est de necessitate exprimendũ, qñ iudicium est summariũ. & istud dictũ fuit approbatũ per Consilium, qñ agebatur cũ inter Gasparẽ de Strotijs, et nobilẽ Iacobũ Senezariũ sup spolio certorũ mõtiũ ad faciendum alumen, in qua fuit cõmissarius do. Io. Bapti. Branchacius.

DECISIO CCLI.

De tabellionibus & fide instrumentorum propter notariũ.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum extra Regnũ factũ, quod qui fecit, non probatur notarius, an sit ullius momenti.
2 Instrumẽti publica forma præsumptionem inducit pro notario.
3 Notaruis pro præsumptione sui tabellionatus, qd ut probet, sufficiat.
Fama & communis opinio quem fuisse notarium, dat uires officio.
4 Tabellio de longinquis partibus, reputatione tabellionis satis habet.
5 Notario sufficit notariatus quasi possessio.
6 Instrumenta antiquissima nõ requirunt notariatus probationem.
Antiquitas operatur, ꝙ stetur probationi imperfectæ.

DETERMINATVM fuit in Cõ
1 silio, † ꝙ si producatur unum instrumentum factum extra Regnũ, & nõ est facta fides per officialem loci, ubi factum est instrũm, ꝙ ille est notarius publicus, bonæ famæ & opinionis, prout requiritur per ritum magnæ curiæ Vicariæ, char mihi xcv. in j. co. & nota Card. in Cle. j. de ꝓcu. in iij. q. et pt probari in Regno per testes idoneos, ꝙ ille est notarius publicus existens in quasi possessione notariatus, cõficiendi publica instr̃a, et hoc offertur ꝓbari, ꝙ dẽt dari terminus ad uerificandum per testes, ꝙ iste est notarius, & bonæ famæ. alias dictum instrũm nõ ꝓbat, nisi ꝓbetur, ꝙ ille sit notarius, hoc tenet And. in cõsti. in Regni instr̃orum robur. & Io. An. in ti. de instr. edi. §. restat. uersi. quid si ꝓducatur. & Anto. de but. in c. j. de fide instr. & Ang. in authen. de tabel. & Bal. in aut. sed nouo iure. C. si cer.
2 petat. in iij. colũ. † Licet ɔ̃rium tenuerit Goffre. in summa. de fid. instru. scilicet, ꝙ tale instr̃m probat, licet non cõstet notariũ, qui scripsit, esse notarium, quia præsumit, ex quo apparet in publica forma, in qua dicit se notariũ. & idẽ tenuit Angel. in aut. de hære. & fal. §. hinc nobis. ¶ Bene tñ conclusum fuit in consilio, ꝙ sufficit ꝓbare, ꝙ ille fecit plura instrumenta tanquã notarius, & fuit in longa possessione conficiendi instr̃a, vt dicit Inn. in d. c. j. de fid. instru. & Spec. in ti. de ꝓb. §. j. & Bald. in l. ij. xix. col. C. de serui. & aqua. & Bald. ĩ l. barbarius ff. de offi. pret. licet Bart. in l. actuarios. C. de nume. & act. lib. xij. & in l. Herẽnius. ff. de decur. dicat, ꝙ hoc non sufficit, & idem dicit Ale. in. j. vol. consi. cxxxviij. incip. vr̃ circa primũ in. iiij. col. Sed põt intelligi dictũ Bar. qñ est qõ inter ipsum notarium & alium, qui negat ipsum
3 fuisse notariũ, † tũc debet probare de titulo suo, ꝙ est notari⁹, ut dicit Ale. in d. l. Herennius. & ibi vide multas remissiones. ¶ Ad hoc accedat, ꝙ dicit Pau. de cast. in l. scriniarios. C. de testa. mili. ꝙ præsumit notarius. & Bal. in l. ij. C. de sen. & int. om. iudic. de quo per Feli. in. d. c. j. de fid. instr. & idẽ dicit Bal. in. d. l. Barbarius. dicens plus, ꝙ fama, & cõis opi. ꝙ est notarius, dat robur officio. ¶ Et post longam examinationem Albericus de Rosato in dicta. l. Barbarius. concludit, quod ipse vidit obseruari,
4 quòd † si tabellio est de longinquis partibus, sufficit, quod probetur, quòd reputatur tabellio. & quòd adhibetur eius instrumẽtis fides, vt publicis. Si autem tabellio est de loco de quo agitur. sufficit, quòd probetur eum esse uel fuisse in quasi possessione notariatus, & ꝙ publicè reputatus sit notarius. Et dicit Bald. in l. j. iiij. col. C. de fideicõ. ꝙ ille, qui fuit in possessione notariatus pro decem annis, præsumitur notarius, se

cus si ꝓ tribus annis, nisi inter contrahentes. uide ad hoc multas remissiones positas ꝑ Ale. in d. l. actuarios. C. de nume. actua. lib. xij. cũ Ang. in aut. de tabel. in ij. col. expresse dicit
5 † ꝙ sufficit ꝙ notarius sit ĩ quasi possessione officij notariatus. alle. Inn. ĩ c. dilectus. de fi. inst. & Spe. cod. ti. in §. postremò, uer. quid ergo, si tabellio. Et dicit Bal. unũ verbũ notandũ in l. cõparationes. C. de fi. instr. ꝙ si instr̃m esset multũ antiquũ, & notarius dicit, se illud fecisse, sed nõ põt probare ꝑꝑ antiquitatẽ tpis neq; ꝑ famã, neq; ꝑ alia instr̃a, quæ ipse scripsit, ꝙ credẽdũ est ei, sed in d. l. barbarius, dicit, ꝙ sufficit si reperiantur plura instr̃a confecta ꝑ eũdem notarium, nã ex hoc præsumit̃ notarius. ¶ Quid aũt, si vnũ instr̃m ꝓducatur excedens metã centũ anuo. uel ducẽtorũ, & nõ est fama, ꝙ ille fuit notarius, neq; sunt alia instr̃a eiusdẽ notarij, nec aliter põt ꝓbari, ꝙ ille est notarius, an præsumat̃ notari⁹ ex eo ꝙ reperit̃ se nominare notariũ, & ibi sunt subscriptiones testium. † Dicit
6 Bal. in aut. quas actio. C. de sac. sanc. ecc. ꝙ in instrumẽtis, ita antiquissimis non expedit ꝓbare, ꝙ notarius fuit notarius, vel in quasi possessione notariatus, quia ex ipso actu ita antiquo orit̃ præsumptio, ut not. Inn. in c. veniens. de uerb. sig. ¶ Nã ꝑꝑ temporis antiquitatẽ pręsumunt̃ omnia solẽniter acta, ẽt qñ solẽnitates sunt extrinsecæ, ut ꝓbat Ale. in. j. uol. cõsil. lxxix. in iij. col. & in consi. cxij. ij. col. nam & ꝑꝑ dictã antiquitatẽ stat̃ ꝓbationi imperfectæ, dicit Alexã. in iij. uol. consi. xij. circa fin.

DECISIO CCLII.

De uita & militia secundogenito debita.

Et de solutione adoę per primogenitum.

SVMMARIVM.

1 Vita & militia qualiter deducatur, & an primogenitus teneatur ad solutionem adoæ.
2 Adoæ solutio an sit perpetuæ utilitatis uel temporalis.
Secundogeniti an debeant cõtribuere in adoa soluenda.
Vsufructuarius quas expensas teneatur subire.
3 Adoa quid sit, & qui ad illam teneantur.
Vsufructuarius manibus proprijs, & non alienis usumfructum recipit.
4 Vxor ad quas expensas pro re dotali factas teneatur.
Maritus constante matrimonio, rei dotalis est dominus.
Euentus tristis non consideratur.
Vsufructuarius ad collectas, & tributa rei in qua habet usum fructũ, tenetur.
Fisco contra non soluentem collectas quomodo subueniatur.
5 Vita, & militia æquiparant̃ alimẽtis.
Alimenta uitæ & militiæ secundogenito de quibus pręstanda.
6 Feudi fructus ueniunt, deductis expensis.
7 Expensæ omnes nõ minuunt fruct⁹.
Adoæ solutio fauorem publicum respicit.
8 Alimentorũ præstatio, est pia causa.
9 Quæstio indecisa, differenda.
Iudicium in rebus ambiguis qñ non debeat esse absolutum.

MAGNIFICVS do. Anto. de ale. viceprotonotarius proposuit in consilio differentiam ortam inter Marianum de Ale. ex vna, & Robertum & Iulium filios quondã Iacobi de Ale. sui fratris carnalis, quæ talis erat. ¶ Vtrum stante testamento dicti Iacobocij, qui de nouo acquisiuit feudum casalis Cardeti cum potesta te testandi de eo inter dictos filios, habita à Regia maiestate Regis Fer-

dinandi, primi dicti filij secundogeniti, quibus præstatur certa portio fructuum dicti feudi ex dispositione testatoris, debeant contribuere in solutione adoæ, ad quã tenet Regiæ curiæ dictus Marinus. ¶ † Et quantum
1 ad istũ casum oẽs dñi fuerũt in voto ꝙ dicti fratres secũdogeniti nõ tenẽ
a tur contribuere in solutione adoæ, a sed totũ onus soluẽdi adoam ꝑtinet ad dictũ Marinũ primogenitũ, quia dicti fratres secũdogeniti nõ habẽt illã portionem fructuũ Castri Cardeti pro uita & militia, sed pro alimentis eorũ legatis ꝑ dictũ Iacobocium & post mortẽ Iacobocij ꝑ instrumẽtũ actũ fuit, ꝙ dicti fratres capiant dictã portionẽ fructuũ à manibus ipsius Marini, & sic non sunt usufructuarij pro illa portione Castri Cardeti, sed legatarij, iuxta doctri. Bart. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct. leg. & no. in l. defuncta. §. fi. ff. de vsu fruc. & sic cũ dicti fratres nõ ꝑcipiãt vitã & militiã à primogenito, sed tñ dictũ legatũ pro alimentis, non tenenẽ contribuere in dicta solutione adoæ, nec in releuio, quia limitata cã legati limitatũ ꝑducit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & in l. age cũ Geminiano. C. de transac. no. Felyn. post glo. in c. cũ ordinẽ. de rescrip. ¶ Sed ponamus, ꝙ feudũ esset antiquum, in quo uiuiẽ iure Francorum, quo iure solus primogenitus debet succedere, & habet fratrem secundogenitum, cui debet præstare uitam, & militiam ꝑ constitu. Regni, comitibus. Et contingit guerra in Regno ꝑꝑ quam Rex imponit adoã in Regno. ¶ Vtrum in solutione huius adoæ debeant cõtribuere alij fratres secundogeniti, quibus præstaẽ uita, & militia. ¶ Dicebat præfatus domi. viceprotonotarius, ꝙ totũ dubium
2 consistit in hoc, † vtrũ solutio adoæ fiat ad perpetuam utilitatem feudi, vel sit temporalis. Si enim fiat ad ꝑpetuam vtilitatem, sine dubio fratres secundogeniti non debent contribuere. Sed si fiat ad tpalem vtilitatem, fratres secundogeniti debent contribuere. ¶ Nãm idem dicimus ĩ vsufructuario, qui expensas tpales debet ipse subire, & non proprietatius ut in l. hactenus. & l. si pẽdentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufru. ¶ Sed expensas cõcernentes ꝑpetuam rei vtilitatem debet subire proprietarius, & non vsufructuarius. Et pro hoc est gl. no. in l. pen. § fi. ff. de leg. iij. & firmat Bar. in l. quero. ff. de usufru. leg. & glo. & Bar. in l. qui concubinã. §. q. ortis. ff. de leg. iij. Et firmat Ludo. in consi. cclxxviij. incip. præmissorum doctorum cõclusionẽ. Et dicebat dictus dñs Viceprotonotarius, ꝙ ipse est in opinione, ꝙ adoa, quæ soluitur Regi, respicit perpetuã vtilitatẽ feudi, pro eo, quia adoa est seruitiũ, qđ præstaẽ pro feudo qñ princeps declarauit uelle seruitium prædictum in pecunia, debet uasallus interpellatus præstare illud seruitium, ut in c. j. §. sed nec est alia iustior. quæ sit prima cã bene. amit. Nec vasallus põt dicere, ego uolo seruire personaliter ut dicit And. in l. Impialem. §. firmiter. de prohib. feu. ali. per Fede. & in c. j. vlti. col. quis dicatur dux, comes uel Marchio. & ibi declaraẽ quantũ
3 c ista adoa. † Et si nõ soluiẽ adoa q̃ est seruitiũ feudi, uasallus debet perdere feudũ, vt dicit text. in. d. §. sed nec est alia iustior: non tñ ipso iure, sed per sñiam, ut dicit ibi Andr. dum alleg. ꝙ no. in l. si quis in tantam. C. unde ui. & dicit And. in. d. §. firmiter ꝙ hæc est culpa contra dñm interdictè, scilicet in non iuuãdo. & ideo cõstitutio Regni, si vasallus, dicit si vasallus nõ præstat seruitiũ, põt dissasiri, nisi quãdo ꝑꝑ paupertatem nõ præstitit seruitium, tũc dominus per

sententiam ponetur in possessionem feudi pro adoa non soluta, ut declarant And. in d. c. firmiter in vlti. col. ergo ista adoa soluitur ꝓ perpetua utilitate, & sic vsufructuarius nō debet participare de dicta impensa, et per consequens nec frater secundogenitus. ¶ Ego dicebam, ꝙ ista vita, & militia, quæ præstatur fratri secundogenito, non potest æquipararari vsufructuario, quia vsufructuarius non recepit vsumfructum à manibus alterius, sed ipse recipit manibus proprijs, ut dicit Bartholo. in d. l. fundi Trebatiani, sed frater secundogenitus recepit portionem sibi agentem de fructibus feudi à manibus primogeniti, ut patet ex scriptis per And. in prædicta constitu. comitibus, & ꝑ Hoctiē. c. licet, de voto & voti redē. Nec etiam vř mihi, ꝙ sit bona æquiparatio, si vellemus æquiparare fratrem secundogenitum recipientem vitam, & militiam, marito, qui recepit fundum dotalem, qui præstabit expensas temporales, sed si facit expensas ad perpetuam vtilitatē, tunc vxor soluet istas impensas, ut ꝑ Ale. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. quia maritus est constante matri. dominus rei dotalis, ut in l. doce ancillam. C. de rei uen. & in l. in rebus. C. de iur. dot. Similiter non vř, ꝙ culpa in omittendo soluere adoam post requisitionem, faciat censeri solutionē adoæ esse factam ad perpetuam feudi vtilitatem, quia iste casus nou est in consideratione, quia ex quo uassall⁹ urat præstare fidelitatem, & seruitium, non est præsumendum in dubio, ꝙ uelit deierare arg. l. meritò. ff. ꝓ soc. & quia tristis euentus non est in consideratione, ut in l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de ver. ob. Item quia vsufructuarius debet soluere collectas & tributū rei, in qua habet vsūfructum. ut in d. l. hactenus. & in d. §. si quod cloacarij. quia iudicať ista solutio temporalis. Et tamen si nō soluitur, procurator fisci mitteť in possessionem rei pro tributo non soluto, ut scribit Luc. de penna. in l. fi. C. de exacto. tribu. lib. x. & in l. obsistere. C. de anno. & tribu. eod. lib. Et iō ego dicebam, ꝙ Andr. in. j. constitu. comitibus, ante constitutionem, in aliquibus dicit, ꝙ fratres minores tenentur facere seruitium curię de ipso feudo ad expensas, & equos, & arma fratris maioris, semper tamen debet maiori tantum remanere, & tantum dare minori, ut inde possit viuere, sicut primogenitus. † & sic tenet Andr. ꝙ frater minor debet seruire Regi ad expensas primogeniti, & sic primogenitus etiam alimentabit eū non solum quando seruet sed etiam qñ non seruiret, & tamen de istis alimentis nihil detrahēdū est, arg. l. cū hi. ff. de transact. ¶ Et propterea satis est, ꝙ teneatur seruire personaliter, & si Rex non vult seruitium personale, sed solutionem adoæ, ipsam soluet primogenitus: & præstabit alimēta fratri, nec detrahet aliquid de ei⁹ alimentis, quia ista vita & militia eq̄paratur alimentis, secundū Andr. in dictis constitutionib. comitibus. Sufficere debet primogenito, ꝙ ipse est honoratus in succedendo in feudo, cuius ipse est dominus, nec inuideat fratri secundogenito, qui solum ab eo recipit alimenta, & tenetur seruire personaliter Regiæ curiæ, quando est guerra in Regno, & dñs vult seruitium personale, nec detrahēdū est eius alimentis, qñ dñs vult seruitium, in pecunia: quia sufficit, ꝙ lex grauauit in hoc, ꝙ nō succedit. Item grauauit: ꝙ in illis alimentis nihil in morte pōt disponere, ex quo finitur illa vita & militia cū ꝑsona, et non trāsmittit ad filios suos, secundum gl. & And. in d. consti. comitibus. &

ista alimenta licet sint loco portionis feudi, s͡m Andr. in d. constitu. co-
6 mitibus. † tñ ista portio est ita exigua, ꝙ non pōt supportare aliud onus. arg. l. Titia. §. qui in uita. ff. de lega. ij. & l. nauis onustæ. ad legem Rhodiam de iactu. quæ iura allegat Andr. de Iser. in c. j. in uerbo. extraordinaria, quæ sint regalia. & facit illud generale, qui in vno grauatur, in alio releuatur: ut in l. eū. qui in prin. ff. de iureiur. cū concor. ibi allega. ¶ Nec obstat illud, quod posset dici, ꝙ ista alimenta p̄standa secundogenito p̄stantur de fructibus feudi, ut colligitur ex mente gl. et And. in d. constit. comitibus. et fructus feudi intelliguntur deductis impensis. ut in l. fructus. et in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. ma. cū alijs iuribus allegatis p Spec. in titu. de expensis. §. j. vnde si feudū ualet ducentum. portio uitæ et militiæ erit. xxxiij. et tertium, s͡m And. in d. constitu. si frater soluet centum pro adoa, nōne minuitur portio illius uitæ et militię? prima facie diceretur, ꝙ sic. Et tñ nō ē sic dicendū:
7 † quia non oēs expensę minuunt fructus, sed illæ quę fiūt gratia fructuū: ut dīt gl. et docto. in d. §. impendia. ¶ Item ubi datur fauor diuinus vel iuris publici, qui æquiparant̄: ut in l. fi. C. de sac. san. eccle. non considerant̄ expensæ, quæ necessariò fiūt pro habendis fructibus: ut in c. tua nobis. et cap. pastoralis. de decimis. sed solutio adoæ respicit fauorē publicum: quia p̄stantur tpe guerræ, vt Regnū sit securū. et ideò dicit Pau. de cast. in dicta l. fructus. ff. sol. mat. ꝙ stante statuto, ꝙ de fructibus soluatur gabella, debet solui absq; deductione expensarum. ratione iuris publici. Idem dicit Bal. in l. si à dño. § fi. ff. de peti. hære. in d. l. fructus. et Sali. in l. j. C. de fru. et liti. expen. et licet Ang. teneat contrarium in gabella: tū in solutione adoæ non est dubitandū, ꝙ soluitur rōne iuris publici: ut patet in c. j. §. similiter. per And. de capi. corradi. Sed posset dici ꝙ ista consideratio militat inter primogenitum soluentē adoam et Regem, nō autem inter primogenitum et secundogenitum, cui soluit
8 uitam et militiā. ¶ † Dico, ꝙ ex quo p̄statio alimētorū est pia cā, consideratio iuris publici militat ratiōe piæ cāæ. cui piæ cāæ iura concedunt etiā priuilegia iuris publici: ut patet ex scriptis p Lu. ī aut. similiter. C. ad leg. Falci. ¶ Preterea dicit Hostiē. in d. c. tua nobis. quem refert ibi Abb. Sicu. ꝙ qñ tractatur de resti. quotæ, uel alicuius partis, tunc fructus deducūtur sine aliqua deductione expensarum. Idem dicit ibi And. post Innocen. et Spec. in titulo de locato. §. postquam uer. quid si tibi. et sic tñ certa portio fructuum soluitur secūdogenito, non est in consideratione, ꝙ frater debet soluer̄ adoā, qñ est guerra. ¶ Pro hoc benefacit, quod dicit Io ī. And. in d. c. tua. referendo Inno. ꝙ ubi p̄statio soluitur pro aliquo seruitio, uel custodia, uel defensione dātis uel simili cā, non consideratur, ꝙ decimauit, ita nō consideratur in fructibus, qñ feudum soluit adoam. Hæc motiua placuerūt dicto insigni doctori et multis domi-
9 nis de consilio. † Et dicebat do. And. Mariconda, ꝙ ipe nunq̄ uidit hoc in quæstione deductū, et semp uidit primogenitum soluere adoam, et nō petere à fratribus minoribus, ꝙ diminuantur eorū alimenta, pp solutionē adoæ. et postea dū ueniret ista qō inter Ant. Pulquericū primogenitum, et Iacobum secundogenitum, fuit propter eius dubietatem per sacrum con sil reseruata deliberatio, sed ꝙ īterim primogenitus soluat adoā. Quia non reperit̄ ista qō tacta p aliquē doc. Iō nō est nūc decidēda, sed differēda. sic fecit And. qui non determinauit quā-

tum erit ista vita & militia: vt pꝫ ex scriptis eius in d.cōsti.comitibus. inde dicit tex.Graegorij xxxiij. di.c. si. in reb⁹ ambiguis absolutū nō debet esse iudiciū, qñ de ṗiudicio alterius tractat̃, ſm gl.ibi.& text.in c. graue. xj.q.iij.Et supradicta q.iā apparet decisa per alia media & rōnes.placuit tñ haec inserere.quia in lectura mea in l. Imperialem §.ṗterea ducatus. de ꝓhi.feu.alie.per Federic. aliud sensi legendo illam l.sed hic credo scripsisse veritatem.

1 in dicta cã, uidelicet, † utrũ agenti interdicto recuperãdę obstet exceptio dñii probati per quãdam scripturam per quã dicebatur, ꝙ Rex Ferdinandus primus audiuerat uota Consiliorũ de iustitia Antonelli de Amendolea aui dicti Ioannis Francisci, cõtra illos de Malda, per quas literas patet de iustitia & proprietate ipsius conuẽti. ¶ Et licet sit regula, ꝙ exceptio dominij non obstat agẽti interdicto recuperandæ possession. ut legitur & no. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acqui. possef. tñ qñ constat per sñiam latam in petitorio de dominio cõuenti, tunc obstabit exceptio dominij agenti recuperandæ: ut uoluit Ioan. And. in c. pastoralis. de cã possessio. & proprieta. & Cy. in l. incerti. C. de interdic. Bar. Ang. Io. de Imo. & Alex. in d. §. nihil cõmune. & Old. in conf. ccxxiiij. & And. de Iser. in consti. circa uiolentiarũ. licet quidã contra: ut per Mod. in d. §. nihil cõe. Et præsupponebaẽ, ꝙ dicta uota operanẽ, sicut
2 sñia. ¶ † Omnibus fuit uisum, ꝙ uota non operantur effectum sñiæ. nã ille, qui hẽt iudicare secũdum uotũ alterius si habito uoto ille nõ ꝓnũtiauit sñiam, nõ ẽ iudicatũ: ut patet ex not. per Pau. de cast. in l. j. C. si aduersus libertatem. & per Abbatem Sic. in c. cum uenerabilis. de exceptio. & per Bal. in l. j. C. de sent. ex peri. recitan. & Alex. in ij. uo. cõs. clxxxiiij. i xiij. co. ¶ Secũdo, nõ apparet, ꝙ dicta uota cõtẽta in dicta scriptura, sint data in iudicio petitorio vel possessorio, imò ꝑsumẽdũ erit, ꝙ potius ĩ possessorio, ex quo Antonellus prętẽdebat
3 se spoliatũ à Regia curia. ¶ † Tertio, illa uota sunt inter alias ꝑsonas, uide licet inter Antonellũ & Fiscũ, nũc vero inter Ioannẽ Franc. & fratrẽ Bernardini, & sic nõ inducũt notoriũ: vt dicit Inn. in c. ex insinuat. de appell. & no. in c. per tuas, de testibus, in ca. vestra. de coha. cleri & mulie. ¶ Quartò, istud spoliũ factũ fuit longè post dicta uota, & sic nõ obstat, ẽt si esset sententia, ut dicunt Ioan. And. & alij in c. cũ dilectus. de causa possef. & ꝓ
4 prieta. ¶ † Quintò, dicta scriptura votorũ non est authentica, quia dicitur ꝙ est sumpta ex certis scripturis, q̃ sunt penes Danielẽ Vnif. qui non est deputatus à publico ad conseruãdũ scripturas Regias, nec illæ scripturę, quæ per eũ cõseruantur, sunt registra, sed certæ scripturæ bombacinæ sine aliqua authoritate. & per consequens nullam fidẽ faciunt: ut dicit Innoc. in c. j. de procu. qui dicit ista ver
5 ba formalia: Ista † registra si sint bene custodita & inueniant̃ in archiuis authẽticarũ ꝑsonarum, puta earum, quæ habent potestatem authenticas scripturas faciendi, fidem faciunt, ut hic, & de præscriptionibus. capit. ad audientiã. cũ suis concordã. si autem non essent bene custodita, vel personæ non essent authenticæ, non credimus eis. Idẽ in effectu voluit Io. An. in titu. de instr. edi. §. nũc dicendũ: in additio. quæ incipit, quia de argentario. ver. quintum. Bal. in rub. C. de fide instrumen. & in l. exẽplo. C. de ꝓba. Abb. in c. cùm causam. de probatio. & sic fuit votatum, ꝙ dicta exceptio dominij fundata vigore dictorũ votorum, non est alicuius momenti.

DECISIO CCCIIII.

De uasallo teste pro domino suo.

SVMMARIVM.

1 Vasallus baronis, an possit pro eodem deponere.
Veritatem inuenire difficile est, ubi sapientes discordant.
2 Iuramentum fidelitatis, est quędã species seruitutis.
3 Vasallus quare ad testimonium pro domino debeat admitti.
4 Fidelitas in se honestatem cõtinet.
Locupletari cum aliena iactura nemo debet.
5 Vasallus non caret omni suspitiõe.
6 Qualitates domini & uasalli in eius testimonio an considerandæ.
7 Vasallus præter feudũ ingenuus an sit Vasalli appellãtur pares curtis.
Homines Regni uel prouincia an possint esse testes pro Rege.
8 Intellectus ad l.idonei.ff.de testi.
9 Vasallus an sit idoneus testis, quando agitur de re feudali.
10 Domi quę fiunt, per quos probent.
Intellectus l.consensu.C.de rap.
11 Vasalli qñ non sint idonei testes.
12 Liberiores homines liberioris existimantur conscientiæ.
13 Amicitia magna repellit testem, & operatur, sicut coniunctio.
Familiaritas nimia, testẽ an repellat
14 Vasallus studiosus etiam multũ familiaris, an repellatur.
15 Vasallus uilis persona, ut angarius uel perangarius, an repellatur.
16 Testes contra comitem uel baronẽ esse, qui possint, & quando.

IN cã baronis de Mathia fuit excitatũ in cap. sancti Dominici ꝑ Cõ-
1 siliarios ibidẽ cõgregatos, †Vtrũ uasalli, qui deposuerũt in fauorẽ ipsius baronis, faciant fidẽ in eius fauorem. Et profectò ꝑꝑ ueritates opinionũ uidebatur iste articulus dubius. Nam Spe.in tit.de teste.§.j.versi.sed nunquid uasallus.post argu. pro & cõtra refert duas op. ¶Prima opinio fuit, ꝙ si uasall⁹ hẽt magnũ feudũ à dño, uel oĩa eius bona sunt feudalia, & tunc non est idoneus testis pro dño, si uerò tenet à dño paruũ feudum, & tunc est idoneus testis, per iura ibi ꝑ eum allegata. ¶Secunda fuit opinio, ꝙ si quidẽ uasallus est astrictus dño ad iuramentum fidelitatis, & iurauit fidelitatem pro feudo, & tunc non ẽ
2 testis idoneus pro dño suo: †quia iuramẽtũ fidelitatis est quædã species seruitutis, & seruus pro dño nõ põt esse testis: ut in l.eos.C.de testi. quia põt ei imperari: ut in l.idonei.ff.de testibus. Si uerò est uasallus, qui nõ tenetur dño iuuare fidelitatẽ: nam põt esse feudũ, & non tenetur ad fidelitatem iurandam: ut dicit gl.in cõstit.si qñ. sed solùm tenetur præstare seruitium pro feudo, & iste est idoneus testis pro dño suo.arg.ca.quamuis. de decimis. ¶Tertia fuit opinio Guidonis de Suza.in d.l.idonei.& Albe.Papiensis in l.libertorum.C.de testib. quos refert Io.And.in additio.Spec. in d.versic.sed nunquid uasallus &c.
3 †Quòd ex quo non reperitur in iure uasallum prohibitum ferre testimonium pro dño suo, ꝙ dẽt admitti ad testificandũ pro dño suo: ex quo edictum de testibus est prohibitorium, & uasallus non reperitur prohibitus: ut in l.j.ff.de testibus. ergo põt esse testis pro dño suo, & istã opi. tenuit ẽt Bal. in l.qui testõ.§.potestatis.ff. de testa.& hanc opi. firmauit ẽt Iac. de Alue.in c.j.per illum tex. si de inuesti.inter do.& uasallũ lis oriatur. & in c.j.§.fi.n.quid sit inuest. ubi dicit, ꝙ ideò admittitur uasallus ad testificandum pro dño, quia iurauit fi-
4 delitatem, † quæ fidelitas continet in se honestatẽ.sed contra honestatẽ esset, si dñs ex hoc locupletaretur cũ

aliena iactura.nec hẽt obstare, ꝙ est amicus pp beneficium receptũ:quia nihilominus ei credi pôt:ut ibi latius per eũ. & in hãc partem vr̃ inclinare And.in d.c.j.si de inuesti.inter domi
5 num & uasal.ut infrà dicã. † Minor tñ fides ei adhibenda est,quia non caret oĩ suspicione.arg.in l.iij.ff.de testi.& l.eos.C.eo tit. & in iiij.q.iij.in prin.¶Quarta fuit opi.Specu.in loco præallegato:qui dixit, ꝙ ex qualitatibus personarum dñi & uasalli posset causari suspicio cõtra uasallũ productum in testẽ,uel nõ causari.& in hac opinione residebat Abb.Sic. in c.insuper.de testi. dicens considerandas esse qualitates dñi & uasalli,& secundùm hoc qñque cessabit suspicio, qñque non. Fortè. n. dñs est potens,
6 †& solet sæuire ĩ eos,qñ nõ dicerent uasalli rem sibi gratã,& sic de similibus.& idem dicit ipse Abb.in c.accedens.lo j.ut lite nõ cõtest. ¶Quinta fuit opi.Ioãnis Theoto.glosatoris in c.de forma. circa fi. xxij.q.v. q̃ vult, ꝙ vasallus non potest esse testis, nec pro domino suo,nec contra.Sed ista glo.reprobatur per Io.de Fantucijs. & Archi.ibi.& Bald.in c.ego episcopus.de iureiur. vbi dicit,ꝙ in vtroq;
7 dicto dicta glo.est falsa: † quia uasallus præter feudum ingenuus est, & remittit se ad Spec.in loco ubi supra Et in d.l.libertorum.C.de test.idem Bal.tenet,ꝙ uasallus potest eẽ testis contra dominum suum in cã feudali quia uasalli appellãtur Pares curtis & dicit, ꝙ hoc probat tex. in d.c.j.si de inuesti. inter dominum & uasallũ lis oriatur.¶Sexta fuit opi.Cyn.in d. l.eos.qui dixit,ꝙ homines Regni vel prouinciæ possunt esse testes pro Rege vel pro domino prouinciæ, & si secus diceremus, sequeretur absurdũ,ꝙ Rex uel dñs prouinciæ nõ posset probare ea,quæ gesta sunt in Re-
8 gno vel in prouincia, † Nec obstat dicta l.idonei.ff.de testibus, qa intelligitur de subiectis rõne dominicæ uel patriæ potestatis,nõ aũt rõne iurisdictionis.& sic pertransit ibi Albe. de Rosa.& hoc ẽt dicit Andr.de Iser. in loco præallegato,& Bal. in ij.uol. cons.cccxxxvj,quod incipit,punctus infrà scripti consilij. ¶Septima fuit opin.aliquorum,quos refert Sal.in d. l.eos.distinguẽtiũ,Aut dñs sit terribilis minans terrorem, qñ subditi non testificarẽtur,prout ipse cupit,& tũc ipsi uasalli non sunt idonei testes. argu.l.j.C.si rector prouin. & l.j.C.si quacunque præditus potesta.Aut dominus non est huiusmodi consuetudinis & iure uasalli admittũtur in testes pro dño,ut ibi per eũ. ¶Octaua fuit opi.Ant.de but.in d.c.insuper.di
9 cẽs,†ꝙ si agitur super re feudali,uasallus nõ est idoneus testis pro dño. & dicit Alex. in l.testium.ff.de testi. in apostillis.ꝙ ipse idẽ credit.& allegat cap.dño guerram. hic finitur lex Cor.¶Nona fuit opi.aliquorum moderno.ut refert And.in d.c.j.si de inuesti.int.dominum & uasal.lis ori.ꝙ aut dominus uult probare id, quod actũ est in comitatu uel baronia, uel feudo,qđ ab eo tenetur, & non sunt alij uasalli nisi sui. & tũc uasallus est
10 idoneus testis pro dño suo:† quia q̃ domi fiũt, possunt probari ꝑ domestico.ut in l.cõsensu.C.de repudijs. de cuius intellectu ꝑ Anto.de but.in c.iij.loco.de proba. & Ale. in ij.vol. con.clxxvj. & ꝑ Ias.in l.j.in fi.C.de summa trini.& per scribentes in l.ẽt C.de testibus. & habetur ĩ c.veniẽs. in fi.eo.ti.Aut dominus uult probare id,quod alibi extra feudũ est actũ per suos uasallos, & tunc uasalli non sunt idonei testes:quia domino ẽ imputandũ,quare alios testes non adhibuit.ar.l.ij.ff.si quis cautio. & ff.qu
11 satisdare co.l.si fideiussor.§.j.† nec debuit angustare probationes.l.qñ

C.de hæret.¶Decima fuit opinio aliquorũ, ꝓut refert ipse Ant. dicentiũ ꝙ aut dñs habet merũ & mixtũ imperiũ in vasallos,& tunc vasalli non sunt idonei testes: quia dñs potest in eos minacem terrorẽ incutere.ar. C.quod me.cau.l. si ꝑ impressionẽ: ex quo põt eis imperare. & pro hoc facit d.l.idonei. Aut non habuit dñs merũ & mixtũ imperiũ, sed simplicem iurisdictionem,de qua loquitur Andr.in c.j.quid sit inuesti.& isti vasalli possunt esse testes pro dño suo,
12 †quia ꝓsumẽdũ est, ꝙ iste magis timeat Deũ & cõscientiã,quã eorum dñm. hæc opinio non placuit Andr. de Iser.nec per cõsequẽs alijs doctoribus suprà allegatis.Nã ſm istã opinionẽ nũquã rex qui habet merũ & mixtũ imperiũ in oẽs vasallos Regni,posset ꝓbare ꝑ suos vasallos id, quod sit in Regno,quod nõ est dicẽdũ, ꝓut dicebat etiã Cyn.in d.l.eos. & Albe.& Bald.vbi suprà. ¶Vndecima fuit opinio ꝓfati dñi Andreæ in loco ꝓallegato dicentis ꝑ d.c.j.si de inuesti.inter do. & va.lis ori.& ꝑ d. §. si enim.& c.j.quot testes sint ne. ad proban.no.inue.& per c.j.§.j. de cõtro. inuesti. Probatur, ꝙ vasallus põt esse testis pro dño suo,& subdit ꝙ per dicta iura ista qõ est sopita.Et dicit, ꝙ pro ista decisione facit illa ratio supradicta:quia edictũ de testibus,est prohibitoriũ &c.Fallit,dicit ipse,nisi vasallus, qui producitur in testẽ pro dño,probetur, ꝙ sit multũ amicus vel familiaris dñi, pro quo deponit, ꝙ tunc nõ repellitur: quia est vasallus dñi,sed quia amicus, vel
13 familiaris dñi: †quæ quidem magna amicitia repellit testes: vt consuluit Alexan.in j.vol.consi.lxxviij.col.ij. quia nõ est integer testis vt dicit idẽ Alex.in ij.vol.cõsi.cx. & cõsi.cxxij. ij.col.Ista grandis amicitia operatur sicut coniunctio: vt dixit And. Barb. in repe.l.cũ acutissimi.C.de fideicõ. Itẽ nimia familiaritas repellit testẽ: vt in d.l.iij.in princi.&.§.j. de testibus. Aliàs cessante dicta grandi amicitia vel cessante dicta familiaritate, si vasallus est hõ virtuosus, nõ repel
14 litur pro eo,ꝙ est vasallus:†quia vasallus virtuosus destrueret affectionẽ vasallagij ꝓpter veritatẽ:vt dicit Philosop.j.Ethico.ibi, ꝓpter veritatem destruenda sunt familiaria &c. ¶Quare fuit cõclusum ꝑ totũ Cõsilium nemine discrepante, ꝙ vasallus pro dño suo potest esse testis,etiã ꝙ dñs in eũ habeat merũ & mixtũ imperium,& ei iurauit fidelitatem, dũmodò nõ probetur, ꝙ sit grãdi amicitia coniunctus cũ dño suo,vel non ꝓbetur, ꝙ sit eius familiaris, vel nõ ꝓbetur, ꝙ sit vilis persona, vt angarius vel [a] perangarius,†qui propter
15 eorũ vilitatẽ repelluntur,vt in cõsti. Regni prosequẽtes.per Andræ. & in hac cõclusione videtur residere Andræ.in loco ꝓallega.licet dicat se alibi plenè hũc articulum examinasse, sed nõ dicit vbi.ego credo, ꝙ in Codice hæc examinauit; quia in multis locis reperi,ꝙ se remittit ad ea, quæ dixit in codice.dñs Nellus de sancto Gemi.in tractatu de testibus, de omnibus istis opin.facit distinctionem,
16 vt ibi per eũ. † Qui autem possunt esse testes contra comitem vel baronem, quãdo non agitur contra eum de crimine lęsæ maiestatis,sed criminaliter de alio crimine,vel pro omnibus bonis vel maiori parte bonorũ, vel pro vno castro,habetur plenè in dict.consti.prosequentes.

a Vel perangarius. Angarius & perangarius testis repellitur pro domino. idem tenet Alexan.in consil. 90. vlti.colũ.in.4.volu. vbi loquitur de mercenario,qui sub diurna opera & mercede seruit, quod non prohibetur.Thom.Gram.

DECISIO CCCV.

De procuratore cōcedente in feudum pro se & hæredibus sub annuo reditu.

SVMMARIVM.

1 Honorarius vigore procurationis an habeat potestatem concedendi terram in feudum.
2 Verbum cōcedere, generale an sit.
3 Verbum concedo, an aliquādo inducat translationem dominij.
4 Procuratori libera administratio quando concedi videatur.
Mandatū generale, vbi speciale requiritur, an sufficiat.
5 Procurator quando possit vendere & alienare.
6 Modicū respectu ꝑsonarū dicitur.
7 Actus humanos duo perficiūt, quæ sunt eorū radices, quāuis tria esse dicat Aristoteles.
8 Feudatarius an possit rē infeudare in perpetuū irrequisito principe.
Descriptio bonorum demanialium antiqua.
9 Res quæ stetit perennis in demanio, præsumitur de demanio.
Res solita infeudari.
10 Res per spatium xxx. annorū possessa, tanquam res concedi solita & per duas vices.
11 Solitū an dicat, qđ ꝑ duas vices fit
12 Concessio an requirat nō obstātiā. Inuestituram validam quid faciat præsumere.
13 Antiquitas temporum quid faciat præsumere.
14 Verba quando non probent in prę iudicium tertij.
15 Principi narrāti factū alienū, super quo ipse se fundat, an credatur.
In tellectus ad Clemē. lřis. de ꝓb.
16 Legis mortuæ & viuæ cōtrahentis & consuetudinis par est potestas.
Princeps an sit maior consuetudine, & lege mortua.
17 Cōsuetudo rem ecclesiæ in emphyteusim datā si ad ecclesiā reuertat, an possit pro nummo concedere.
18 Status vltimus terrę feudalis, an debeat esse in consideratione.
19 Vtile dominium prius translatum quid faciat.

IN causa Martoni de Renc7a de Auersa cum Berardino Malda viro Dianore Aciæ sup quadā terra feudi casalis Trētulæ comitis feudo℞, fuit dubitatū pro eius decisione principaliter de duobus. ¶ Et primo, vtrū Honorius de Renarijs ꝓcurator excellentis comitis feudorū habuit potestatē à dicto comite feudorū dn̄o casalis Trētulæ concedendi terrā sistentē in ꝑtinētijs dicti casalis dicto Martono in feudū sub ꝑstatione anni cuiuslibet vnius caponis, & tumulorū ducentorū vnius pro intratura in ꝑpetuū sibi & hæredibus suis, ex quo in procuratorio dicti Honorij sunt ista verba, videlicet, ꝙ dict9 Honorius possit locare, dare, concedere terras feudales, & cū clausula ꝙ possit gn̄aliter oīa & singula pro vtilitate dicti cōstituentis circa ꝑmissa facere, quę ipse dn̄s comes facere posset, etiā si requireret̄ spāle mandatū, maximè stātibus literis directis per dictū comitē dicto Honorio suo ꝓcuratori ꝓbatis ꝑ testes, ꝑ quas scribitur dicto Honorio, ꝙ cōcedat terras Alopōtōe dicto Martono & suis hæredibus in ꝑpetuū pro annuo reditu vnius caponis & pro intratura ꝑdicta. Et sic ꝑ instr̄m publicū fuit facta cōcessio ꝑ dictū Honoriū ꝓcuratorē supradicto Martono dictę terræ, & deinde ꝑ instr̄m publicū ipse Martonus cepit possessionem: & posteà de facto dictus Honorius spoliauit dictū Martonū possessione dictæ terræ, & dictus dn̄s comes ipsam cōcessit Bernardino Malda, ꝓ intratura ducatorū ducētorū, & ꝓ caponę

vno, qñ imponit gñalis Adoa in regno, & eo tenente & possidente con uenit in sacro Cõsilio dictus Malda & eius vxor petitorio & possessorio
1 dictæ terræ. ¶ † Ad pñs dubiũ dicebatur, ꝙ dictus Honorius nõ habuit ptãtem cõcedẽdi in feudũ dictã terram vigore dictæ ꝓcurationis, quia non dr̃ in dicta ꝓcuratione, cõcedẽdi in ꝑpetuũ, vel locandi in ꝑpetuũ. ideò debet intelligi de locatione ad tp̃s, ꝑ quã non transfert vtile dñiũ, vt patet in Clemẽt.j. de rebus eccle. nõ alie. & not. in l. codicillis. §. instituto. ff. de le. ij. & no. doc. in l. si filio §. si vir in quinquẽnio. ff. solu. matri. ¶ In 9riũ dr̃, ꝙ in dicto ꝓcuratorio nõ solũ est data potestas locãdi simpliciter, quæ intelligit ad tẽpus per iura ꝑallegata: sed est data potestas
2 dandi & cõcedendi. † quæ verba hñt importare, ꝙ possit cõcedere terras feudales solitas & cõsuetas concedi in feudũ, & sicꝙ trãsferat vtile dñiũ: quia verbũ cõcedere, est gñale, vt dicit gl. in verbo titulo. in c.j. de vsuris, li. vj. & istã gl. alle. ad hoc Bal. in l. nõ ambigitur. in fi. ff. de legibus. & idẽ de verbo, dare. ꝓm Bal. ibi. & istã glo. similiter ad hoc allegauit Alex. de Imo. in l. à Titio. in iiij. col. ff. de verb. obli. & sic cõprehendit, ꝙ possit infeudare terras solitas cõcedi in feudũ. hoc ꝓbat tex. in c. ad audientiam. in verbo, cõcessisse. iuncto verbo in fine, vasallus extitit. de p̃scriptionibus. & iõ dicebat Io. de Imo. in c. pastoralis. in iij. no. de donatio. not. † ꝙ aliqñ verbũ, cõcedo, inducit
3 translationẽ dñij, licet de sui natura nõ inducit translationẽ dñij: vt dicit gl. in l. fi. ff. de dona. vt dicit Ioan. de Imo. d. c. pastoralis. & Feli. plenè in c. cũ venerabilis in j. col. de exceptionib⁹. & Bal. in c. Titius. si de feu. fuerit contro. inter do. & agna. sed quia posset dici, ꝙ dicta verba posita in procuratorio, videlicet dare & cõcedere, possunt intelligi nõ de translatione vtilis dñij, vt refert Feli. in d. c. cũ venerabilis. ideò dicendũ, ꝙ ꝓpter subsequẽtia verba posita in dicta ꝓcuratione, ꝙ possit concedere, quæ ipse cõstituẽs facere possit, etiã ꝙ requireret spãle mandatũ, tũc vir tute dictorũ verborũ, põt dictus procurator cõcessisse in feudũ dictã terrã sub dicto annuo reditu dicto Martono, sicut potuisset ipse comes, ꝓm Bart. in l. creditor. §. Lucius. ff. man-
4 dat. † vbi dicit, ꝙ si dñs cõstituit procuratorẽ, vt possit facere quicquid ipse dñs potest, vr̃ cõcedi libera administratio. idẽ dicit ipse in l. procurator cui libera. ff. de ꝓcuratoribus. & dicit Bal. in l. illud. §. j. ff. de mino. ꝙ in oĩbus causis in quibus requiritur speciale mandatũ. sufficit gñale cum libera. & dicit Ange. in authẽtico, de collato. §. ad hoc ꝓhibemus. ꝙ si ꝓcurator constitutus est sub hac forma, do tibi potestatẽ agẽdi, & administrandi meũ patrimoniũ, quod habeo, vt tu facere possis, quæ ego facere possum, ꝙ ꝑ hoc mandatũ, oĩs potestas translata est in dictũ procu
5 ratorẽ. † & ideò infert, ꝙ talis ꝓcurator põt vẽdere & alienare. & alle. §. Lucius. & l. si ꝓcur. ad vnam. ff. de ꝓcur. no. Abb. Sic. in c. fi. de dilatio. & facit ad hoc gl. in c. ij. in fi. de offi. vi. lib. vj. ¶ Fuit ergo votatũ, ꝙ attẽtis dictis verbis positis in ꝓcuratione ꝓdicta dictus ꝓcurator potuit cõcessisse Martono suprà dictã terram in feudũ pro se & hæredibus sub dicta trãsitura, & annuo reditu ꝓdicto. & tantò magis, quia à principio accessit voluntas dicti comitis ꝓbata ꝑ testes, & licet p̃supponatur, ꝙ voluntas comitis fuit, ꝙ cõcederet dicta terra quatenus esset modici valoris, tñ potest dici ꝙ attenta magna nimitate dicti comitis & paupertate

dicti Martoni ista terra Alopontone nõ erat res magna, quod patet,quia postea fuit alienata dicto Berardino ꝓ ducatis ducẽtis sub seruitio vnius caponis, qñ imponit gñale Adoa in
6 regno. † Nam modicũ dr̃ respectu ꝑsonarũ: vt no in l.sed si susceperit. in.§.libertus,ff.de iudi. & ideò dicit ibi Bar. ꝙ si Rex donaret uni paupe ri cc. du. diceret modicũ. erat enim ipse comes multum eleemosynarius ecclesijs & pauperibus, vt est notorium,& dictus Martonus erat nimis pauper.ideò dicendum est,ꝙ dictus ꝓcurator habuit ptãtem cõcedendi Martono dictã terrã, vt s. ¶Et quia visum est,ꝙ dictus ꝓcurator habuit mandatũ ꝑdictũ. ¶Nunc videndum est, vtrũ legitimè per dictũ ꝓcuratorem potuit fieri dicta cõcessio dicto Martono:
7 †quia dicit Boetius,ꝙ duo perficiunt actus humanos, s.potestas & voluntas, quæ sunt humanorũ actuũ radices, & perfectiones: vt dicit Bal.in c.cũ super Albatia de offi.delega & in l. oẽ verbũ.C.cõia. de lega.Sed Aristo.dicit,ꝙ sunt tria, s.scientia,potestas,& volũtas: vt refert Bald.in l.cũ testm̃.C.de iuris & facti igno.¶Et dubiũ facit allegatio partis, videlicet dicti Bernardini dicentis, ꝙ dicta cõcessio in feudũ dictæ terræ nõ potuit fieri per dictum ꝓcuratorẽ,pro eo:quia terra ipsa est domanialis,
8 † & Baro sine Regio assensu,& etiã clausula nõ obstãte nõ potest ipsam cõcedere in feudũ,propter diminutionẽ seruitij militaris, vt dicit tex.in consti.cõstitutionem diuæ memoriæ.in fi.Accedãt ad hoc nota.per Andr.in c.j.§. ita tñ.de pro hi.feud.ali.per Feder. Et ꝙ sit dicta terra de domanio feudi Trẽtulæ ꝓducit inuentariũ antiquũ, vbi descri pta est, inter bona domanialia dicti feudi. ¶Itẽ producit quandã sñiam nouiter latã super redintegratione dicti feudi Trentulæ. ¶Item comes feudorũ per xx. annos tenuit dictam
9 terrã in domanium:† & sic præsumi tur de domanio,vt paret ex not. per Bart.in l.si qñ.C.de bo.vacan.& per Io.de Imo.in c.vt super. de reb.eccle.nõ alie.& Andr.in c.j.de his, qui feudũ dare possunt. ¶In cõtrarium producitur,ad oñdendũ,ꝙ dicta terra erat solita concedi ab antiquissimis tẽporibus,& sic potuit concedi: vt dicit Bald.in authẽ.hoc ius porrectum.C.de sacrosan.eccle. & Ioã.de Imol.in c.ij.de feudis. & in alijs locis infrà allegandis, priuilegium Reginæ Ioannæ secundæ, in quo dicitur,ꝙ comes Laureti, tunc dñs dicti feudi Trẽtulæ supplicauit dominæ Reginæ,vt placeret reditũ dictæ terræ de lo Fontone reducere ad reditum vnius caponis, ex quo dicta terra est solita concedi in feudũ, & est deuoluta ad feudum ob mortẽ Oliuerij sine liberis. & intendit illã concedere in feudum Loisio Bascio sub reditu vnius caponis. & Regi M.facit dictam diminutionẽ cum clausulis opportunis.¶Itẽ producitur priuilegium ipsius Bernardini conuenti, vbi comes feudorũ cõcedit dictã terram dicto Bernardino Maldo tanquã solitam concedi in feudũ diuersis personis.
10 †probatur ꝙ à longissimis tẽporibus dicta terra & possessa tanquã res solita concedi vltra annos xxx.& per duas vices, & per cõsequens insurgit probatio, ꝙ fuit solita concedi,& sic potuit concedi:vt dicit And.in d.c.j.in princ.de his qui feudum dare possunt. & in d.c.j.episcopum vel Abbatem.& not. Bart.in d.l.si vacantia.C.de bonis vacan.lib. x.docto in d.c.vt super. de reb.eccl. non alie.¶Nec obstant in cõtrarium allegata,videlicet inuentarium: quia illud est antiquũ:& fuit mutata postea qualitas dictæ terræ de lo Ponto-

11 ne,† q. a fuit possessa, ut solita p duas uices, per qꝫ præsumitur effecta solita per tex. in l. eum qui. C. de fundis rei priuatæ. libr. ij. quem ad hoc allegat Andr. in l. Imperialem. §. præterea du catus. de prohibita feudi aliena. p Feder. & Io. de Imo. in c. ij. de feud. nec erit effecta domanialis, si per decẽ annos possessa fuit ut domanialis: ut dicit Alex. de Imol. in iiij. uolu. in ulti. consi. & illa sententia non probat terram esse de domanio: ex quo reintegratur ad feudum iure deuoluto.

¶ Nec obst. si diceretur, qꝫ debuit pbari, qꝫ ex quo ab initio dicta terra fuit de domanio feudi, qꝫ prima cõcessio fuit legitimè facta per Regẽ, uel cũ cõsensu Regis & baronis, & cum
12 clausula, non obstante, † aliàs nõ ualent ipsæ concessiones subsequẽtes: ut dicunt Abb. & Io. de Imol. in d. c. ut super. & in l. quod dicitur. ult. col. ff. de uer. obl. & gl. in c le. j. in uerbo, ad mensam. de excef. præl. & Alex. in iij. uol. conf. ix. in iij. col. ¶ Quia rñdetur, qꝫ possessio xxx. an. tanquã solita concedi cum præstatione seruitij & binæ cõcessionis facit præsumere ualidam inuestituram, iuxta ea, quæ notantur in c. si quis per xxx. si de feudo fue. contro. & sentit Andrę. in c. j.
13 de his qui feud. dare possunt. † Et facit, quia ista antiquitas tẽporum facit psumere, qꝫ omnia solennia interuenerunt in prima cõcessione in feudũ sub seruitio seu annua pstatione annorũ xxx. per id quod dicit Ang. in l. sciendũ. ff. de uer. obl. & in d. c. si quis per xxx. & in consi. ult. in iiij. uol. cõsil. Alex. de Imol. & plenissimè p Fely. in c. sicut, de re iud. xij. col. cũ seq. ¶ Nec ob qꝫ posset dici, qꝫ priuilegiũ Reginæ Ioannæ secundæ dicit enun-
14 tiatiuè supradicta uerba, † quæ non probant in præiudiciũ tertij, sed solũ inter ꝯhẽtes: ut in l. optimã. C. de cõtrahen. & cõmit. stip. Quia rñdetur, qꝫ uerba enunciatiua principis, in quib9 ipse princeps se fundat, licet sint enũtiatiua, habentur ac si ab ipso principe sint prolata: quia omnia nostra facimus, quibus authoritas impartitur. c. j. & ij. de confir. utili uel inutili, &
15 † per cõsequẽs creditur principi narranti factũ alienũ, super quo ipse se fundat: ut in c le. j. de prob. & no. An. in c. j. qui succes. teneã. Aliàs si se nõ fundaret super allegatione partis. illa allegatio partis non faceret effectũ, ſm Io. And. in c. dilecto. de præbend. & gl. in l. j. C. qñ non petẽ. partes. & Barba. in cons. xx. in iij. co. ¶ Nec ob. qꝫ antiquitus dicta terra erat reditus terminorũ triũ, & per Reginã Ioann. fuit reducta ad reditũ unius caponis, quod facere non potuisset baro, ut tex. in d. constitutione, constitutionẽ
16 diuæ memoriæ. ¶ † Quia rñdetur, qꝫ par est potestas legis mortuæ & uiuæ, & contrahentis & consuetudinis; ut in l. j. uer. cum enim. C. cõmu. de lega. Luc. de Pen. in l. j. vj. colũ. C. de impo. luc. descri. lib. x. & in rub. C. de decretis decuri. eo. lib. imò ipse princeps est maior consuetu. & lege mortua: ut in l. uniuersis. C. de preci. Imp. offe. quia derogat prædictis. not. Archi. xj. dist. c. in his. Bald. in c. j. de his qui feu da. pos. & de ista uiua lege facit mentionem Bald. l. ij. ff. de legib.
17 † Sed consuetudo potest rem ecclesiæ pro maiori reditu cõcessam in emphyteusim, si reuertit ad ecclesiã cõcedere pro uno nũmo ut dicit Ange. in auth. de non eligendo. §. quia uerò. ergo idem potuit facere dicta Regina, quæ fuit monarcha in regno isto: ut dicitur in gl. in procemio consti. Regni. ¶ Et sic fuit conclusum, qꝫ dicta terra petita per dictum Martonum, fuit terra solita concedi in feudum, & per consequens potuit conce di sub dicto consueto reditu unius caponis; quia iste est ultimus status

18 dictæ terræ feudalis:†qui ultimus status debet esse in consideratione, ex quo est præscriptus, ut est gl. in c. cũ ecclesia Sutrina. in uerbo, trium episcoporũ. de causa possess. & proprie. & no. Bal. in l. binas. in penul. q. C. de aduoc. diuer. iudi. tex. est in c. cum de beneficio. de præben. lib. vj. & not. in c. cumana. de elec. not. Fel in c. eã te. de rescri. Et de primo ad ultimũ, fuit notatũ, ꝙ condẽnetur dictus Bernardinus Malda ad restituendũ terrã cõcessam dicto Martono à procuratore comitis feudorũ per prius, q̃ fuisset concessa per comitẽ feudorum dicto Bernardino, ex quo utile dñium per prius translatũ fuit in dictũ Marto-
19 nũ:†quia cœpit possessionẽ reuocato precario, per l. quoties. C. de rei uẽd. & ibi per repetentes eam. dixi in c. j. hic potest esse tit. qui succes. teneantur in xiij. fallen.

ADDITIO.

Feudatarius an possit retro infeudare in perpetuum principe irrequisito, uide Luc. de Pen. in l. nulli. C. de fun. patr. lib. xj. Et qñ intelligatur res facta domonialis, uide per eundẽ in l. quicunq;. de omni agro deserto. li. xj. C.

DECISIO CCCVI.

De dotali priuilegio non transeũte in cessionarium, ex uoluntate.

SVMMARIVM.

1 Legitima an absque aliquo onere debeatur.
2 Ius legitimæ & omne aliud, an possit renuntiari.
3 Prior in tempore, an potior in iure.
4 Scds primo an semper præferatur.
5 Vxor uẽditori hñti specialẽ hypothecam, an semper præferatur.
6 Priuilegium dotale extraneo cedi an possit.
7 Priuilegium propter cessionem in cessionarium quando transeat.
8 Hæres matris cedit aliquando iura dotalia.
9 Intellectus ad l. licet. C. qui po. in pigno. hab.
10 Instrumenta duo, quando unum censeantur.

VIR & uxor uendiderunt cuidã Ioanni caietano quandam domum pro medietate pro uncijs decem & octo, & confessi fuerunt pretiũ prædictũ recepisse, & cõfectũ fuit instrumentum publicũ in forma, & eadem hora, & cũ eisdẽ testibus, dictus emptor per instrm publicum confessus fuit tenere in depositũ dictas uncias xviij. pro dotibus Lucarellæ sororis dicti uenditoris, quando maritabitur, & casu quo dicta Lucarella moreretur antequã maritabitur dictus emptor ꝓmisit dictis uẽditoribus restituere dictum depositũ. deinde dicta Lucarella, qñ dictus emptor alienauit dictam domũ cuidam Nacio de Errico tabernario renuntiauit & cessit dicto Nacio oẽ ius suum competens & competiturum super dicta domo per publicum instrm. posteà antequã dicta Lucarella nuptui traderetur, fuit mortua superstite eius fratre uenditore dictæ domus: qui agit hypothecaria super dicta domo, quæ possidetur per dictum Nacium obligata pro dicto deposito, quod ueniebat restituendũ in casu prædicto ipsis coniugibus, uẽditoribus, & uocato in sacro cõsilio dicto Nacio, dupliciter se defendit.

¶Primò, illa Lucarella erat soror Frãcisci uenditoris, & erat per cõsequẽs creditrix in legitima in bonis paternis: quam legitimam debebat consequi dicta Lucarella super dicta domo
1 & alijs bonis paternis, †quæ quidem legitima ei debita fuit absq; aliquo onere cõditionis uel tpis, ut in l. qm̃ in prioribus. C. de inof. test. & idẽ dicit Bal. in l. sancimus. ĩ prin. & in aut. nouiss. eo. ti. & in l. si arrogator. ff. de

adop.in iij.oppo.& in l.cũ patrẽ.circa fi.C.de iure do.& in l.j.C. de inof. don.& in l.Papinian⁹.§.quarta.ff. de inoffi.test.quæ Lucarella,qñ ipse habuit dictã domum,renuntiauit omni
2 iuri sibi competenti : † & specialiter iuri legitimæ,iuxta l.si qñ.§. & generaliter.C.de inoffi.test. & per consequens quantum ad dictam legitimã ipse Nacius non potest inquietari à fratre. ¶Secundò se defendit dictus Nacius:quia ille Ioan.caietanus emptor recepit dotes à prima sua uxore & pro illis restituendis obligauit oia bona sua p̃sentia & futura,& ex dicto matrimonio natus fuit dictus Franciscus. Demũ mortua matre dictus Frãciscus egit cõtra ipsum Nacium sup dicta domo, quæ fuit ipsius Ioã. caietani,quæ postea peruenit per quandam submissionẽ ad dictum Nacium hypothecaria & assistẽtia pro dotib⁹ maternis,& tandẽ nolẽtes litigare deuenerunt ad transactionem, ut dictus Nacius solueret dicto Francisco ducatos octo,& ille cederet sibi iura dotalia suæ matris, super dicta domo, & sic recederet à lite,quæ quidẽ hypotheca pro dotibus primæ uxoris dicti Ioannis super dicta domo est anterior,q̃ hypotheca pro dicto deposi
3 to:† & sic qui prior in tpe, potior in iure:ut in l.si prior.& l balneum cum simi.ff.qui pot.in pig.hab. ¶Sed huic motiuo respondebatur pro parte dicti Francisci agentis pro restitutione depositi hypothecaria super dicta domo, ꝙ licet anterior sit hypotheca primæ uxoris dicti Ioannis caietani super dicta domo empta per ipsum Ioannem,tñ eodem instante, ꝙ fuit empta,specialiter ipsis uenditoribus
4 fuit obligata pro dicto deposito : † & ideò ipse secundus p̃fertur primo, ꝑ tex.in l.licet.C.qui po.in pig.hab. & idẽ dixit Spec.in tit.de oblig.& solu. §.j.uers.sed quid si primo.& Alberi. de Ros.in l.si fundũ.C.qui po.in pig. hab.& Bar.Veron.in suis cautelis,co lũ.lviij.¶Huic motiuo rñdebaẽ, ꝙ dicta lex,licet nõ habeat locũ in uxore: nã licet sit uendita domus marito & tradita,& sic obligata pro dote uxoris,& pro pretio expressè sit obligata ipsa domus uenditori:† tñ præfert 5
uxor uenditori habenti specialẽ hypothecam:ut dicit Spec.eo.tit. uersi. quid si uendidi fundum Titio, & ibidem Io.An.in addi. qui allegat text. in auth.de æqua.dotium .§. his cõsequenter.hẽt ergo locũ d.l. licet. in alijs creditoribus, q̃ in uxore.¶Ad hoc rñdebat dñs Bernardinus de Montibus,ꝙ hoc procederet, qñ esset uiua
6 illa uxor uel eius filius † sed istud priuilegiũ dotale nõ potuit cedi dicto Nacio extraneo,ſm Bar.& doct.in l. j.ff.sol.mat.& Bal.in l.fi. C.qui poti. in pig.hab.& melius per Bar.in l.post dotem.pen.q.ff.sol.ma. ubi in cessionariũ ex uoluntate non transit priuilegiũ dotale,ꝑ tex.in aut.ut exactione instante dotis.circa priu.¶Ad hoc rñdebaẽ,ꝙ dicta cessio quãtũ ad octo ducatos solutos fuit ex cã necessaria, & ideò transit illud priuilegiũ in cessionariũ:ut dicit Bart.in d.l.post dotẽ.in d.pe.q.¶Videns hanc rñsionem do.Iaco.de Gasta collega dñi Bernardini dicebat,ꝙ iste Nacius nõ potest hr̃e aliqđ ius ex dicta trãsactione: qa domus fuit sibi dimissa solutis dictis octo ducatis,ꝑ tex.singularẽ in l.si ꝑ fundo.C.de transa.¶Ad hoc rñdebaẽ ꝑ parte dicti Nacij, ꝙ hoc est uerũ, nisi cessisset hæres matris iura dotalia matris,† tunc põt se defendere ex
8 iure cesso:& sentit hoc Paul. de ca.in d.l.si pro fundo. ¶Fuit pariter uocatũ,ꝙ p̃stet assistẽtia super dicta domo Nacij pro dictis uncijs xviij. depositatis dẽpta legitima debita dictæ Lucarellæ.& ẽt demptis illis octo ducatis solutis filio dicti Io. ꝑ dotibus

maternis: ex quo illa cesſio ultra dictos octo ducatos fuit ex cauſa lucratiua & uoluntaria:& ſic militat deciſio Bar.í d.l.poſt dotē.in pe.q. ¶Nec
9 obſtat id q̄d dicebat, ꝙ in inſtr̄o uēditionis factę dicto Ioā.Gaietano nō fuit ſpecialiter obligata dicta dom⁹ pro pretio, ſed ſolū in inſtr̄o depoſiti,& per cōſequens ceſſat diſpō l. licet.cum alijs s̄.alleg. Quia r̄ndebat, ꝙ ex quo iſta duo inſtr̄a erant facta in una hora.& cū eiſdē teſtibus iudice & notario,& unū depēdet ab altero,
10 quæ incontinenti fiunt, uidētur ineſſe.& hr̄ ac ſi in uno inſtr̄o actū eſſet,ſ̄m Bal.notanter in l.pe.§.mulier .ff.ſol.mat.& Bald. in l. petens.C. de pact.in pen.col.& in l.j.in fi.C. de oper.liber.

DECISIO CCCVII.

De vaſallo proteſtante & renuntiante iuri vaſallagii propter retardatam ſeruitiorum remunerationem,&c.

SVMMARIVM.

1 Remuneratione ſeruitiorū tardata, an liceat cuiquā ꝓteſtari,ꝙ ampli⁹ uaſallus principis eſſe non uult.
2 Vaſalli Regis, an dicantur homines regis.
Vaſallus ſine conſenſu Regio an alteri perſonā ſuā poſsit obligari.
3 Ligius quis dicatur,& an duorum eſſe poſsit.
4 Vaſallū à malo abſtinere nō ſufficit niſi & faciat bonum pro domino.
5 Obligationibus in negatiuis quomodo teneamur.
6 Vaſallus Regem quātum poteſt extollere,an teneatur.
7 Iniuria,& cōtumelia, quomodo differant.
8 Fama Regū nec audiendo,nec diſsimulando à uaſallo ſuggillari debet.
9 Proteſtatio à uaſallo, ꝙ dominus eum nō remunerat,an fieri poſsit.
10 Di s non detrahendum, nec principi maledicendum.
11 Vaſallus ſeipſum liberare à iuramēto ligij,an poſsit.
Vaſallus habens fundum quaternatū, an ei poſsit renūtiare īuito dn̄o.
12 Vaſallus ſimpliciter recedens à terra domini,an reducendus.
Obligatus ad ſeruiendum, illudere an debeat.
13 Seruitium recipiens iure naturæ illud remunerare an teneatur.
Obligatio ad antidora an ſufficiens ad agendum ſit.
Obligatio ad antidora quam actionem parit.
14 Seruitia p̄ſtita anteceſſoribus,an ſequētes Reges remunerare teneanť.
15 Seruitia ſua exprobrantibus etiam Dei iudicio quæ nolunt obueniūt.
16 Gloriandum nō eſt in ſua ſapiētia.
Vaſallus recte non ſeruit ſub ſpe futuræ remunerationis,& non uirtute fidelitatis & iuramenti.
17 Maioribus ſubditi eē debēt infirmi.
Serui qualiter teneanť dn̄is ſeruire.
18 Detractio deteſtanda.
19 Loquutio generalis quando trahať ad actus iuratos.
Statuta iurata non cenſentur caſſata principe ſtatuta tollente.
20 Licentia uaſallo per principem conceſſā infidelitatē operari non debet.
Statuendi facultas ad iniuſtū non extenditur.
Interpretatio iuxta ſolitum & conſuetum in dubio facienda.
21 Licentia ſecundùm conſuetudinem concedentis intelligenda.
22 Princeps non præſumitur per ſuū actum,ꝙ ſibi præiudicet.
Arbitrium boni uiri in dubio locum habere debet.
23 Scriptum pro eo non præſumitur, qui contra ſcriptum uenit.
Princeps iura regni iactare ſine cauſa non præſumitur.

24 Verbum, dimisſio, paruipendentiã importat.
25 Verba naturam ſuam propter adiũctum mutant.
Teſtis reſpõdens per verbum, credo, an affirmet.
26 Verba veritatẽ eorũ, quæ geruntur mutare non poſſunt.
Verbum impropriatur ratione impoſsibilitatis.
Detractores honoris Regij, qualiter puniantur.
27 Detrahere eſt animi virtutem denegare.
Liberalitas principis ꝑ regiſtra donationum probatur.
28 Vaſallus prius, quã ex amicitia cũ inimicis domini inita puniatur, quæ requirantur.
29 Citatio & defenſio ſunt iuris naturalis, ideò & ꝑ principẽ obſeruãda.

REGIA maieſtas regis Federici, voluit veritatẽ intelligere à doctorib⁹ ſacri Cõſilij ſuæ Maieſtatis, ſi ſtãtibus literis patẽtibus Regis & literis miſsis ꝑ nobilẽ virũ Scipionẽ de fili marini de ſedili Capuanæ vniuerſitati ciuitatis Neapolis, ĩ quibus querimoniã exponit ꝑ modũ hiſtoriæ, ꝙ pręfatus ſereniſsimus rex ſua ſeruitia tardauit remunerare, numerãdo diſtinctè ſeruitia ꝑ eũ pſtita & dictæ vniuerſitati, deducit in notitiã inſtrm̃ proteſtationis factũ in vrbe, in quo dicit, ꝙ attentis cõtentis in dictis patentibus literis ipſe Scipio eſt homo liber à iuramẽto ligij, & non eſt amplius vaſallus ſuæ maieſtatis. Et propterea ſi acceſsit ad hoſtes & conuerſatur cũ hoſtibus Regis, ſi dictus Scipio põt dici iuſtæ rebellis regis. ¶ Et per ipſos doctores de ſacro Cõſilio eidẽ R.M. viſis pri⁹ dictis literis tranſsmiſsis, vt ſuprà ac dicto inſtrumẽto rñderunt in ſcriptis ĩ modũ, qui ſequit̃. S.R.M. tria ſunt principaliter examinanda. ¶ † Primò, an vigore dictæ ꝓteſtationis, poſito & nõ conceſso, ꝙ eſſet verũ, ꝙ dictus dñs rex tardauit remunerare ſeruitia præſtita ꝑ dictũ Scipionem, ſi ex hoc licuit dicto Scipioni ꝓteſtari, ꝙ non vult eſſe eius vaſallus. ¶ Secũdò an literæ patẽtes regis cõceſſæ dicto Scipioni, quæ dicũt, ꝙ attento, ꝙ dictus Scipio vult exire iſtud Regnum pro ſuis negotijs peragẽdis cũ bona licentia dicti regis, poſsit ex dicta licentia prætẽdere ſe exemptũ à iuramẽto ligij, prout declarauit in dicto inſtro proteſtationis. ¶ Tertiò, verũ ſtãtibus dictis literis querimonialibus cõtradictũ regẽ cũ dicto inſtro proteſtationis & conuerſatione cũ inimicis poſsit ex his dictus Scipio dici ĩfidelis, piurus, & rebellis. ¶ 2 † Ad primũ dubiũ dicimus ꝙ oẽs vaſalli dñi regis, dicuntur homines regis: quia Rex eſt dñs perſonarũ vaſallorũ regis, vt dicit tex. in conſtit. regni, quia frequenter. ibi, nos. n. qui ſumus dñi perſonarũ. Et ſic dictus Scipio nobilis dictæ ciuitatis ſuã perſonã ſine regio cõſenſu nõ põt alteri obligare, dicit ibi gl. ¶ Itẽ dictus Sci-3 pio eſt ligius dicti Regis: † dr̃ enim ligius, quaſi ligatus vel legatus quaſi legalitatẽ ſeruans, & præſtatur ſolũ Regi nullius alterius fidelitate ſalua, & ideò dicitur, ꝙ quis nõ poteſt eſſe ligius duorũ. Sed bene quis põt eſſe vaſallus duorum, vel ligius vnius & vaſallus alterius. hæc eſt firma cõcluſio doctorũ, maximè Io. An. in Cle. paſtoralis. ĩ §. rurſus. in verbo ligius. de re iudic. & voluit Bald. in l. j. §. in primo. C. de cad. tollẽ. & Idẽ Io. An. in addi. Spec. in ti. de feudis. §. qm̃ & ĩ c. recollẽtes. de ſtatu mona. & doc. ſcribentes in c. venientes. de iureiur. An. de Iſer. in cõſtitutio. Regni, dñi à uaſallis. & in c. primo. de noua forma fideli. Et ratione iſtius iuramenti ligij vaſallus ad multa eſt obligatus

domino

4 domino Regi.† Et referendo ea quæ faciunt ad propositum nostrum, dicimus, ꝙ quilibet vasallus Regis tenetur pro domino Rege bonum agere, quia non sufficit abstinere à malo, nisi faciat bonum:ut dicit tex. in ca.de forma.xxij.qō.v.& ī c.j.de for. fide. x.q.iij.c.iniustum.lxxxvj.dis.c.nō satis.& gl.Insti.de iure.na.gen. & ciui. §.ꝑcepta. Et Christus in Euangelio. Qui non est mecum, contra me est. Et ideò uasallus nedum nō dēt facere damnū dño,sed dēt ēt curare modis oībus,ꝙ alius non faciunt, ut dicunt doc. maximè Iacobus de Bell. & Andr.de Iser.in d.c.j.de forma fideli. vt dicit Hostien.in summa,in ti. de feudis.versi.quid sit fidelitas,ꝙ vasallus oē uenenū cōtra dñm suum & omnis cordis lęsionem pro posse suo debet uitare.Et dicit And. de Iser.in c.ij.de feud.sine cul.nō amitt. Quòd

5 in obligationibus negatiuis, † puta promitto non facere,nō solū teneor non facere,sed etiam curare, ꝙ alius non faciat.l.in illa.ff.de verb.obl.& l. inter stipulantē in prin.eo.tit. ¶Itē tenetur uasallus ꝑstare opē, auxiliū, & consilium dño suo d.c.j.de no.forma fideli.Et hoc qñ ē requisitus: sed si non est requisitus,& uidet domino magnū periculū,tunc tenetur oē auxiliū sibi præstare:ut not.in c.licet.si de feu.fuerit cōtro.inter do.& agna. & in c.j.§.ad hæc. hic finitur lex Cor

6 ra.¶†Item tenetur vasallus exaltare dñm Regē tm̄,quantū est sibi possibile,ut dicit text.lxiij.dist.ca.tibi dño. & firmat gl.in c.j.qua.dño iurare debeat fideli.& ibi per And. ¶Itē tenēt dicere aliquid, qđ sit ī iniuriā dñi uel in eius contumeliam:ut dicit text. in d.c.j.de noua forma fide.ibi, in iniuriam uel cōtumeliā &c.& ibi in fine, & nunquā ex mea persona aliquid faciā scienter, qđ pertineat ad tuā uel tuorū iniuriam uel contumeliā &c.

7 ¶†Differunt.n.inter se cōtumelia & iniuria.sicut inter genus & speciem. Quia iniuria dr̄ omne, ꝙ non iure fit. Sed contumelia est species pro ipsa iniuria illata.in l.j.in prin.ff.de iniurijs. Cū igitr iste Scipio de sedili prædicto fuit à principio iuramēto ligij astricti[9], sicut alij nobiles dicti sedilis ad iurm fidelitatis & ligij,& per consequens ad præstandum sibi oē auxiliū,cōsiliū,& fauorē,imò est obligatus ad hoc,quia non dēt aliquid loq. contra Regē , per quod eius fama in aliquo sugilletur , ut dicit Host. ubi suprà,nec audiendo nec dissimulādo

8 his consentiat,imò impediat: † quia corde & opere uasallus dño suo subuenire debet, & auxilium de persona & rebus,ꝑm Hosti. Esto, ꝙ dñs ista auxilia non remuneravit, nec pōt uasallus de dño conqueri & facere protestationem renuntiationis uasallagij,quia ad ista auxilia tenetur uasal-

9 lus,& si non facit,pōt puniri †Et iō facere protestationē,ꝙ non est remuneratus,& de tantis auxilijs & seruitijs facit rē illicitā & punibilē.c.j.§. si.de leg.Corr.c.si uasallus. si de feudo fuerit ꝯtrouersia inter do.& agn. Nec licuit dicto nobili Scipiōi detrahere dicto Regi virtutē remunerationis,ut patet ī li.Exodi xij.c.ibi, Dijs nō detrahes, & principi non maledices.& in Ecclesiastico.x.c.In cogita-

10 tiōe tua Regi nō detrahes.† & ideò uasallus ligius nō pōt ex dicta cā renuntiare iuri uasallagij sine cōsensu Regis,ut dicit Bal.in c.cęterū.vj.co. de iudicijs.& idē Bal.in præludijs feudorū.& And.de Iser.in c.j.in uerbo, & si sciuero.&c.de noua for si nō.n. seipsum uasallus potest liberare à iuramēto ligij:quia hæc esset alienatio: quæ nō pōt fieri sine Regio consensu,p cōsti.Regni,cōsuetudinē,& firmat Lud.de Penna in l.ij.in fin.C.de

11 agri.& censi.li.xj. ¶†Itē quia sicut

sine culpa dominus non reuocat feudū à uasallo.c.j.de natura feudi.ca.j. de feudo sine culpa non amit.cum simi.ita vasallus non pōt cū ista protestatione priuare dñm uasallagio per renūtiationem vasallagij:ut dicit Io. And.in addi.Spec.in tit. de locato.§. nunc aliqua.uersi.allegat Dy.in cōsi. xliiij.Sicut in simili dicimus, ꝙ uasallus habens feudum quaternatum nō pōt renuntiare in manibus dñi eo inuito:ut dicit And.in c.j.de uasallo q̄ cōtra consti. Lotha. & in c.j.de alie. feu.paterni.& in c.j.§.fi.de capita. q̄ curiā uēdi. & in l.Imperialem.§.j.de prohi.feu.ali.p Fede.& patet ī cōst. regni,post mortē.& in alijs locis, q̄ allegant in dictis cotis. Quapropter Lucas de Pen.in l.j.C.de colonis Pa
12 læstinis.li.xj.dicit,†ꝙ si uasallus simpliciter recedit à terra dñi reducēdus est. Si aūt pro libero se gerit, & sic prætendit se liberū,est grauiter coercendus,sicut dicimus in seruo:ut in l. iij.de fugi.ser.i. ꝙ ponitur in carceribus:ut est text. & ibi idē Lu.in l.j.C. de colonis Illyricianus.lib.xj.& pro hoc bonus tex.in l.ij.in prin.& in fi. C.de natu.libe.ubi quis teneē ad seruiendū:licet à se abdicauerit bñficiū & hoc, q̄ñ est feudatarius Regis, ut scribunt moder.in c.j.de uasal.qui ꝯ consti.Lotha.non dēt uasallus illudere principem:ut in Cle.cū illusio. de renuntiatione.¶Quare concludit, ꝙ nō obstan. dictis literis & instrō protestationis,ꝙ nō uult esse uasallus,dictus Scipio remanet uasallus Regis. Et pp dicta scripta per eū dēt puniri, quia rē illicitā fecit, nec potuit redarguere Maiesta.vestrā ex mora in nō retribuendo asserta seruitia, q̄ narran
13 tur in dictis literis.¶†Nec obstat, ꝙ dici posset, ꝙ qui ab aliquo recepit seruitiū de iure naturę, ille q̄ recipit tale seruitiū. tenetur illud remunerare,quia ad antidora ē obligatus.l.sed & si lege.§.cōsuluit.ff.de petit.hæreditā.l.si nō forte.§.libertus.ff.de cō di.indebiti.quia dupliciter responde. tur.¶Primò,quia ille, qui recipit seruitium debitum,non tenetur illud renuntiare,quia recipit, quod ille sibi dēt.Sed uasallus Regis teneē ad ipsa seruitia exhibenda uigore iurī ligij, ergo &c.¶Secundò mō respondeē, ꝙ obligatio ad antidora non est sufficiens ad agendū,ſm Bart.in l.ex hoc iure gentiū.ff.de iusti.& iure.Et posito,ꝙ esset sufficiens ad agēdū, intelligitur,si uiueret ille Rex, qui seruitia & auxilium recepit.Sed illis Regibus mortuis,cùm illa sunt seruitia personalia, nō durat effectus obligationis ad antidora,nec ēt eius hæres teneē. p l.uiuus.ff.si quid in frau.patro.hoc expresse firmauit Bar.in l.ambitiosa. j.col.ff.de decretis ab ordi.faciē.Vnde cū oīa seruitia, q̄ narrat dictus nobilis Scipio,sunt seruitia facta regibus prædecessoribus & nō Regiæ ue-
14 stræ Maiestati. † Propterea de iure uestra M.nō tenetur ad remunerationē dictorū seruitiorū ut firmat ēt Iason in d.§.libertus.& in d.l.ex hoc iure gentiū. Meritò dictus Scipio non debuit indignari de mora in remunerandis seruitijs pstitis regibus antecessoribus vestræ Maiestatis.¶Nec licuit ei exprobare dicta asserta seruitia p eū dictis Regibus præstita: quia exprobrātibus dicta seruitia dominus suis, iudicio Dei ea sibi obueniēt, q̄
15 nō uult:†ut est uidere exēplū in Sansone,qui cùm maxilla asini ex Phylisteis occidisset multos, gloriatus est dicens,ī maxilla asini &c. ut patet in li.Iudicū.c.xv.subitò tñ humiliatus ē sitiens usq; ad mortē. finis.n.huius exprobationis,cōfusio eius est,ut dicit Apost.ad Philippenses.iij.c.gloria eorū in cōfusione.& ad Rom.j.c. ij.ibi, nolite loq̄ sublimia gloriātes.
16 & Hieremias ꝓpheta dicit†nō glo-

ritur sapiens in sapientia sua,nec fortis ĩ fortitudine sua.¶Nec habuit ipse Scipio rectã intentionẽ, qñ præstitit dicta afferta seruitia, si illa pstitit sub spe futuræ remunerationis & nõ uirtute fidelitatis & iuramẽti:quia dixit dñs noster Iesus Christus quibusdã non recta intentione eũ sequẽtibus: Queritis me,non quia uidistis signa, sed qa manducastis ex panibus meis, & saturati estis:ut patet in Euãgelio Ioannis.c.vj.debuit.n.iste nobilis co
17 gitare se subditum Regi:†Quia oĩs anima potestatibus sublimibus subdita est,fm. Apostolũ ad Romanos.c. xiij.Et ideo cũ omni affectu humilitatis & reuerentia seruire debent dominis:ut in epistola beati Petri.ij.c. Serui subditi estote in omne timore dominis &c. Nec licet subdito detrahere dño,ut dr in epistola Iacobi iiij. ibi,nolite fratres mei detrahere &c. Et Sapi.c.j.à detractione parcite linguæ: quia sermo obscurus in uacuũ
18 non ibit.Et ad Romanos.c.j.†Detractores Deo odibiles sunt. & contra istos detractores facit sermonẽ Beatus Antoninus in summa sua,in secũda parte, titulo octauo, in princi. & hæc quo ad primũ dubiũ, qđ fuit nouum,& non tactũ par scribẽtes.¶Ad secũdũ dubiũ dicendũ est,ꝙ dictæ litetæ patentes non eximũt propterea eũ à vinculo fidelitatis & iuramenti ligij:quia nec expresse nec tacitè dr in dictis parẽtibus Regijs literis, sed solùm in dictis Regijs literis cõcedit licentiam dicto Scipioni, ꝙ possit vt fidelis Regis exire istud Regnũ pro suis negotijs.Ex quo sequitur,ꝙ pessimè ipse Scipio intellexit Regias patentes literas,tñ per eas nõ est libera
19 tus à iuramento ligij, maximè † qa nunquàm generalis locutio trahitur ad actus iuratos,nisi de iuramẽto expressè fiat mentio:ut firmat Ioan.de Imo.in c.qñ contingat,in tertio mẽbro,uer.nunc p declaratione materiæ &c.de iureiu.Et pro hoc facit,qꝫ licet princeps casset statuta uel consuetudines,nõ intelligit cassare statuta uel cõsuetudines,ubi est iurm. ità Ang.in l.j.q oneradæ.ff.qua re actio. nõ da.gl.est singularis in c.cũ nõ deceat.de elect.li.vj.& in c.in aliquib9. de rescrip.eo.li.& Ioã.And.in c.j.de filijs presby.in nouella,li.vj.Ab.Sic. in c.j.de his,q̃ fi.à ma.parte ca.Io.de Imo.in c.dilecto.de præbẽ.& in Cle. dudũ.de sepul.Ale.in multis cõsilijs.
20 ¶†Itẽ quia ista licentia,ꝙ possit dictus Scipio exire Regnũ &c.intelligitur tanquam fidelis Regis, & ut non efficiatur post licentiã infidelis.ideò dicebat Bal.in l.j.C.de monopol. ꝙ licentia statuẽdi,nõ extẽditur,ꝙ possit iniustè statuere.Multa similia allegant,ad hoc,de quibus in c.j. p quos fiat inuesti.& in l.si qñ.C.de inoffic. test.& in l.j.C.de sac.san.eccle. ¶Itẽ licẽtia ista,ꝙ possit Regnũ exire, ut fidelis,intelligit,put cõsuetũ est cõcedi aliis fidelibus ualentibus Regnũ exire,ut dicit Bal.in l.fi.ij.col.C.de fideiuss.sed solitũ & cõsuetũ ẽ,ꝙ licentia exeũdi Regnũ data fidelibus, in-
21 telligit donec sint fideles:†quia licẽtia scdm cõsuetu. cõcedẽtis est intelligẽda.dixit Bal.ĩ l.licet.C.locati. facit l.cùm de in rẽ.ff.de vsu.& uoluit Ant.de But.in c.puenit.de censibus. Bal.& Ang.in l.qui in aliena.in prin. ff.de acquir.hære.Sẽper.n.licẽtia intelligitur scdm naturã actus,sup qua interponit.unde si dat licẽtia alienandi feudũ, intelligit impetrato assensu dñi, & nõ ꝙ possit liberè alienare: quia sic est de natura actus.l.si stipulatus.in prin.ff.de usu.l.j.§.si qs sub cõditione.ff.ut leg.no.caue.&voluit
22 Ale.in iiij.vol.cõs.cvj.ĩ ij.col.¶†Itẽ nunq̃ psumit, ꝙ in dubio p suũ actũ uoluerit princeps sibi piudicare, nisi quaten9 sit expressum.arg.c.sup eo.

13 cit Inno.† quòd princeps non tenetur seruare ordinem iudiciorum. & nota.Bald in l.fina.C.de legi. & Alberic.in l.princeps.ff.eod.titu. Et sic commissarius Regis Federici nō tenebatur citare dictum monasterium: quia tantā potestatē habet cui princeps cōmitti,sicut ipse princeps, secundùm Angelū in l.fin. C de impube.&alijs substitu. Maximè,quia possessio dictorū bonorū nō erat nunc.

penes dictũ monasteriũ: sed penes dictũ Regem ex noua rebellione dicti principis. Ideo dicit Cyn. in l. meminerint. C. vnde vi. si princeps† dedit
14 licentiam intrandi possessionem per seipsum, tunc securè potest ingredi. arg. l. quidã consulebant. ff. de re iud. & l. princeps. ff. de legibus. illud verbũ securè, importat, ꝙ non potest cõueniri super spolio, vt notant doct. in c. ij. de pact. & in l. illa institutio. ff. de hæredib. instit. & est glo. in l. j. C. si aduersus solutionem. & illam glo. not. ibi Bald. ꝙ istud verbum securè importat, ꝙ nõ tenetur ad restitutionē. ¶ †Quinta ratio est, quia dictum
15 monasterium agens pro recuperãda possessione dictorũ bonorũ, debet de necessitate, vt possit obtinere, oñdere de titulo: quia habet resistentiã iuris cõis contra se: quia ecclesia non põt de iure communi habere feudũ: quia dicitur peruenire tunc feudũ ad manus mortuas: vt in c. j. §. & si clientulus. de ali. feud. nisi ex concessione &
16 priuilegio principis: † & sic obstat exceptio inhabilitatis personæ agenti remedio possessoris: vt concludit And. in consti. Regni violentias. & in l. Imperialē. §. illud. de prohi. feud. ali. per Fede. vbi si mancus vel aliàs inhabilis ad feudum agit possessorio, non fit restitutio, nisi ostendat priuilegium habilitationis. & not. Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. possess. & ibi sunt concordantiæ, quas non allego breuitatis causa. Bene facit gloss. iij. q. j. §. pater. & xxiij. distin. c. in nomine domini. vbi si intrusus spolietur, nõ debet ei ante oĩa fieri restitutio. sed dictum monasterium non ostendit priuilegiũ dona-
17 tionis dicti Regis Alphonsi, nisi † qđ probat per testes de dicta donatione, quæ probatio parum operatur: quia gratia principis debet ꝓbari per scripturã: vt in l. j. C. de manda. princi. & plenè per Io. Andr. & alios in proœ. vj. libri. & ibi sunt concord. ergo dicto monasterio non debet fieri restitutio. ¶ Sexta ratio: quia in priuilegio concessionis dictorũ castrorum facta dicto Francisco, est clausula, cum beneficio l. omnes. & l. bene à Zenone,
18 quo casu denegať audientia. †Imò expſsè princeps aduocat iurisdictionem iudicibus, quod facere potest: vt dicit Bal. in consi. incipiente, domini priores. & Abb. in repet. c. eccle. sanctæ Mariæ. de consti. in xxvj. colũ. & Pet. de Anch. in repet. c. canonũ statuta. col. lxxxxvj. versic. quæro etiã de quæstione &c. de consti. & sic nõ potest hæres dicti Francisci cõueniri in sacro Consilio, ex quo in dicta causa auocata est iurisdictio, per l. iudicium soluitur. ff. de iud. quam ad hoc allegat Andr. in constitu. Regni ea, quæ non ad decus. ¶ In contrariũ pro parte dicti monasterij dicič, ꝙ dictus cõuentus non põt se iuuare ex allegata restitutione etiã ad bona alienata ꝓ bono pacis facta principi Salernitani, ex sex alijs rationibus. ¶ Et prima, quia Rex Federicus dicto Francisco non concessit dicta bona, quæ fuerũt possessa per dictũ monasteriũ, sed tantùm concedit castrum Pistizi & castrũ montis Albani, cũ iuribus & ptinē-
19 tijs suis, & sic nõ venit, †quod alteri per prius fuit concessum. s. dicto monasterio, vt dicit Bal. per illũ tex. in c. j. de capita. qui cu. vendi. vbi dicit, non uidentur uendita ea, q̃ prius alijs sunt cõcessa, & ab ipso uniuersitatis corpore separata. & ibi in iij. colũ. disputat, si ciuitas habet molendinũ & conceditur alicui ciuitas, an trãseat molendinum d. ciuitatis in cõcessionariũ ciuitatis. Et dicit cõcludendo post argumenta pro & contra, ꝙ nõ: quia illud molendinũ est ꝓprium peculiũ ciuitatis: & sic apud ipsam ciuitatē remanet, & nõ est translatũ in

20 concessionarii.† Et pro hoc ego alle go tex. in l. quoties. C. fami. ercis. ubi ea, quæ alijs sunt cōcessa, nō ueniunt in gñe. & tex. in l. qui hominē. ff. de adimen. leg. ubi in legato gñis nō uenit, qđ alteri est distractum de legato gñis. cōcor. l. uxorē. §. felicissimo. ff. de leg. iij. bonus est tex in c. dudū. de priuil. ubi cōcessio non extendit ad ea, quæ ꝑ alios possidenſ. Idē uoluit Bal. in rub. ff. de rer. diui. ad fi. & Bal. in l. monumenta. C. de legib. Si ergo dicto Francisco non sunt translata dicta bona ꝑ prius cōcessa monasterio, quo ipse pōt allegare de iure tertij. s. de restitutione facta principi cū dicta exceptio non habet ipsum releuare,

21 † cùm non sint sibi cōcessa: ut firmat Bal. in l. cū seruū quispiā. C. de seru. fugit. & docto. in c. cū super. de re iudica. & in remissionibus, quæ ponunſ in Bart. in l. ij. ff. de excep. rei iudica. Secunda rō est, clarū est, ꝙ dicta bona fuerunt donata ꝑ Regē Alphonsum secundū dicto monasterio, ut est ꝓbatū, ꝑ testes in processu, & licet dicat, ꝙ donatio Regis debet ꝓbari ꝑ scripturam: ut s̄. alleg. est: tñ aliquib⁹ ex nostris fuit extraiudicialiter ostēsum priuilegiū dicti Regis donationis dictorū bonorū, quæ donatio simpliciter fuit facta de dictis bonis non in feudū, nec sub aliqua fidelitate uel

22 seruitio, quo† casu dicit Innoc. in c. uerū. de foro cōpetē. ꝙ tunc ecclesia in nullo teneſ, & illa bona sunt effecta sanctū sanctorū. & ideò postquā translatū est dñium in ecclesiā, ꝑ nullum pōt capi, nisi authoritate iudicis ecclesiastici: quia sacrilegiū in eis cōmittitur. xij. q. ij. c. nulli liceat. & seq. & c. cùm sit gñale. de foro cōpetē. sed si fuissent concessa in feudum, tunc non essent illa bona sanctum sancto-

23 rum dño: † cùm directum dominium sit penes dominum ſm Innocent. in d. c. uerum: & sic esto, ꝙ expressè restituerit Rex Federicus ad bona alienata quibusuis personis, non potest trahi, ut fiat restitutio sine authoritate iudicis ecclesiastici, bonorum, quæ sunt sancta sanctorum: ideò dicit Innocen. in c. cùm super. de causa poss. & proprieta. not. ꝙ non prælatus, sed Christus dominium rerum ecclesia-

24 rum & possessionem habet, † unde quicunque homines offerunt ecclesijs, dicuntur esse oblata Deo: ut d. c. nulli liceat &c. Et ideò pro non dato habetur, ꝙ de iure dari non pōt capi. quod autē de iure patronatus. cū cōcordan. alleg. per Abba. in c. ij. de rebus eccles. non alien. cum concord. etiam allegatis per And. de Iser. in c. j. §. prętereà. quę sit prima causa benefi. amit. ¶ Tertia ratio est: quia princeps ante restitutionem prædictam factam per Regem Federicum etiam ad bona alienata pro bono pacis spoliauit monasterium dictis bonis, & deinde facta fuit dicta restitutio in integrum ad bona alienata non purgato

25 uitio spolij, † quo casu illa restitutio & priuilegium nihil ualet in præiudicium spoliati: ut est tex. in l. authoritate. C. unde ui. & no. gl. & Bar. & Ange. C. de fundi. & salti. rei dominicæ. lib. xj. & Bal. in l. j. ff. de consti. princ. & in l. ij. C. de legi. & uoluit Alex. in iiij. uolum. consi. cxxiij. ultima colū. & in v. uolum. consi. j. xiij. colum. & Bal. & ibi dixi in cap. j. per quos fiat inuestitu. & uoluit Bald. in l. iij. C. ne rei do. uel templo. ¶ Nec obst. quòd Rex ex certa scientia, & ex magna causa etiam in præiudiciū tertij hoc possit facere, ut dicit Prępositus in c. j. in fine. de natura feudi. & Saly. in d. l. authoritate. & Andræas Barb. in cōsilio posito inter consilia Alexand. in iiij. uolu. consi. cxxvij. incipiē. scripsit ecclesiasticus &c. Ang. in l. Paulus. §. quod pignori. ff. quibus mod. pig. uel

26 hypothe. soluitur. † Quia prædicta

possunt procedere, quando illa bona non essent sancta sanctorum, de quibus princeps laicus nihil potest ulterius facere sine iudice ecclesiastico: vt dicit Innocen. in d.c. verum. ¶Quarta ratio, quia in dicta restitutione principis Salerni nõ dicitur, quòd extendatur ad bona alienata in ecclesiam, & sic nõ transit ad bona ecclesiæ alienata per prius, tũ quia facta sunt san
27 cta sanctorũ: vt suprà dictum est. † & nemo præsumitur velle quod nõ potest de iure, vel de perpetuo impedimentum, ſm Bald. in c.j. de iuramento calũ. alleg. l. vxor patrui. C. de legatis, & uoluntas talis esse præsumitur in dubio, qualis esse debet, ſm Bald. in l.j. col.v. C. de sac. san. eccle. & in l. precibus. xvij. colum. C. de impube. & alijs sub. & uoluit Alexã. in
28 iiij. volum. consi. liiij. colum. v. † tum quia uerba generalia non extenduntur, vt tollant priuilegia ecclesiæ: vt in c. si propter. de rescriptis. lib. vj. & uoluit hoc Felinus in dicto c. nouit. de iudi. & in dicto ca. ecclesia sanctæ Mariæ, xxxv. colũ. de constit. & Bal. in l. omnes populi. in vj. colum. ff. de iustitia & iure. & ad hoc faciunt omnia illa, quæ allega. Ioannes Monachi, & Ioan. Andr. in nouella, in cap. in generali. de re. iur. lib. vj. ¶Quinta ratio, posito, ꝙ princeps acceptasset talem restitutionem à principio, & ꝙ extenderetur ad bona alienata, & concessa dicto monasterio ob beneficium pacis per ea, quæ suprà allegata fuerunt, certè si princeps Salerni defecit à fidelitate Regis Federici, & dictus Rex iterũ incorporauit sibi bona principis, certè tenebatur restituere supra dicta bona dicto monasterio, per id quod dicit Inno. in cap. quia pleriq;, de immunitate ecclesiæ,
29 ubi dicit, † ꝙ si princeps ex causa aufert rẽ priuati, cessante posteà dicta causa, debet rem illam dicto priuato restituere. Idem voluit Ant. de But. & Imo. in d.c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. & ibi Feli. in xix. col. & Marianus Socc. in cõsi. clxiiij. col. iiij. bene facit ꝓ hoc ratio text. in c. suggestũ. de deci. ¶Nec obstat id, quod dicit And. de Iser. in c.j. in fi. de vasallo decrepitæ ætatis. ubi dicit, ꝙ si prīceps restituit rebellẽ in pristinũ statũ, nõ tñ bona alienata oĩa quæ sunt in posse. fisci, debẽt restitui ipsi restituto, pone ꝙ ante restitutionẽ princeps aliqua bona illius rebellis alteri concessit, & ipse cõcessionarius mortuus est sine liberis, & illa bona sunt reuersa ad Regẽ, nõ† tenet Rex illi restituto restituere: quia videt ad ea restitutus, quæ fiscus tũc habebat, nõ ad ea, quę posteà habuit ex noua causa.
30
¶Quia rñdetur, ꝙ istud dictũ Andr. nihil facit ad propositũ: quia in casu, de quo agitur. facta fuit alienatio ꝑ Regẽ Alfonsum de dictis bonis monasterio, & ex cã pacis Rex Federic⁹ restituit principem gñaliter ad bona alienata, nõ intelligit de alienatis in ecclesia: vt supra dictũ est. ¶Itẽ restitutio facta fuit ex cã pacis, qua cessante, debet fieri restitutio ei, cui facta est alienatio vt supra dictũ est. nec Andræas dicit ꝯriũ ibi in hoc, qui loquit in casu satis diuerso, vt supra dictũ est. & pro ista decisione bene facit tex. in l. post diuortiũ. ff. de iu. dotiũ. & id quod alleg. Lud. Ro. in consilio ccccl ix. incipiente, in proposita cõsultatione. in ij. qõne. licet allega. posteà alias rões & iura in ꝯrium.
31 ¶ † Sexta rõ: quia dicta restitutio facta principi etiã ad bona alienata nõ est ꝓducta in forma ꝓbar. te, nec est ꝓbatũ, ꝙ prīceps ipsam ratã habuit: sed Rex Federicus ex seipso ipsam fecit, vt reduceret principẽ ad suam fidelitatẽ, & ipse nõ uoluit uenire ad eius obedientiã, propter quod oportuit Regem Federicũ ipsum in ter-

ta Diani debellare: si ergo nō probatur principē acceptasse dictā restitutionem, dicta restitutio nihil est, per not. p glo. in c. si tibi absenti. de pbē. in vj. & in l. si ego. ff. de neg. ges. quę iura ad hoc allegat Pau. de Ca. in cōsi. xj. incipiente, in casu praesenti &c.
32 † Et ideò secuta refutatione perinde est, ac si nihil fuisset actū. ff. de legatis. j. l. legatarius. §. j. & l. si tibi hō. §. cū seruus. & l. proinde. cū similibus. ff. si certū petatur. ¶ Per sacrū Consilium fuit cōclusum, q fiat restitutio possessionis dictorū bonorum dicto monasterio. ¶ Nec obstat prima ratio: quia cōmunis cōclusio se habet,
33 † q remedium reintegrandae datur etiam contra titulo possidentē, vt firmat Alexā. in l. rem quae nobis. ff. de acquiren. posses. in iiij. col. & dicit, q pro ista parte vidit iudicari. & in iij. volu. consi. vj. in v. colum. dicit quòd ista est uera conclusio. & in v. uolu. consilio xcj. dicit, quòd ista est magis cōmunis opi. & in hac opinione resident domini de consilio. ¶ Nec obstat secunda ratio, quia confunditur per dictum Innocen. in d. c. verū. prout dictum fuit supra in secunda ratione p monasterio. ¶ Nec obstat tertia ratio, quia nō probatur, quòd dicta bona sunt feudalia, esto quòd testes dicāt, quòd sunt feudalia: quia nō deponunt de causa scientiae, quo-
34 modo sciūt, quòd sunt feudalia: † & sic nō probant illa bona esse feudalia: vt dicit egregiè Alex. de Imo. in j. volu. cōsi. cxxxvj. quod incipit, viso, & examinato processu. in iiij. col. Et tantò magis, quia non probatur, quòd quando Rex Alphonsus donauit dicto monasterio, aliquid sibi reseruauit. Ideò praesumitur liber donasse, secundū Inno. in d. c. uerum. Et ideò dicit Andraeas in c. j vlti. colū.
35 ex quibus causis feudum amit. † q quando feudum redit ad Regē, non peruenit cū onere: & ideò extinguitur feudum, & non potest dici feudū apud Regem, quia res sua nemini seruit. ff. si ususfru. peta. l. vti fuit. ita q si iterato concedat, oportet quòd reimponatur seruitiū, nisi in certis casibus notatis ibi per Andraeā in lectura, & clarius in additione sua, quae incipit, p praemissa patet. ¶ Nec obstat quarta ratio: quia intelligitur illa ratio uera, quando princeps praemissa causae cognitione [d] per suū cōmissarium mandat dari possessionem, quae est penes tertiū, vt dicunt doctores in d. l. iustè possidet. & maximè Ale. & Ang. in l. fundi venditor. eo. tit. & ibi ēt Alexā. & Bal. in l. meminerint. praeallegata. & Bal. in iij. volu. consi. cccccxxxviij. circa finem. & pro hoc sunt text. in l. authoritate. & in dicta l. meminerint. C. vnde ui. & l. fi. C. si per uim vel alio modo. & in c. cōquerente. de restitutione spoliatorum.
36 † Et pro hoc est tex. in l. & si nō cognitio. C. si cōtra ius vel vti. pub. vbi rescriptū, p quod mādat restitui possessio spoliato. reqrit causae cognitionē, & citationē, ēt q sit executiuū. & istū tex. allegat Anto. de But. in c. sup literis. de resti. spoliatorū. & Vitalis, in clausula, si pces veritate nitātur. xj. char. de quo in c. de cętero. de re iudicata. & per Petr. de Ancha. in Cle. j. de re iudicata. Ideò benefacit, quod dicit Bal. in l. j. col. j. de cōstit.
37 princ. † q nō videt derogatum iuri tertij per generalia verba. & idē dicit in c. j. §. sed & res. per quos fiat inuestitura. ¶ Nō enim patitur aequitas, q iura alterius laedātur, etiā eo tēpore, quo omnia manu Regia gubernabātur. dicit notanter Bar. in extrauagāti, ad reprimendam. in uerbo, uidebi-
38 tur. circa finem † defectus citationis appellatur defectus iuris naturalis: vt in Clemē. pastoralis. de re iudica. secundū Alexan. in d. l. iustè possidet.

¶Nec habet obstare, ꝙ monasterium nō possidebat, qñ cōmissarius posuit in possessionē dictorū bonorū dictū Franciscū: quia iā dictæ res fuerūt affectæ vitio spolij pp spoliū factū per principē ante pfatam restitutionē in integrū sibi factā p Regē Federicū, & vitio spolij non purgato deuenit ad diuersas manus, & tandē ad dictū Frāciscū, & sic cōpetit remediū d.c. reintegranda. & remediū cōstitutio.
39 Regni, uiolētias. † per quā corrigit l. cū à te. ff. de vi & ui armata. ¶Nec obstat quintū motiuū, quia ecclesia est capax feudi, qñ sibi donatur à Rege. Et iō si spoliat, debet fieri sibi restitutio etiā nón pbato de titulo, ex quo ius pmittit, ꝙ ecclesia pōt habere feudū: vt vr concludere And. in d. cōstit. uiolētias. & in d. §. illud. maxi-
40 mè, † quia oīa feuda processerunt à publico, vt in d. §. optimū. de exhibēdis reis. & no. And. in plu. & tñ quilibet spoliatus feudo, agit sup spolio, & nō tenet ondere titulū nisi mācus & mutus, & surdus, qui habet spālē resistentiā iuris cōis, fm And. in loco pallegato. & in c. ad decimas. de restitutione spoliatorū. lib. vj. cū concordantijs suis. & in l. Imperialē. §. illud, de prohi. feu. ali. per Fede. & per Pau. de Cast. in l. si de vi. ff. de iudi. & tantò magis, quia dicit Abb. in c. cō-
41 stitutis. in iij. colū. de electione, † ꝙ pōt puniri possessio alicuius rei vel iuris, cuius proprietas de iure haberi non pōt: vt pbatur in l. j. §. si uir. ff. de acquir. pos. & in l. j. §. deijcit. ff. de ui & ui arma. vbi patet, ꝙ licet maritus nō possit rem donare vxori, tñ si res donata tradit, transit possessio in mulierē, adeò ꝙ si spoliet ab alio, habet interdictū ad possessionē recupe-
42 randā. ¶Nec obstat sexta ratio, † qa dicta lex, oēs. & l. bene à Zenōne. q. denegant audientiā actori, nō habēt locum in rebus ecclesiæ alienatis à principe: vt est gl. xij. q. ij. c. quicūq; militū. not. Archidia. xxiij. q. si. c. cū vendunt. & Abb. in c. ij. de reb. eccl. non alie. & ego dixi in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. x. ¶Itē, Rex Federicus nō potuit tollere iurisdictionē in dicto casu iudicibus futuris constitutis à successore in Re-
43 gno, p id, quod habet p Albe. in l. digna. vox. C. de legi. † & sic phibitio facta per pdecessorē nō transit in successorē, de quo per Iaso. in l. si procurator. ff. de oper. noui nūcia. & in l. fi. eo. tit. ideo dicit Bal. in c. fi. de offic. delega. ꝙ qñ aliquid est multū singulare, & contra cōmunia statuta concessum, non transit in successorem.

a POSSESSIO. Vide infrà solutionē datā huic quartæ rationi infrà in ij. charta ad manū, in fine. Tho. Gram.

b CONSILIO. Adde tamen aduersus consiliū Bal. hic ꝙ illud intelligitur, ubi authoritate magni prætoris seu principis quis destitisset cū causæ cognitione. Secus si sine causæ cognitione. qm illud diceretur de facto factum, quod fit sine cognitione causæ, seu pronuntiatione sententiæ, vbi sententia requiritur: vt est gl. singularis fm Bart. in l. ictus fustium. ff. de his qui notā. infami. ita cōsuluit Maria. Soci. consilio 32. penultima colū. ij. volumine. Thomas Gramma.
Adde ꝙ est consiliū 345. in primo volu. incipit, ad euidentiam, dicit cōtrarium verius quod hic idem Bal.

c IVDICI DICIT. Adde ꝙ hoc dictū Alber. in d. l. si de ui. & successiuè Bal. & aliorū hic allegatorū nō puto uerū: cū nec Papa, nec princeps non citata aut inaudita parte possit de cā coguoscere, & sic decernere text. est. in c. j. de causa poss. & proprie. in l. meminerint. C. vnde ui. ex quo esset tollere defensionem, quæ est de iure naturali, quę tolli nō potest. in. §. sed naturalia quidē iura. Insti. de iur. natural.

tural.gent.& ciui.& sic etiã princeps auferre eam non pôt.Cle.pastoralis. de re iud.& tenet Bal.in l.ut uim.ff. de iust.& iur.& plenè Fely.in c.cùm olim.de re iudi.ubi colligit q̃dã alia, q̃ dixerat in c.quę in ecclesiarũ. de ꝯstit.& repręhendit Host.Imò ẽt de plenitudine ptãtis hoc prĩceps facere nõ pôt,nisi ex certa sciã.ita voluit Fran.de Are.ꝯsil.clxv.xii.col. ubi reprehẽdit Host.& Io.And.in c.in pręsentia.de procu.& sequitur Barba.in consi.xxiiij.ij.uol.antepen.col. Imò ubi mãdat̃ possessio etiã restitui spolia. requirit̃ causæ cognitio etiã si sit ꝓceptum executiuũ.l.& si non cognitio.C.si cõtra ius uel utili.publi.per quã ita dicit Ant de but.in c.suꝑ litteris.de resti.spol.Vital.in clausula,si preces.xj.char.Pet.de anch.in Cle.j. de re iudi. ex quo ẽt iniustus possessor audiri debet antequã amoueat̃. Bar.in l.fi.de edic.diui.Inn.in c.cùm olim.extrà,de priui.Alex.consil.v.in ij.uol.Lud.cõsi.clviij. plenè Fely.in c.si extrà de præsump.Tho.Gram.

d CAVSAE COGNITIONE. Adde quod pulchrè not. Inno. in c.querelam.de elec.& Bald.in l.si pacto, quò pœnã.C.de pac. dicentes, ꝙ licet iura dicant possessorem nõ esse eijciendũ de possessione nisi illo uocato.l. meminerint.C.unde vi. & l.fi.C.si ꝑ vim vel alio modo.& in c.eps.de prębẽ.in vj. & in c.inter quatuor.de maio.& obed. tñ ubi quis esset iniustus possessor authoritate iudicis,qui illũ in possessionem misisset de facto causa nõ cognita:tũc de facto iudex pôt illum à possessione amouere, ad qđ bonus est tex. in l.j.§.& hoc edictũ. ff.si mulier.uen.nomi.dicens,ꝙ quẽadmodũ iudex est facilis in imittendo,ita debet esse facilis in reuocãdo. ad idẽ glo.not. in c.ab excõicato.xj. q.ij. idem tenet Bal. in l.dies festos. C.de fer.in l.ij.C.de edic.diui.in l.ij. C.de serui.& aqua.col.xij.uersi.quid si iudex.& in rub.C.de rescin.uen. in repetitione legis, tale pactum.§.qui ꝓuocauit.iiij.qõ.ff.de pac. & in l.os maritorũ.C.ne uxor pro mari. Ant. de But.in c.cùm cessante.de appella. docto.in c.ex litteris.de pigno. Roma.consil.clviij.& cccxx. & ccxxvj. Contrarium tñ uidetur tenere Bald. in l.si deserta.C.si propter pub. pen. dicens,ꝙ licet iudex, qui fuit facilis in dando tenutam sine iuris ordine, debet etiam esse facilis in reuocãdo: non tñ debet hoc facere nisi parte citata. Pro concordia moder. in d.l.si pacto,dicunt,ꝙ si iudex,q̃ñ dedit tenutam,omisit citare parte,potest tũc illam reuocare parte non citata. aut omisit alium ordinem præter citationem,& tunc in reuocando requiritur citatio.& ita ꝓcedit not. Bal. in d.l. si deserta. Aduerte tñ ad unum singula. ꝙ si iudex mihi absenti præcipit, ne in opere ꝓcedam, aduersario non citato, pôt iudex præceptum reuocare,si fuit factum subsistente causa,ex qua etiã nulli parti emanasset, puta, quia iudex uidebat uos ad arma paratos.Tutius tamẽ est,ꝙ reuocatio fiat parte præsente uel citata.ita singulariter Ioan.And.in addi.Spec. in titu. de senten.§.species.in uersi.est quoque.& sequitur Aug. & Ioã.de Imo. in l.de unoquoque.ff.de re iud.quod est not.Et dicit Bar. in d.l.iustè possidet ꝙ qui ingreditur possessionem alterius uirtute decreti inualidi, non excusatur à pœna,d.l.meminerint.& statutorum.& idem cõsuluit Bart.in consil.incipiẽ.in quæstione uertente in curia domini capitanei. & presertim quãdo est inualidum rõne omissa citationis ſm Bal. in disputa. quæ incipit,accusatus de vi turbatiua. xj. col.& sequitur Ludo.Roma.in d.l.iustè possidet.& plenè Bartholo.Soci. in consi.lij. uisis processu.ij. charta.

in secundo uolumi. Thomas Grāma. Adde ꝙ etiam iniustus possessor antequam amoueatur debet citari & audiri. Bartolus in lege fin. de edicto diui. Inn. in c. cum olim. de priuileg. Alexander in consil. v. in ij. uolumin. imò merus executor non mouet possessorem eo non citato. Cardi. in consilio x. incipiente, Iacobus executor. & in consilio incipiente, reuerende domine. Fel. in capitulo fin. extra, de præsumptio. Thomas Grammaticus.

DECISIO CCCLXII.

De duabus relationibus non omnino cōformibus executioni mādādis in minori summa.

SVMMARIVM.

1 Relationes duæ in parte cōformes, sunt executioni mandandæ, in quo conueniunt nume. 4.

2 Executio appellatione pendente fieri an debeat.

Testes in summa uariantes, an dicantur singulares.

3 Minor summa inest maiori etiā in sententia.

4 Practicantes obseruāt practicā præteritam.

FVIT maximè excitatū in Cō-
1 silio, † si dictat ritus magnæ coriæ Vicariæ, quòd existentibus duabus relationibus conformibus mandentur executioni, et posteà si ab eis appelletur ad sacrum Consilium, procedatur in causa appellationis. ¶ Euenit, quòd prima relatio cōdēnauit in xx. secunda relatio condemnauit in decē tantum. An istæ relationes sint conformes in decem, ita quòd debeant exequi in decem. ¶ Videbatur aliquibus dominis, quòd non essent confor-
2 mes, & sic nō sunt exequendæ. † quia ritus est scripti iuris, & est cōtra ius, quod uult, quòd pendēte appellatione fiat executio: quod est contra totum titulum, nil nouari appellatione pendente, ideo non debet extendi ad dictas relationes non omnino conformes. Item, quia si vnus testis deponit de xx. alius de decem, consuluit Alexander quòd sunt singulares, in primo uol. consi. cxviij. & in ij. uo. consilio lxiiij. sed posteà in sequenti
3 consi. tenuit cōtrarium. ¶ † In contrarium dicebatur, quòd dictæ relationes sunt exequendæ in decem: quia in maiori summa inest minor, etiam in sententia, ut uoluit Bart. in l. j. §. si stipulanti. cum simi. ibi allegatis. ff. de uerborum obligationibus. stante ista dubietate fuit capta informatio per Antonium Mancusum actorum notarium ex ordinatione sacri Con-
4 silij à practicantibus, † quomodo fuit obseruatum. & practicatū in præteritum, quando contingit proferri dictas relationes, unam de xx. & aliā de decem. & fuerunt dicti practicātes in eorum depositionibus contrarij. Fuit per totum sacrum Consilium deliberatum, & conclusum, quòd dictæ duæ relationes mandentur executioni quò ad decem tantùm: quia in illis decem sunt cōformes: & sic fuit executum.

DECISIO CCCLXIII.

De charitatiuo subsidio super turbatione fundi dotalis non præstando propter insufficientē possessionis probationem.

SVMMARIVM.

1 Testes deponentes de possessione triginta annorum, & fructuum perceptione, non deponunt de territorio inculto.

2 Testibus pluribus stāte paritate probationis standum potius, quàm paucioribus.

3 Possessio iunior nō continuata præsumitur clandestina.

4 Possessio antiquor sine titulo, poste-

riori possessioni cū titulo præfert.
Instrumentum dotale non incipit à mensura, sed à corpore.
5 Mēsura secundùm regionem cōtrahentium consideranda.
Interpretatio contra producentem in dubijs fit.
6 Testibus uerisimiliora deponētibus magis credendum.
7 Experientia recti sermonis sensatis adhæret.

VTRVM dominæ Pricitæ de Ligorio, & eius filio sit præstandus charitatiꝰ fauor ꝗ dñm Marcū de Auersa super turbatione, & molestatione prætensis cuiusdā terræ dotalis dictæ dñæ Pricitæ iuxta formā capitulorū Regul, quorū vnū incipit, ad regale fastigium, alterū incipit, finis præcepti charitas. & alter incipit, charitatis affectus. Et dubiū faciebat, quis melius probabat se possedisse, cū utriq; probabāt se possedisse hoc modo, uidelicet dicta dña Pricita probat ꝑ instrumētū dotale datā fuisse sibi in dotē terrā modiorū quinquaginta parū 3 plus uel minus, sitā in Gaudo Auersæ, iuxta sanctā Mariā de cupito, iuxta bona Pirri Loisij Gargani, iuxta bona Autonij Maramaldi, & alios cōfines. et ꝓbāt per testes ipsam terrā possedisse, & fructus ꝑcipisse ab annis xxx. ¶ Dñs Marcus dicit, ꝙ dña Pricita habet, ꝙ petit, & ī dicto territorio suo eā nō molestat: sed ipsa molestat eū super possessione cuiusdā terræ à puteo uersus occidentē, versus massariā Regis, quā ipse & sui antecessores possederūt à xl. an. & plus ꝑ multos testes. & probatur de ꝑceptione fructuū à tpe mortis Regis Ferdinandi primi: quia eius tēpore dictę terrę nō cultiuabāt pp prohibitionē dicti regis ex cā venationis. ¶ Et ꝑfectò fuit visum sacro Consilio, ꝙ nullus fauor est præstandus dictæ dñæ Pricitæ, & 1 eius filio. ¶ † Pro eo, quia dña Pricita habet quod petit iuxta formā sui instrumēti, tū quia testes sui qui deponūt de possessione xxx. annorū & fructuū ꝑceptione nō possunt intelligi de territorio cultiuato ꝑ donnū Marcum post mortē Regis Ferdinādi primi, cū antè erat incultū, & nō prouenieb āt ex eo fructus, & ad hoc etiam fatetur dicta dña Pricita in suis articulis. ¶ Secundò, quia data paritate ꝓbationis inter dictā Pricitā & donnū Marcū de possessione territorij, vbi est dictus puteus, ex quo testes donni Marci sunt plures numero, ꝗ 2 deponūt de sua possessione. † standū est magis pluribus testibus, quā paucioribus dictæ Pricitæ, ut in ca. licet causam. per doc. de proba. & in ca. in nostra. de testibus. & Bart. in l. si duo. uti possidetis. & Cyn. in l. j. C. eod. & Bal. in disputatione sua, accusatus de ui turbatiua. ¶ Tertiò, quia possessio donni Marci dicti territorij, ubi est dictus puteus, est antiquior, & possessio dictæ Pricitæ, ut suprà, ꝓbata est iunior: † & de iure ista iunior maximè nō cōtinuata ꝓsumit clādestina, ꝓut fuit allegata, ſm Bar. ī l. ordinarij. C. de rei uen. et in l. si duo. ff. uti possi. & doct. in d. l. j. C. eo. & Bal. in arborib. §. signū. ff. de usufru. et in l. de pretio. § si duob. ff. de publi. & in l. si super. vlti. co. C. de præscri. lōg. tēpo. & in l. nō ignorabit. ad exhibendū, & plu ries hæc dixit Alex. in suis cōsilijs, videlicet in j. uol. cōs. cx. in iij. uo. cōsi. lxxxj. et in v. uol. cōs. viij. & col. quæ quidem possessio antiquior est tantæ potentiæ, ꝙ etiam si domina Pricita suā possessionē iuniorem probaretur 4 titulatam. † præfertur possessio antiquior sine titulo posteriori possessioni cum titulo: ut uoluit Barto. in l. si de eo. §. fi. ff. de acquir. pos. et Bald. in dicta disput. accusatus de ui turbatiua. et Alexan in apostil. in d. l. si duo. licet illud instrumētū dotale nō pro-

bet titulum terræ, ubi est puteus: tũ quia instrm dotale non incipit à men sura, sed incipit à corpore, ſm Bal. in rubr. de contrahẽ. empt. & per doc. in c. ij. de dona. cũ concord. ibi allegatis per doc. tũ quia dicta terra de qua in instro p̃dicto dotali celebrato Neapoli, mensurata est modiorũ quinqua
5 ginta parũ minus, † & sic interpretat̃ ſm Legionem ꝯhentium illa mensura, postquã aliter non declarauerũt: qñ scriptura est dubia: quia põt intel ligi duobus modis, debet fieri interpretatio ꝯ producentem: ut in l. ueteribus. & ibi Bar. ff. de pactis. & in c. in p̃ntia. de ꝓba. quasi sibi imputetur, cur expressius non fuit cõuentũ. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & in regula, ꝯ eum. lib. vj. not. in c. ex literis. de spõsalibus. ¶ Quartò, quia testes dicti dõ ni Marci deponũt uerisimiliora: quia magis in specie & cã sciẽ specificè deponunt melius, q̃ testes dñæ Prici
6 tæ, † & ideò illis testibus, uerisimiliora deponentibus sacrum consiliũ magis credidit, iuxta notata in capi. licet causam. de proba. & Innoc. in c audi tis. de præscript. Abb. in c. quia nõ est uerisimile: de p̃sump. & in Specul. de teste. §. postquã. uersi. quid si plures. Pet. de Ancha. in c. ij. de p̃scriptio. li. vj. & in consi. cclxxviij. Abb. in c. cũ oporteat. de accus. Ant. de Bu. in cap. quid per nouale. in iiij. col. de uerbo.
7 sign. † Experimentum enim uerorũ sermonum est, ut cõcordet rebus sen satis & uerisimilibus, nam id quod est ualde longè à uerisimili, est quædam falsitatis imago, secundùm Bal. in cõ silio schismatis, posito. C. si quis aliquem testa. prohi. & Bal. C. de ser. fugit. lege. j. ¶ Et ideò fuit declaratum, ꝙ non est præstandus fauor charitatiuus dictæ dominæ Pricitæ, & dictus donnus Marcus fuit absolutus ab im petitione dictæ dominæ Pricitæ & filij.

DECISIO CCCXIIII.

De probatione requisita in medio c. reintegrãda. iii. q. i.

SVMMARIVM.

1 Remedium c. reintegrandæ. iij. q. j. quam requirat probationem.
2 Testes singulares, cuius sint probationis.
3 Pauli de Cast. opinio super testium depositione de confessione uariantiũ reprobata ꝑ totũ consilium.
4 Confessio extra iudicium parte absente probat semiplenè.
Confessio extraiudicialis ꝓbanda ꝑ testes duos cõtestes de loco & tpe.
5 Probare de possessione per vnum teste, an sufficiat in causa possessorij.
6 Iudicis arbitrio, quid cõmissum sit.
7 Liber monasterij, dicens rem esse redditiciam, an probet.
8 Liber monasterij, ut faciat fidẽ quid requirat.
9 Snĩa debet esse libello conformis.

FVIT decisum in consilio in cã monasterij S. Seuerini ord. S. Bene
1 dicti de Neapoli, † si agens remedio c. reintegranda. iij. quęstione. j. probat solũ per duos teste s patrem conuenti dixisse ex. iudicium parte absente, ꝙ terrã, quã petit monasteriũ reintegrari, ꝓtenet ad & in censum à monasterio. ¶ Item per vnum testem de perceptione fructuũ. ¶ Item per librum monasterij de perceptione cẽsus. ¶ Item per testes de auditu, ꝙ dicta terra erat monasterij, ꝙ dicta terra nõ uenit reintegranda, & sic ꝙ cõ uentus debet absolui. Et motiua sunt
2 ista: † quia illi duo testes deponentes de dicta confessione patris Ioannis Baptistæ de vno extra iudicium parte absente, non probant etiam semiplenè: quia vnus deponit de confessione facta vno tpe, alter alio tpe. & iõ sunt singulares, ut dicit Ant. de Butr. post Io. Cal. in c. ueniens. ulti. col. de

teſtibus.& Abb.Sicul.poſt Bal. in c. cum cauſam.in ij col.de probatio. & Bal.in l. ſpadonem.§. quæ iura.ff. de excuſa.tuto.et licet in contrariũ fuiſ ſet allega.conſil.Pau.de Caſt.in cõſ. ccclxxviij.uiſa petitione.in iij.col.& conſi.cclxxvj.quod incipit,uiſo,pceſ ſu.in iij .col. ubi vult,ꝙ ſi vnus teſtis deponat de confeſſione in vno loco, alius teſtis deponat de cõfeſſione in alio loco,ꝙ iſti duo teſtes coniungũ
3 tur.¶†Fuit dictum per ſacrum conſi. ꝙ Paulus non bene dicit, ꝙ imò di cti teſtes ſunt ſingulares,ut in pprijs termi nis tenuit Ant.de Butr.in c.licet ex quadam.penul. col.ner. et per hoc deciditur quæſtio,etc.de teſtib⁹. allegat Cyn.in l. ij.C.de conſue. idẽ uoluit Ant.de But.in c.fi.antepenul. col.de cõſuet.et Ale.in j. uol. conſil. lxxij.in iij.col.et ĩ iij.uol.conſ.lxviij. incip.uiſo proceſſu cauſæ uertentis,
4 & ideò ſtante illa op.pro uera,†ꝙ cõ feſſio extra iudicium parte abſente probat ſemiplenè,ſm Bar.in l.admo nendi.in xiij.col.de iureiur.dũ alleg. l.c.v.ff.de adult.& tex.in c.fi. de ſucceſ.ab inteſt.& Feli.in c.ſi cautio.de fid.inſtru.tñ iſta confeſſio debet eſſe pbata per duos teſts conteſtes de lo co & tpe:ut eſt gl.ĩ l.fi. C.fami.erciſ. & uoluit Bal.in l.j. uer.quilibet actus debet probari per duos teſtes. C. de teſti.idem Cy.in l.generaliter. C. de non nu. pec.& Inno.in c.per tuas.de proba.& Ale.in j.uol.cõſi xvij. ¶Itẽ licet ſoleat dici, ꝙ in cauſa poſſeſſorij ſufficiat pbare de poſſeſſione per vnũ teſtem,ut dicit Bar.in l.j.C.quo rũ bonorum.& in l.ij.circa.fi.C. ubi
5 in rem actio.†tñ ɔ̃riam uoluit Barto. in d.l.admonendi.in xiij.col. & in ex trauaganti,ad reprimẽdam.in uerbo, ſummariè.& in iſta opin fuit ſacrum conſilium,qñ agiť remedio reintegrã dæ,ut non ſufficiat pbare poſſeſſione per vnũ teſtem:maximè , quia ille vnus teſtis contradicit teſtibus Ioannis Baptiſtæ conuenti, qui deponũt de anteriori poſſeſſione patris ipſius dictæ terræ,quibus magis ſtandũ eſt, cũ ſint plures:ut in c.in noſtra.de teſti.cũ concordã.& ſic ei non eſt credendũ,ſatis diminuiť eius fides ex dictis aliorum teſtium deponentiũ con
6 trarium.¶†Ideò fuit uiſum ſacro cõſilio,ꝙ ipſi teſtes,qui deponunt de pceptione fructuũ terræ, non dicãt uerum,nec ueriſimile , quod totũ iudicis arbitrio cõmittitur,ſm Io.Andr. in ca.cum in iuuentute. de pſump. & Bal.in l.obſeruari. C.quorũ appella. non reci.facit l.fi.§.ob carmen.ff. de teſti.¶Nec aliquid mouet productio libri dicti monaſterij ad probandum eius poſſeſſionem : quia ille liber ſic dicit,uidelicet,habet dictũ monaſte-
7 rium reditum talis terræ, † nam per iſta uerba non probat poſſeſſionẽ dictæ terræ fuiſſe penes monaſteriũ:ut dicit Bal.in l.ſi pater.C. de actio.em. nec etiã probant eius dominium : ut in l.ſolennibus. ſm Bal.& Sali. C.de rei uend.vnde ſi monaſterium ſcriberet in libro ſuo rem meam eſſe redditiã monaſterio , nihil mihi noceret talis ſcriptura,niſi ego conſentirem: ut dicit Bal. nota.in iiij.uol.cõſ.ccxxvj.incip.uiſo puncto prædicto. allega.d.l.ſolennibus.& l.quæ quiſq;.ff. de acq.rer.domi. & l.cenſualis. C.de
8 dona & l.pſes.eo.tit. † Nec põt fieri condẽnatio uirtute dicti libri ad dictum reditum in eo mẽtionatũ : quia ille liber non eſt uerificatus,iuxta ea, quæ notanť per doc.in c.ad audiẽ. cũ concor.quę ibi allegantur, de pſcrip. item non fuit actum ad reditum , ſed
9 poſſeſſionem,†& ſnĩa debet eſſe conformis libello,iuxta notata in c.licet Hely.& ibi per Felinum de Simo. Iõ dictus conuentus iudicio omniũ Cõſiliariorum fuit per diffinitiuã ſnĩam abſolutus,reſeruato iure,ſi quod cõ-

petit dicto monasterio super terra, siue super reditu uel annuo canone.

DECISIO CCCLXV.

De tacita reconductione finito tpe locationis, & de mercedis remissione pp damnum in re locata, & de feudo rustico & urbano.

SVMMARIVM.

1 Reconductio rei locatæ tacitè fieri an posset, lapso locationis tpe pp consensus defectum. 14. & 16.
2 Intellectus abest, ubi furor adest.
3 Remissio mercedis propter damnũ in re locata passum per locantem locatario, an facienda.
4 Dominium utile per locationem ad longum tps trãsit in locatarium.
5 Intellectus ad l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. locati.
6 Reconductio tacita in emphyteusi locum non habet.
7 Nouum dicitur, q nobis non ab antecessoribus nostris obuenit.
8 Metus instans tempore conductionis pro sequenti anno, excludit mercedis remissionem.
9 Differentia feudi urbani cum rustico qualis. 12.
10 Reconductio tacita pro eodem tempore interuentu scripturæ ad effectum probandi uidetur facta.
11 Paradogium, quid sit.
Feudum non habens uasallos in numero copioso, non dicitur nobile & urbanum.
13 Ius coloniæ quã: o tpe præscribat.
15 Instrumentum locationis guarentigia tum nou potest exequi pro tacita reconductione.

1 Per instrũm publicum, † quidam nobilis de Mormili locauit nobili Iacobo de Valle de Auersa partem, quam ipse habebat in quodam casali pro annis decem pro tumulis cẽtum & decem septem de frumento soluẽdis anno quolibet dicto dño partis dicti feudi, quæ quantitas frumenti per dictum tps fuit soluta, non facta alia renouatione expressã locationis. d. Iacobus locatarius finito d. tpe. x. annorum tenuit dictam partẽ feudi, & soluit dictum affictum, sed dictus Iacobus pp eius senectutem effectus fuit
2 demens & furiosus: † & sic cum eo nõ potuit esse tacita reconductio, ppter defectum consensus ut not. Bar. in l. qui ad certum. ff. locati. quia ubi furor, ibi intellectus abest. no. in l. j. C. vnde ui. f m Bal. in c. clerici. de uita & honestate clericorum, tñ post mortẽ ipsis Iacobi hæres ipsis Iacobi tenuit dictam partem feudi, & soluit dictam mercedem dicto nobili de Mormili pro pluribus annis. ¶ Oritur dubium inter hæredẽ dicti Iacobi, & dñm di-
3 ctæ partis feudi, † utrum inter eos sit facta tacita reconductio ad effectum, si debet fieri remissio mercedis propter damnum, quod ipse hæres passus est pp exercitũ Regis, & pp maximam quantitatem muriũ, qui deuastauerunt segetes. ¶ Dicebant aliqui dñi de consilio, q nõ põt dici, quia inter dictum dñm dictæ partis feudi, & dictum hæredem sit facta tacita recõductio: quia ille 9ctus locationis erat finitus tpe quo uiuebat dictus Iaco-
4 bus, ut s. dictũ est: † tũ quia ille 9ctus locationis factus cum Iacobo factus fuit per decem annos, & sic ad longũ tps: ut dicit Ale. in l. filiofam. §. si uir in quinquennio. ff. sol. mat. per quam locationem ad lõgũ tps transit dominiũ utile in locatarium: ut in l. j. in fi. cũ duabus seq. ff. si ager uecti. & in l. j. §. quod autẽ ait. ff. de superfi. & not. in Cle. j. de reb. eccle. non alie. cũ sim.
5 & clarum † est, q l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. locati. quæ uult, q in pdiis rusticis censetur facta tacita reconductio pro vno anno, & in hoc concordat tex. in l. in rebus. §. fi. ff. de præca.

& not. Bal. in l. legem. C. de pactis, & Ale. in iiij. uol. consi. xxviij. non habet locum qñ conductio facta est ad longum tps, ut consuluit Alex. in iiij. uo
6 lu. consi. xvij. iij. col. ubi tenet, † ꝙ tacita reconductio non habet locũ in emphytheusi. & idem tenuit Ludo. in consilio ciij. & Bal. in l. j. xj. q. C. quando non peten. partes: Bald. in d. §. qui impleto, & Ale. in v. uol. cõsilio lxxvj. ¶ Alij dñi de consilio dicebant, ꝙ in persona hæredis Iacobi fuit noua locatio pro vno anno, ex quo locatio ad x. annos fuit finita tpe Iacobi, &
7 pro hoc facit, † quia quod nobis obuenit, non ab antecessoribus nostris, nouum dr: ut in ca. j. de gra. succes. in feu. Et ideò in sequentibus annis in quolibet anno vr̃ esse tacita facta reconductio pro vno anno. & hoc probat tex. in d. §. qui impleto. & firmat hoc Bal. ibi & Bar. ĩ d. l. qui ad certũ. allegat l. planè. ff. ꝓ socio. & l. legem. C. de locati. & ꝙ in hoc casu nulla debet fieri remissio mercedis pp dictũ exercitum, et pp dictã quantitatẽ mu
8 rium deuastantium segetes, quia † ꝓbatũ est, ꝙ tpe dictæ tacitæ reconductionis instabat idẽ metus: & sic non hẽt locũ remissio mercedis ꝓ seq. anno, ut firmat Bal. in l. si ea lege. C. de usuris. & gl. in l. habitatores. §. iterũ. ff. locati. & gl. in d. l. ædẽ. C. e. ti. & Io. de Imo. in c. pp sterilitatẽ. x. col. ff. locati. & not. in l. qui bona. §. de illo. ff. de dã. infec. & Bal. in c. j. §. uasalli. de pace Costã. & Alex. de Im. in l. interdũ. §. ex naufragio. ff. de acq. pos. Et ista rõne attenta fuit conclusum per oẽs dños de cõsilio, ꝙ nulla dẽt fieri remissio mercedis dicto hæredi.
9 ¶ † Sed hic incidit dubiũ, ex quo ista pars feudi locati est feudũ quaternatũ, & nõ solũ hẽt ꝓdia rustica, sed ẽt habet domos & ꝓdia urbana, quomodo iudicabit̃ istud feudũ, an rusticum uel urbanũ: Et ista dubitatio insurgit ex tex. dicti §. qui impleto. qui facit differentiã inter ꝓdiũ rusticũ & vrbanum. Nam in urbanis eatenus uidet̃ facta tacita recõductio, quatenus
10 post tps finitũ habitauit. ¶ † Item si in scriptis sit facta locatio nõ ad effectũ probandi locationem, sed ad effectũ, ut nõ aliter sit facta locatio, nisi in scriptis fiat, iuxta l. contractus. C. de fid. instru. tũc ex tacita reconductione nõ uidet̃ cõtractus renouatus; quia non interuenit scriptura, sed tacita recõductio uidet̃ facta quatenus habitauit. Sed si scriptura interuenit ad effectũ probandi, tunc uidet̃ facta tacita recõductio pro eodẽ tpe: vt originaliter firmauit Azo in summa. C. locati. gl. Bar. & alij in d. §. qui impleto. & Alex. in iij. uol. consi. cvj. ix. co. in rusticis aũt seruat̃, ut s̃. dictũ est.
11 ¶ † An dicta pars feudi quaternati sit ꝓdiũ rusticũ uel urbanũ. ¶ Videt̃ prima facie, ꝙ sit urbanũ: quia per infeudationem feudi quaternati ꝯhit̃ paradogiũ, id est, nobilitas: ut dicit Andr. in c. j. quis dicat̃ dux, comes, uel marchio. Dicit Luc. de Pẽ. in l. mulieres. ℣. iiij. ex comitatu &c. C. de dignitati. lib. xij. ꝙ hoc est uerũ, qñ feudum habet uasallos non modicos. Et ideò cũ dictum feudum non habet uasallos in numero copioso, non põt dici, ꝙ sit nobile et urbanũ. Sed Bar. in d. §. qui impleto. uersic. quæro quæ est ratio diuersitatis inter prædium ru-
12 sticũ et urbanum, † dicit, ꝙ in prædio rustico non percipitur fructus in qualibet parte anni: sed solum in vno tẽpore. Sed in prædio urbano in qualibet parte anni percipitur fructus vniformiter, ideò prout inhabitauit, reconduxisse uidet̃. Cũ igitur fructus dictæ partis feudi percipiuntur nõ in qualibet parte anni, sed vno tpe, iudicabit̃ quo ad istum effectum, prout de prædio rustico, et sic cẽset̃ pluries facta ista tacita reconductio de an-

no in annũ, per d.§.qui impleto.ibi, & hoc deinceps in vnoquoque anno obſeruandũ eſt, vt ſuprà dictum eſt.
13 † Fallit, niſi iſtud ius coloniæ durauit xxx. annis. nã nunc eſſe pſcriptũ ius coloniæ, ut dicunt Bald. & Ang. in l.malè agitur.C.de pſcrip.xxx.uel xl.ann. licet gl.in l.litibus, in uerbo, colonorũ.C.de agri.& cen.lib.xj.dicat, ꝙ ius coloniæ pſcribitur ſpatio x.annorũ.quã gl.ad hoc allegat Bal. in l.ſi quis conductionis.C.locati. Et ad hoc faciunt nota. per Bald. in l.j. iiij.col.C.de fideicõ. ¶Fuit ergo cõcluſum in cõſilio ꝙ dñs dictæ partis feudi, qui fuit ſciens & patiens hæredes cõductoris p plures annos, finita locatione tenere dictũ feudũ recipiẽdo mercedẽ ſolitã, poteſt agere actione locati ad penſionẽ non ſolutã. Et hæredẽ in medio anni expellere non
14 poteſt, † quia videt̃ facta tacita recõductio pro illo anno, ſecus ſi poſt finitũ annũ per tres dies uel pauco tẽpore ſtetiſſet in dicto feudo, & dñs feudi poſteà ꝓhibuiſſet eũ, ut recederet à feudo, quia uult feudum pro ſe, tunc non uidet̃ facta tacita reconductio, ſm Bald.in d.§.qui impleto. ¶Non tñ poſſet uirtute inſtrumenti pdicti exequi pœnã ratione cõtrauẽtionis in iſta tacita reconductione, ſm Bal. ibi in alia lectura. alleg.Dy. in l.cũ pater.§.patri certã.ff.de lega. ij.Idẽ expreſsè dicit Bal.in l.legem.
15 C.loca.vbi dicit, ꝙ inſtrm̃ † locationis guarantigiatũ non poteſt exequi pro tacita reductione. & idem tenet Alex.in iiij.volu. conſi.xxviij.incip. põderatis uerb. circa finẽ. & in eodẽ uolu.conſi.xvij.incip.uiſo inſtr̃o locationis.verſi.ij.principaliter.vbi ponit etiam quatuor limitationes ad dictum.§. qui impleto:ut ibi per eum. ¶Bene eſt uerũ, ꝙ ſi dñs feudi fuiſſet abſens finitis illis annis, quibus fuit locatũ dictũ feudum, & non habuiſſet notitiã, ꝙ conductor uel eius
16 hæres tenuit feudũ, † tunc nõ eſſet facta tacita reconductio etiã pro vno anno. Et licet perſeueraſſet hæres cõductoris ĩ poſſeſſiõis di.feudi & pcepiſſet fructus, tunc dñs feudi poterit agere non ex locato & cõducto: ſed negotiorũ geſtorũ actione: vt bñ declarat Bar.in d.§.qui ĩpleto.in.j.col.

DECISIO CCCLXVI.

De iudice delegato cõſtituente procuratorem fiſcalem.

SVMMARIVM.

1 Iudex delegatus in cauſa feudi quaternati, an poſſit conſtituere ꝓcuratorem fiſcalem in dicta cauſa. 8.
2 Iuriſdictiõe cõceſſa nõ vr̃ cõceſſũ id, qđ maius eſt ipſa iuriſdictione.
3 Procurator fiſci à ſolo Rege conſtituitur.
Reſcripta delegantia cauſam, ſunt iuris ſcripti.
4 Omiſſum habetur, quod in reſcriptum omittitur.
5 Magiſter iuſtitiari⁹ qđ offm̃ gerat.
6 Proceſſus fact⁹ cũ pſona illegitima ꝓ minore ĩteruenĩete nõ põt p aduerſariũ dici nullus, ſed p minorẽ.
7 Fiſcus & minor æquiparantur.
9 Reſcriptum an reddatur ſurreptitium non faciens mentionẽ de proceſſu nullo nu. 11.
10 Eſſe nullũ, uel non eſſe, paria ſunt.
12 Attentata an habeant locum in reſcripte lite pendente impetrato.
13 Litiſpẽdentia per comparationem tertij an iudicatur.
14 Litiſpendentia propter citationem circunductam non inducitur.
15 Commiſſio de citando illum, qui citari non poteſt, eſt nulla.
16 Citatio inualida nullũ ꝓducit effectum, nec conſtituit in cõtumacia.

IN pleno Cõſilio fuit dubitatũ
1 † vtrũ iudex delegatus ab Ill. Magnifico Capitaneo & Vicerege C.M.in

hoc Regno in causa feudi quaternati tangente Regium fiscũ potuit cõstituere & facere vnũ procuratorem nomine Regij fisci, qui habeat ꝓcurare pro fisco, & eius causam defendere, & si acta facta cum eo ualeant. ¶Et prima facie uidebat̃, ꝙ ꝓcessus factus cum dicto ꝓcuratore, sit ualidus: quia dictus Vicerex delegando dictã cãm feudalẽ inter fiscũ & priuatũ dño Licẽtiato de Sũmaria sciebat ꝙ apud eũ non erat ꝓcurator fiscalis, ideò videt̃ tacitè sibi data potestas creandi in illa cã procuratorẽ fiscalẽ, per l.ij.de iurisdi.om.iudi.ad idẽ in c.prudentiam.§.sexta.de offi. deleg. Sed dictus delegatus nõ posset suã iurisdictionẽ exercere sine ꝓcuratore fiscali:ergo videt̃ tacitè sibi cõcessã potestas creãdi in illa cã pro

2 curatorẽ fiscalẽ. † facit ad hoc quod dicit Bal.in l.j.C.rector prouin. ꝙ si data ẽ facultas prioribus sup iustitia ministranda, ꝙ ipsi poterunt eligere potestatẽ. & idẽ dicit Bal.in c. si pro debilitate.de offi deleg.¶Sed ad hoc posset rñderi, ꝙ concessã iurisdictione iudici delegato, non videt̃ cõcessum id, quod est maius ipsa iurisdictione: vt dicunt Bar.& alij in d.l.ij. sed creare ꝓcuratorẽ nomine Regis qui habeat defendere Regẽ in dicta cã feudali, est maius ipsa iurisdictione cõcessã.

3 †Quia ꝓcurator fisci constituitur à solo Rege, vt in l.j.ff.de offi.procur.Cęsaris,& nõ debet eius cã agitari, nisi corã ꝓprio iudice: vt dicit Bal.in l.j.C.de hęred.vel actio. vendi.& rescripta delegantia causas, sunt stricti iuris: vt in c.cũ olim Abbas.de offi.deleg.

4 †& quod omissum est in rescriptis habet̃ pro omisso.l. j.§.ne autẽ.C.de cad.tol.l. quicquid astringendæ.de verb.obli. Et ea quæ fiunt à iudice, si ad eius offm̃ nõ spectant, viribus nõ subsistunt, ut in regula, ea quæ.lib.vj.¶Itẽ secundò dicebatur, ꝙ cõstitutio Regni, quæ incipit, pſides.dat potestatẽ pſidi prouinciæ, vt de feudis cognoscat instituto ꝓcuratore pro parte fisci, & cã instructa remittat causam terminandam per Regiã curiã:& si pſes ꝓuinciæ facit ꝓcuratorẽ fiscalẽ, fm̃ And. ibi.Sed ista cõstitutio parũ aut nihil facit:quia loquitur in feudis nõ quaternatis: vt dicit ibi Andræas. bene est uerũ, ꝙ alia ꝯstitutio Regni, quæ incipit, beneficiũ.posita in ij.lib.Cõ-

5 stitutionũ, dicit: † ꝙ magister iustitiarius potest creare ꝓcuratorẽ fiscalẽ:ex quo Rex dat ei potestatẽ creãdi eũ, omnia enim nostra facim⁹ &c. ut in l.j.§. sed neque.C.de vet. iuris enucle. & qñ dicta constitutio intelligeretur, ꝙ possit constituere magister iustitiarius ꝓcuratorẽ fiscalem etiã in causa feudi quaternati, ꝙ nõ cõceditur, non per hoc extendenda est ad iudicẽ delegatũ in causa feudi quaternati:quia magister iustitiarius habet multas præeminẽtias, quas nõ habent alij iudices: vt patet in pluribus cõstitutionibus & capitulis Regni. ¶Tertiò dicebatur, ꝙ licet processus factus cũ ꝓcuratore fisci cõstituto à iudice delegato in causa feudi quaternati sit nullus ex defectu ꝓcuratoris fiscalis tenentis partẽ rei conuenti:quia nõ fuit cõstitutus à Vice-

6 rege, vel alio eius parte: † tñ negari nõ põt quin ipse actor, qui egit cum dicto asserto ꝓcuratore, nõ põt allegare dictã nullitatem: sed ipse fiscus posset dictã nullitatẽ allegare, per ea quę in simili dicunt doctores in l.nõ eò minus. C.de ꝓcuratoribus. vbi si est ꝓcessus factus cũ persona nõ legitima interueniẽte pro minore, nõ põt aduersarius dicere ipsum nullũ,

7 sed solũ ipse minor. † quia minor & fiscus æquiparant̃: vt not. in dicta cõstit.beneficiũ.& ibi And. Sed ad hoc patet rñsio ex dictis per Bar. & alios

in d.l. non eò minus, vbi dicunt, ꝙ si ꝓcessus faceret cõtra minorẽ, uel esset dubiũ, tunc ꝓcessus esset nullus ipso iure, per l.j.C.qui legiti.ꝑsonã. iuncta l.si minorem.in fi.ff.de mino. Sed ut dicebat dñs relator, dictus ꝓcessus clarè erat cõtra fiscũ, ideò ipso iure est nullus tanquã factus deficiente persona legitima ex parte rei cõuẽti, & tantò magis, quia Vicerex prædictus dixit, ꝙ dictus ꝓcessus est nullus; quia factus sine ꝓcuratore fi-
8 scali nõ legitimè cõstituto. ¶ † Quare fuit decisum per oẽs dños, ꝙ iudex ꝑdictus delegatus in causa feudi quaternati non potuit cõstituere ꝓcuratorem fiscalem in dicta causa. Et cõsequenter ex hoc dictus ꝓcessus redditur ipso iure nullus. ¶ Et facta ista decisione insurrexerunt duo dubia. ¶ Primũ, vtrũ rescriptũ impetratũ per Erichectã Siczarem filiam & hæredẽ quondã dñi Loisii Siczari vtilis dñi ciuitatis oppidi à Cæsarea maiestate nulla facta mentione de dicta litis pendentia inter eã & dictum ꝓcuratorem fiscalem nulliter creatum possit allegari surreptitiũ. ¶ Secũdò, an quicquid eius occasione sit secutũ, veniat reuocandũ per uiã attentati, per not. in Clemen.ij. ut lite
9 arbitriũ boni uiri,i.ad iudice, † qui dř bonus vir:ut in l.vir bonus.ff.iudicatũ solui.& in l.si societatẽ. §.arbitrorum.ff.pro socio.& in c.Quintauallis.de iureiur.per doc.cũ concor. ibi allegatis. De hoc non expedit dubitari:quia clara decisio est, ꝙ potest à tali arbitrio declarato haberi recursus ad arbitriũ boni viri: vt est text. in l.fi.§.sed & si.quis. C. commu. de lega.per quem tex.not. ibi Bal. ꝙ in ultima voluntate,siue aliquid sit collatũ alicui vt arbitrio, siue arbitrato-

10 ri.iniquum reddit ad æquum,† & dicit iniquũ octo modis: scilicet, quatuor modis dr̃ plus, & quatuor quib⁹ dr̃ min⁹. & ibi dicit, ꝙ iste bonus vir erit iudex, qui non debet declinare neq; ad dexterã, neq; ad sinistram, ut in l. rem non nouam. C. de iudi. c. cũ æterni tribunal. de re iudic. in vj. & hoc firmat Barto. in d. §. arbitrorum. ¶Fuit ergo ꝑ sacrũ Cõsiliũ considératis cõsiderandis moderatum dictũ arbitramentum ad ducatos cc. pro subsidio dotis neptis dicti testatoris. Et ita posteà fuit sententiatum.

DECISIO CCCLXXII.

De hæredibus patris & matris conuentis nomine patris tantum ex obligatione communi patris & matris.

SVMMARIVM.

1 Filius an possit bona paterna citra ius & nomẽ hæredis patris habere.
2 Hæres patris & matris per obligationem amborũ nomine unius conuentus, an condemnandus nomine alterius, non nominati in actione.
Via electa sequenda.
3 Sentẽtia libello debet se cõformare
Probatio sine petitione an ullius ualoris.
4 Iudicio an & quomodo transsubstãtietur.
5 Confessio testis sup crimine in una instantia cõtra eũ probato, operatr̃ remotionem à promotione.
6 Iudex per instrumentũ & confessio nẽ põt cõtra cõuentũ pronuntiare.
7 Confessus post litis cõtestationem condemnandus in ciuilibus.
8 Confessio tollit processus nullitatẽ & in iudicio notorium inducit.
Iudex in notorijs supplere potest.

FVIT lata sentẽtia in magna curia Vicariæ cõtra Anellũ Lõgũ, per quã ipse fuit cõdemnatus ad soluendũ patri Vincẽtij Mennati certã pecuniæ quãtite, ad quã erat obligatus virtute publici instrumenti & anteq̃ fuisset dicta sñia mãdata executioni, dictus Anellus mortuus fuit superstitibus sibi duobus filijs, uidelicet Ioãne Longo, & Nicolao eius fratre, & similiter mortu⁹ fuit pater Vincentij supstitibus plurib⁹ filijs, q. oẽs sunt mortui, & solũ superest dictus Vincẽtius hæres patris & fratrũ suorũ, q. petit executionẽ dictæ sentẽtiæ ꝯ dictũ Ioannẽ, & fratrẽ ut filios & hæredes dicti Anelli, † dicit Nicolaus, ꝙ ipse ꝓbat ꝑ instrm̃ se abstinuisse ab hæreditate patris. Et Ioãnes alter frater dicit, ꝙ ipse nõ tenetur, quia non est hæres patris sui. Et si aliquid habuit de bonis paternis, illud habuit nõ ut hæres patris, sed ut filius & hæres matris, quæ dedit in dotem dicto Anello uncias cẽtũ, & fact⁹ fuit casus restitutionis dotiũ ꝑ mortẽ Anelli dicto Ioãni & fratri ut filijs & hæredibus matris: ut cõstat ꝑ instrm̃ dotale & sic habere potuit bona paterna citra ius & nomen hæredis patris, uidelicet ꝓ dote materna, quo casu dr̃, ꝙ nõ ꝑ hoc ꝓbatr̃ se immiscuisse hæreditati paternæ: ut no. Bart. & alij in l. gerit. & in l. ꝓ hærede. §. j. ff. de acq. r. hęredi. & in l. j. & ij. C. de repu. hære. & Alex. in iij. uo. cõs. xxxij. maximè quia probatum est dictũ Anellũ tp̃e mortis suæ fuisse pauperem, & dicti Ioãnes & Nicolaus fratres debebãt cõsequi sup bonis maternis ut hæredes matris dictas vncias centum dotales, & in bonis paternis parum aut nihil remansit nisi certi debitores in modica quantitate, qui fuerũt exacti ꝑ dictũ Ioãnẽ vñ ꝑsumit exegisse ꝓ debito materno: ꝑ iura supra allegata. ¶Replicatr̃ ꝓ parte dicti Vincẽtij. Si uos estis hæredes matris ut dicitis, oĩno debet ꝯ uos fieri executio dictæ sententię: quia in instrõ debiti, cuius uigore lata fuit sñia ꝯ Anellũ,

est obligata mater vestra unà cũ pa-
tre ad soluendũ dictũ debitũ insoli-
2 dum.¶†Replicat dictus Ioannes cõ-
uentus, ꝙ non fuit actũ contra eũ &
fratrẽ, nisi tanquã hæredes patris &
uiam quã elegisti,hæc tibi pateat: vt
in l. quod in hærede.§. eligere.ff. de
tributo.cum cõcor. in glo.allegatis.
¶Dubitatur, si est actũ cõtra filios,
vt dicta sñia exequatur cõtra eos ꝓ
debito contracto per patrẽ & matrẽ,
ut hæredes patris,& ipsi filij nõ sunt
hæredes patris,sed matris,& condẽ-
nati sunt hæredes patris, si dicta sñia
lata contra Anellum,quæ petita fuit
exequi contra eius hæredes. Et decla
ratum fuit per magnã curiam,ꝙ exe
quatur contra dictos Ioan. & Nico-
laum, & à tali pronuntiatione ꝑ eos
fuit appellatũ ad sacrũ Cõsiliũ,pos-
sit exequi contra eos,vt hæredes ma
3 tris. ¶†Prima facie videbatur,ꝙ nõ:
quia sñia debet esse conformis libel
lo: vt in l.fundus.ff.cõmu.diui. & in
l.fin.C.de fideicõ. liber.c.licet Heli.
de Simo.cũ cõcor.cõcordantiæ sunt
in Cle.sæpe.in verbo, formã.de uer-
bo.signi. ¶Itẽ probatio sine petitio-
ne nulla est.c dudũ.de ele. ẜm Bald.
in l.j.ff.de lega.ij.¶In cõtrariũ dice
batur, ꝙ licet sit actũ contra filios,
vt hęredes Anelli patris à principio,
& per actorem probatũ,ꝙ sunt hære
des, quia se imiscuerunt hæreditati
paternæ.Et per exceptionẽ conuen-
torum apparet, ꝙ non sunt hæredes
patris,sed matris, & sic redditur im-
4 perfecta probatio agentis: † tñ iudi-
cium transsubstantiatur in aliud ge-
nus formæ: vt in simili dicit Bal.in l.
j.colũ.iiij.in versi. omnimodo dico,
quod radix &c. C.si plures una sñia.
dum allegat.ff.de peti.hære.l.nõ tan
tùm.§. ꝙ si pro emptore.ex quo ap-
paret,ꝙ hæredes etiam matris teneu
tur ad dictũ debitũ:quia mater in so-
lidũ fuit obligata unà cum marito.
Secundò, pro hac parte facit, ꝙ ex
quo constat per cõfessionẽ conuen-
torũ, ꝙ sunt hæredes matris obliga-
tæ,licet sit actũ contra eos,ut hære-
des patris tantũ,possunt ꝓpter eorũ
cõfessionẽ condẽnari ex ista instãtia:
5 ut hæredes matris.¶†Sicut dicimus,
qñ cõtra testẽ probatũ est crimen in
vna instantia per confessionẽ ipsius
testis,talis cõfessio operatur effectũ,
vt possit remoueri à promotione,ut
dicit Abb. Sicu.in c. cũ dilectus.iiij.
char.versi. ex ꝓdictis infertur ad aliã
qõnẽ. de ordine cognitionũ. & pro
6 hoc facit,† quia iudex põt, postquã
sibi cõstat de iure agẽtis per instrm
& confessionẽ partis, ꝓnuntiare con
tra conuentũ iuxta eius cõfessionẽ,
vt dicit Ioan.de Imo.in c.ex tenore.
circa finẽ, de rescriptis,licet non lo-
quatur qñ constat per cõfessionẽ de
iure agentis, sed qñ constat per acta.
& tamen fortius est, qñ constat per
confessionẽ: & ideò dicit Inno.in c.
cũ super. in verbo, deponendus. de
confessis,ꝙ iudex ordinarius uel de-
legatus põt confitentẽ cõdẽnare, li-
7 cet nõ agebat ad hoc. † nã in ciuili-
bus cõfessus post litẽ contestatã de-
bet cõdẽnari: vt habeẽ ꝑ Cy.in ij.q.
C.de cõfessis.Bar.in l. si cõfessus. de
custo.reorũ.dicit, ꝙ vbi ꝓcessus est
nullus,si tñ constat per confessionẽ,
potest fieri condẽnatio, & sunt con-
cordantiæ in cõsi.Alex.xxxiiij. inci-
piente,uiso processu. in iij.vol.in ij.
8 col.† quia dicta confessio in iudicio
inducit notoriũ: vt not.in l.ictus fu-
stium.ff.de infamibus.Bal.in l.ꝓpe-
randũ.in princ.circa fi.C.de iudicijs.
& in notorijs iudex potest supplere,
ut no. Bal.in l.j.C.ut quæ desunt. &
ad hoc accedãt no.ꝑ Bar. & Alex.in
l.eũ qui ita.§.qui ita.ff.de verb.obli.
¶Tãdẽ post lõgã deliberationẽ fuit
cõclusum per Consilium, ꝙ ex quo
nihil aliud allegabant dicti cõuenti,

nisi ꝙ fuerunt conuenti vt hæredes patris & non matris, & ꝙ iterū debebant conueniri, fuit eis declaratū, ꝙ allegarēt quicquid uellent: quia Cōsilium uult pronuntiare super dicto debito tanquā contra hæredes matris: & quia non habebant defensionem, fuerunt condēnati ad soluendū dictum debitum, vt hæredes matris.

DECISIO CCCLXXIII.

De debitore offerēte pecuniā creditori, vt repetat rem ꝑ executionē traditam fructibus perceptis computatis.

SVMMARIVM.

1 Debitor in executione sniæ tradēs creditori fundū, an possit posteà offerre pecuniā, ut uendicet fundum fructibus in sortem refusis.

2 Fructus numerantur in re loco pignoris tradita, quæ potius præsumitur, quàm in solutum data.

Pignus in dubio sufficiēs ꝑsumit̄.

3 Res in dubio non præsumitur tradita, ut dominium transferatur.

Dominium ex nuda traditione nūquam transfertur.

Damnosum minus debitori in dubio præsumendum.

4 Debitor compelli non potest ad pignus in solutum tradendum.

5 Datio in solutū allegata ꝓbanda.

6 Creditor in dubio præsumitur iure pignoris & non dominij possidere.

Iudex ī dubijs q̄ uiā eligere debeat.

FVIT determinatū in Cōsilio, ꝙ si lata snīa sacri Consilij ꝯ debitorē ad certā quantitatē pecuniæ soluendam, & dictus cōdēnatus pro executore dictæ sniæ dicto suo creditori dedit quandā suā terram, quā posteà in sacro Cōsilio repetebat, offerēdo uelle soluere pecuniā ad quā fuerat cōdēnatus, cōpensatis fructibus ꝑceptis ꝑ dictū suū creditorē, & ille creditor dicebat, ꝙ dictā terrā dedit in solutū & pro soluto in satisfactionē dicti debiti cōtenti in snīa, ille debitor dicebat, ꝙ fuit data loco pignoris, & sic fructus excōputant̄ in sortē, vt in l si dn̄ium. C. de pigno. & in l. j. C. de distrac. pig. cū similib⁹. Nec constabat, an esset data in solutū uel

2 loco pignoris. † ꝙ in dubio ꝑsumit̄ potius data loco pignoris, q̄ data in solutū, ēt ꝙ eēt eiusdē æstimatiōis, ꝓut erat debitū: q̄a in dubio pignus ꝑsumit̄ idoneū & sufficiēs. l. ij. in uerbo redigere. C. de pig. Alex. in l creditor. ff. si cer. pet. Et pro hac opīone facit, quia in dubio nō ꝑsumit̄, ꝙ debitor uoluerit transferre dn̄ium, ꝑ l. cū de indebito. ff. de ꝓba. & ideò dicit Cy. in l. incēdiū. in fi. C. si cer. pe.

3 †. ꝙ in dubio non ꝑsumit̄ res tradita, vt transferat̄ dn̄ium, sed erit potius depositū, ut ibi ꝑ eū, & firmant doc. in l. cū quid. ff. si cer pe. vnde ex nuda traditione nunq̄ trāsfert̄ dn̄ium. l. nunquā nuda. ff. de acquir. rerū do. ¶Itē, quia in dubio debemus ꝑsumere id, quod est minus damnosum ipsi debitori: vt in l. semꝑ in obscuris. ff. de regu. iu. cū cōcor. ibi allega. ¶Itē quia in dubio debet fieri interpretatio ꝯ creditorē, qui dicit, ꝙ habuit in solutū, & nō probauit, ꝑ l. veteribus.

4 ff. de pactis. † ex quo debitor nō pōt cōpelli, ut det pign⁹ in solutū, iuxta l. à diuo Pio. ff. de re iudi. & sic nō ē ꝑsumendū, ꝙ fecerit cautela, ad quā nō pōt cōpelli: vt in l. fideicōmis. §. si hæres. & ibi Bal. ff. de lega. iij. facit l. j. in princi. & ibi Bal. ff. de magi. cōue. vbi nō tenet̄ quis ad id, ad quod

5 nō tenet̄ ex officio suo. † & ideò nō ꝑsumitur dicta datio in solutū allegata, nisi ꝓbetur, vt in l. cùm dn̄am. C. de pigno. nec sufficit eā allegare, nisi ꝓbet̄: ut dicit tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb⁹ eo. Et ꝓptereà dicit lex, ꝙ nemo præsumitur dominus alicuius rei, nisi constet de prin-

cipio dominij, s*m Bal. in l. siue possidetis. C. de probat. dum allegat l. ex persona. e. ti. ¶ Ex quibus patet, q in
6 dubio †creditor præsumit possidere iure creditoris, & non iure dñij: ut p Bar. in l. fin. C. de iure dominij impetrando. Et in dubio iudex debet eligere illam uiam, per quam utriq; parti consulatur: ut dicit Alexād. in l. j. in iiij. col. ff. si quis cautio.

DECISIO CCCLXXIIII.

De titulo testamenti nulli putatiuo non obstante agēti petitione hęreditatis. Et de errante in iure super titulo inualido non præscribente.

SVMMARIVM.

1 Titulus putatiuus testamenti nulli, an obstet agēti hæreditatis petitione. 6.
2 Titulus erroneus qñ det titulum ad præscribendum. 4. 5. 7.
3 Præscriptio trigenaria obstat agenti hæreditatis petitione.
5 Fides mala post trigesimum annum præscriptionis allegari non potest.
6 Præscriptio per libelli oblationem interrumpitur.

IN causa Georgij Maielli & fratrum agentiū ex una petitione hæreditatis & Publiciana ꝯ Ludouicum Ruffum, & fratres de Villa Casoriæ,
1 fuit dubitatū in primis, †utrū testm̄ Minicelli Cortensis, in quo instituit hæredē Anastasiā eius uxorē quod in ueritate est nullū, quia minus solēne, nec probat etiā de uoluntate testatoris, ꝑbuit titulū, ita q posset dici, q di cti côuenti, qui possederūt annis xx. qui habēt cām à dicta Anastasia: quę possedit spatio x. annorū: & sic possederint ann. xxx. & ultra, mediāte dicto titulo testamenti inualidi, & bona fide ꝑscripserint dictū locū petitum hæreditariū dicti Minicelli, cui in dicto territorio ab intestato tanquā ꝓximiores in gradu ipsi agentes tanquam eius nepotes debent succedere per mediā personā Violæ eorū mr̄is,
2 †cū det quasi pro regula, q titulus erroneus dat titulū ad præscribendū: ut no. in l. Celsus. ff. de usucap & in l. quod uulgo. ff. de usuc. Bal. in l. nullo. C. de rei uend. Ange. in l. post mortē. de adop. Abb. in c. ad Apostolicæ. de dona. Io. de Imo. in c. fi. de ꝑben. & agenti petitione hr̄ditatis obstat ꝑscriptio xxx. annor. completorū: ut dicit Bal. in l. fina. in xj. opp. C. de edic. di. Bar. in l. hæreditatis. C. de petit. hære. ¶ Super hoc dubio fuit rñsum unanimiter ꝑsupponendo unū, †q hæredi
3 hæredis dat etiam petitio hæreditatis: ut dicit Alex. in ij. uol. cō. cxxxiij. in ij. col. q qñ est error in facto, tunc erroneus titulus dat iustam cām præscribendi. Sed qñ est error iuris, ut est in isto testō facto p ꝑsbyterum, qui nō est notarius publicus, nec sunt testes deponentes de testō asserto: iste titulus non dat cām ꝑscribēdi, qa est
4 reprobatus, †& titulus reprobatus, non dat cām præscribendi. l. quemad modū. C. de agri. & censi. l. fi. §. finau tem. C. cōmu. de leg. c. dudū. le premier. de elec. & firmat Alex. in ij. uol. consi. xlvj. inci. circa præsentis cōsilij &c. & idem Alex. in ij. uol. consi. lxxxv. incip. uiso themate, in j. colū. ideo dicit Abb. Sicu. in c. ij. de his, q fiunt à præla. circa fi. q ille, qui errat in iure in titulo īualido nō pōt ꝑscribere: ut not. in c. ad Apostolicæ, ꝑall. & in l. nunquā. ff. de usucap. idē Abb. & ibi Fel. copiosè in c. de quarta. de ꝑscrip. & ibi tenet per multas authori-
5 tates, †q titulus inualidus de iure, q putabatur ualidus, ꝑp iuris errorem, non causat ꝑscriptionē etiā longissimi tpis xxx. annorum, ut ibi per eū, quia esset longū referre doctores, ꝓ & cōtra, quos ipse allegat. ¶ Nec ob. q elapsis xxx. annis non potest alle-

gari mala fides, prout dicebat Bar. in l. fi. C. unde ui. & Abb. in c. si diligenti. de præscri. & Ias. in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poss. Io. de Imo. & Fel. in c. fi. de præscri. quia talis præscriptio fuit interrupta propter litem motam, sunt plures anni coram dño Antonio de Rao
6 iudice dicti casalis, † nam per libellũ porrectum & litis contestationẽ interrumpit pscriptio, s m Bar. & Alex. ff. de adul. l. mariti. §. quinquennium. l. si post acceptũ. ff. de rei uẽd. & l. mater. C. eo. tit. de quo in c. illud. de præscrip. ¶ Et sic fuit conclusum in consilio super isto dubio, & per consequẽs ille titulus putatiuus testamenti nulli nõ obst. agenti petitione hæredita-
7 tis: † quia ille titulus hr pro non titulo, l. nec ullam. ff. de pet. hære. cũ concor. & dicit Bar. unum uerbum no. q licet iustus error habeatur pro titu. quo ad pscriptionẽ, nõ tñ hr pro titulo, quò ad excludendã petitionẽ hæreditatis. & idẽ dicit Barto. in l. j. in j. not. ff. quorum bonorum.

DECISIO CCCLXXV.

De petitione confessionis extraiudicialis factæ parte absente aliter, & post scripturã capitulorũ certæ solutionis.

SUMMARIUM.

1 Verba ante actum, an sint actus declaratiua.
2 Dictam præfationibus per interuallum non censentur repetita in conclusionibus.
3 Confessio ad obligandum parte absente, quã operetur probõnẽ.
4 Confessio extraiudicialis, qualiter probet.
5 Cõfessiones duæ extiudiciales pbationẽ & nõ obligationẽ inducunt. Testes nõ contestes de loco & tempore an probent 8.
6 Contractus sola conclusio, dr contractus, sine qua non consistit.
7 Contractus nouus celebratur per additionem.
9 Tẽpus ẽ potius ĩ obliuione, q̃ loc⁹.
10 Iurm suppletorium in summa non defertur notabilissima.

QUIDAM Diomedes de Fraia de Puteolis p uiã recõuentionis petit à filijs, & hæredibus Bartholemæi de Fraia medietatẽ ducatorũ mille quingentorũ ex cã, quia Gabriel de Fraia cõis pater soluit Regi Ferdinãdo j. ducatos mille quingẽtos p habenda castellania castri Brũdusi ex cã mutui. Et deiñ pmutauit dictã castellaniã, & cõstituit Bartholemæũ pdictũ post mortẽ pris castellanũ castri Mãfredoniæ. & dictus Rex porrò tenuit dictos mille, & qngẽtos ducatos mutuatos. ¶ Demũ adueniẽte magno capitaneo p parte catholicæ maiestatis in partibus Apuliæ q̃sinit hre dictũ castrũ Mãfredoniæ à dicto Bartholemæo, & dictus Bartholemæus p cõsignãdo dicto castro habuit à dicto magno capitaneo ducatos tres mille. & de hoc apparẽt certa capitula, & nõ dr in dictis capitulis, q solutio dictorũ triũ milliũ ducatorum fit uirtute: quia dictus Bartholemæus, ut hæres patris sui debet consequi à Rege Ferdinãdo primo dictos mille quingẽtos ducatos: sed solũ dr, q soluunt sibi ducati tres mille p restõne dicti castri in manibus magni capitanei. ¶ Quærit, an dicto Diomedi debeant dicti mille, & quingẽti ducati p medietate tãquã recuperati, ut s. ¶ Et prima facie uidebatur, q ei debeant. Nã dictus Bartholemæus, qñ tractabat de cõsignãdo dictũ castrũ magno capitaneo absente dicto Diomede pbat p certos testes, q dicebat q ipse intẽdebat uelle recupare à magno capitaneo certã summã magnã, ad quã tenebat sibi Rex Ferdinãdus primus ad rec õpensam bonorũ suo-

rum perditorũ in Puteolis,& demonstrauit unũ priuilegiũ & aliter dictũ castrũ nolebat cõsignare. Et postquã habuit dictos tres mille ducatos à dicto magno capitaneo, ꝓbaᵗ ꝑ duos testes,ꝙ dictus Bartholemeꝰ dicebat similiter absente dicto Diomede, ꝙ ipse habuit dictã pecuniã ex cã debiti paterni, & in recõpẽsam bonorum suorũ ꝑditorũ, quorũ unus deponit de loco,& alter nõ deponit de loco.

1 †Sed clarũ est,ꝙ uerba, quæ dicũtur ante actũ,declarãt actũ sequẽtẽ: ut in l.si seruꝰ pluriũ.§.fi.ff.de leg.j.l.uti ũ.ff.de pet.hære. Et uerbis ꝑcedẽtibus intelligiᵗ sequẽs actus factus occasione uerborũ ꝑcedẽtiũ,ut uoluit Bal.in l.triticũ.ff.de uer.ob. ꝑ illũ text.& l. diuortio.e.ti.& l.qui Romæ.§. Chrysogonus,e.ti.& no.Bar.in l.cũ centũ. in fi.ff.de adi.leg. faciũt ad hoc multa similia,q̃ allegat Alex.in ij.uol.cõ. xxv.inci.uiso instrõ,ult.co.Et ex verbis sequẽtibus declaraᵗ qualiter intellexit ꝑcedentẽ dispõnẽ .i. cõtenta in dictis capitulis:vt est tex.in l.uxor.§. fi.ẜm unã lecturã,& ibi Bar.ff.de leg. iij.quẽ tex.ad hoc alleg.Alex. in iiij. uol cõs.ij.inci.ex narratis, in vj.col. & dicit Alex.in iiij.uolu.cõs.j. in ix.

2 col.†ꝙ ex his,quæ quis dixit ante factũ,ꝓsumiᵗ animus suus in facto secuto.allegat gl.& Bar.in l. Fulcinius.§. quid autẽ.ff.ex quib.cau.in poss. eat. & gl.in l.apud Celsum.ff. de doli excep.& Bal.in l.j.iij.col.de ser.fugi.& Bald.in l. tutelã.C. q̃d met.cau.¶In ꝯtriũ dr̃,ꝙ q̃n aliqnid est dictũ in ꝓsa-tionibꝰ alicuius actus faciẽdi, & post eã ex interuallo fit ille actus sine expressione eius q̃d dictũ est, uř recessum ab eo,q̃d dictũ fuit antè: ut not. in l.ꝑ retentionẽ.C.de usuris .l. cũ in plures.§.locator horrei.ff.locati.quæ iura ad hoc allegat Alex.in iij.uol.cõ si.xxvij.inci.attẽtis narratis, & ibi alleg.Bar.post Iac.bu.in l.pacta nouissima.C.de pact.& in l.& quia §. fi.ff. de pact.¶Secundò dicebat, ꝙ illi testes deponẽtes de cõfessiõe dicti Bartholemęi ante capitulationẽ,sunt testes qui deponũt de cõfessione absen-

3 te dicto Diomede, †est confessio ad obligandũ,quæ nõ inducit neq; plenã neq; semiplenã ꝓbatiõnẽ, secundũ Bal.& Sal.in l.in bonæfidei .C. de iureiu.& tenet gl.in c.si cautio. de fide instru.& ibi Abb.in iij.col. sed bñ facit indiciũ,ꝑ l.cap.v.ff.de adulte.& hoc firmat Bald.in l.j.in j.colũ. post Cy.C.de cõfessis. Et licet ista opinio sit sustentabilis,ut patet ex scriptis ꝑ Sal.in d.l.in bonęfidei.Tñ cõis opin. est,cũ Bar.in d.l.admonẽdi.s. ꝙ confessio eẍ iudiciũ parte absente facta inducat semiplenã probationẽ.& idẽ dicit in consilio incip. factũ sic se habet.& eius opinio secuti sunt Imol. post Ant.de but.in c.fi.de iureiur.Ludo.in cõsi.ccclxxiij.inci. in casu ꝓposito &c.circa fi.Pau.de cast.in consil. lxxxij.& consi.cclv.inci.uisis actis. & hanc tenet Ias. in d.l. admonendi.dicens hanc esse cõem opi.& istã opin. hic & semp tenuit sacrũ Consilium, ꝙ confessio in ciuilibus absente parte ꝓbata ꝑ duos testes, semiplenẽ ꝓbat in his,quæ dependẽt à uoluntate duorũ:& firmat Alex.in j.uolu.cõsil. xiij.in viij.col.& in ij.uol.cõsil. xxxviij.ij.col.& in cõs.lxxx.ij.col.& cõ. cxxvij.ij.col.& in iiij.uol.cõsi xix.ulti.col.& consi.xx.ij.col.& cõs. lxxij. & cõsi.cxv.ij.col.& in v.uolu.consil.

4 xxxix.ij.col.& cõsi l.iij.colũ.†Sed si dependet à uoluntate unius,in quibꝰ non requiriᵗ ꝓsentia partis,tunc talis cõfessio sibi nocet:ut est gl.in l.Pompo.la.j.ff.de neg.gest. & uoluit Bar. in l.certũ.§.si quis absente.ff.de confes.& Bal.in l.gñaliter.xj.q.C. de nõ nu.pecu.¶Et dicit Ang. in aut.de hæred.& Falcid.§.si uerò expssim,ꝙ q̃n cõfessio nõ tendit ad obligandũ, sed

ad probandū aliquid, ex quā probatione absenti quæritur obligō, tunc confessio piudicat, p text. ibi, & ideo 8
5 solemus dicere, ꝙ † duæ confessiones extraiudiciales non inducunt obligationē sed probationē, ut dicit Alex. in j. uol. cons. iiij. incip. circa primum quæsitū &c. Et licet ex pdictis infera tur, ꝙ semiplenè probat dictus Diomedes, per dictā confessionē, tamē illi testes non oīno sunt contestes de loco & tpe, ,ppterea non dr̄ semiplenè probasse. ¶ Tertiò ad hoc adducitē autoritas Bald. in l. si uoluntate. C. de rescin. uend. ubi dicit, ꝙ multa in contractibus interueniūt hincinde, & tñ sola cōclusio dr̄ esse ꝯtus, & dicit ꝙ in iure non est melior tex. de hoc. & dicit ibi Sal. ꝙ multa uerba inter contrahentes consueuerunt interuenire antequā ad conclusione pueniatur, &
6 † antequā sit conclusum, nō est celebratus ꝯtus. Idē Paul. in l. ꝯtus. C. de fide instru. & ideò ēt si probaretē, ꝙ ante capitulationē dixit dicta uerba, illa nō sunt in consideratione, ut pbent in præiudiciū hæredū d. Bartholemæi, postquā in capitulis nihil actū fuit de eis: quia ut dicit Bal. in ij. uol. cōs. xviij. aliud est dixisse, aliud fecisse, uel ꝯxisse. ff. de ædil. edicto l. sciendū. §. dictū. de cōdi. inde. l. elegā
7 ter. in princ. † cum. n. aliquid additur, recessum est à sermonibus pcedentibus, & nouus ꝯtus est celebratus. ff. loca. in l. cū in plures. §. lege dicta. & §. locator horrei. ff. de præto. stipu. l. Valerianus. ff. de ꝯhen. empti. l. pacta conuenta. & ideo cū scriptura capitulorū non dicit, ꝙ dicti tres mille ducati soluunē in satisfactionē mille qngentorū ducatorū pro debito pr̄no, nec ullus hoc potest dicere, ut dicit Bal. in c. solitæ. de maio. & obe. ¶ Nō obstant uerba sequentia dicta post capitulationem prædictam per dictum Bartholemæum probata per dictos testes: quorum unus deponit de loco & tpe, alter nec de loco, nec de tpe,
† & sicut qualitas tpis non obstat, ut dicit Alex. in j. uol. cōsi. cix. in vj. co. incip. uisis, ut oportet ubi dicit, ꝙ si unus ex duobus testibus deponit de tpe, & alter interrogatus dixit se nō recordari, tñ probat allegat Specu. in tit. de testi. §. iam de interrogatorijs: uers. itē de tpe, & allegat alia iura, ut ibi per eū: ita qualitas loci in duobus testibus, quorum unus deponit de loco, & alter interrogatus de loco, nihil dicit: quia non recordatē, debemus dicere, ꝙ probant, & hoc expresse firmat Bal. in l. testium, in vij. col. in uer si. similiter, in pdicamēto ubi. ¶ Quia hæc ego rñdebā, ꝙ est plus defectus nō expressionis loci, q̄ non expressio
9 nis tpis, † quia tēpus de facili exit de memoria, qd nō est sic in loco, ut docet experiētia, c. cū expediat, de elec. in vj. ¶ Itē rñdebā, ꝙ si eēnt mille testes, qui deponerent de cōfessione ex iudiciū parte absente, nō probarent plenè, ut s. dictū est, nec isto casu ,pter magnam summam uidelicet duca. M. quingentorum habet locū iura
10 menti suppletoriū: † ut dicunt Bar. & alij in d. l. admonendi. gl. in c. ij. de prob. & in c. fi. de iureiura. Vel tertiò respondetur, ut suprà dictum est, ꝙ dicta uerba non inducunt obligationem, &c. ¶ Fuit tandem per sacrum Consilium uotatum, & sententiatū, ꝙ filij & hæredes dicti Bartholemæi absoluātur ab impetitione dicti Diomedis: quia in dictis capitulis nihil dicitur de dictis uerbis prolatis per dictum Bartholemæum probatis, ut suprà.

DECISIO CCCLXXVI.

De uniuersitatis turbatione, damnum passo ad interesse condemnatæ.

SVMMARIVM.

1 Vniuersitas turbā in alterius possessione qualiter facere debeat, & an teneatur ad interesse damnum passo,& quando.2.4.7.

2 Turbatio uniuersitatis continuata habet causam successiuam.

3 Continuatio quando pro ratihabitione babeatur.

5 Possessio turbatiua in dubio præsumitur ex titulo, quo apparet facta.

6 Patientia uniuersitatis habetur loco mandati.

Ex quo probatū est uniuersitatē terræ Balneoli turbasse,& inquietasset magnificū Antoniū de Regina baronē de Marchia sup possessione casaliū Petræ Vallæ, & Castri Riui, & Petræ Iāniceræ de ꝓuincia comi-
1 tatus Molisii. † Sed nō apparet probatū, ꝙ dicta turbatio & molestatio fuerit facta ꝑcedente deliberatione dictæ uniuersitatis cōgregatæ unanimiter more solito,& pulsata cāpana, iuxta not.ꝑ Spec.in tit.de accu.in fi. & ꝑ Bar.in l. aut facta.§.nōnunq̄.ff. de pœnis. in iij.col.versi.ulterius q̄ro.& in l.sed si ex dolo.§.sed an municipes.ff.de dolo.& no.Pau.in cōs. lxxxix.incip. in cā forcij. & in l. aut facta.§.fi.ff.de pœ.& not.gl.ī l.aliud §.referī.ff.de regu.iu. & no.in l.semper.§.si in sepulchro.ff. quod ui aut clàm,& in l.metū.§. animaduertēdū ff.quod met.cau. ¶ Itē, quia ad hoc, vt dicaī esse factū ab uniuersitate, requiritur ad minus ꝙ ex tribus partibus interuenerint duæ partes,vt firmat Alex.in iiij.vol.cōsi.cxxxij.col.
2 iij.¶ Fuit dubitatū,† vtrū possit condēnari ad interesse petitū liquidādū ex ꝓcessu.Fuit dictū,ꝙ ista turbatio & molestatio nō fuit momentanea, sed cōtinuata per multos dies & mēses:& sic talis turbatio habet causam successiuā:quo casu licet nō ꝓbeī,ꝙ dicta turbatio nō fuit facta cōicato cōsilio in loco solito,& pulsata cāpana, & more solito : teneī uniuersitas ex dicta turbatione , vt dicit Petr.de Ancha.in cōsi.clvij. & Io.de Ana.in
3 ca.dilectus filius.de Simo. † nam ex hac continuatione turbationis uideī sequi ratihabitio aliorū. & ideò dicebat Inn.in c.graue. de senten.excō. & Bart.in d.l.aut facta.§.fi.versi.puto tñ.vlti.col.ꝙ licet nō sit factū delictum cōicato consilio &c. tamen si posteà sequitur ratihabitio aliorum, teneī uniuersitas pœna pecuniaria: vt dicit Inn.in d.ca.grauem.Idem si negotium spectat ad uniuersitatem: quia utilitas & cōmoditas dictæ turbationis peruenit dictæ uniuersitati,
4 † ex hoc præsumitur, ꝙ habuit ratā dictā turbationē,& molestationē:ut dicit Ant.de But.in c. cū ad sedē.pe. col.de restit.spol. & de hoc fuit memor Franc.de Are.in cōsi.clxv.in xj. col.& de ratificatione dictæ uniuersitatis satis euidenter cōstat ex ꝓcessu : quia intercepit animalia affidata à dicto Antonio de Regina , & quia recepit terratiuū &c. Et tantò magis,quia dicta vniuersitas articulat in suis exceptionibus,ꝙ dictę turbationes , & molestationes fuerunt factæ, ex eo,quia dicta uniuersitas emit medietatē dictorū casaliū à Carolo de Monticello, & sic satis apparet,ꝙ de eius uoluntate fuerunt factæ dictæ
5 molestationes:† quia in dubio dicta possessio turbatiua præsumitur facta ex titulo,quo apparet.l.minus īstructus.C.de acquir.pos.& l.quædā mulier.ff.de acquir.poss.& à primordio tituli posterior formatur euentus:ut in l.j. C.de impo.lucra.descri. lib.x. Et sic istud turbare,& molestare fuit factū vniuersitatis.ad hoc accedat notabile dictū Bal.in l.sicut.§.j.in fi.ff. quod cuiusq; uniuer.nomine.ubi dicit, ꝙ si singulares hoīes uniuersitatis pascuauerūt in nemore tanquā in

nemore

nemore uniuersitatis, ītelligitur ipsa uniuersitas possidere, licet non appa
6 reat de instro uniuersitatis:† quia patientia uniuersitatis habeť loco mandati: vt in l.qui patiť.ff.māda.ꝙ ergo pauci possederunt, extendiť ad uniuersos.& hoc ideo : quia hoc factum spectabat ad uniuersitatem.ita in proposito nro, & de isto dicto memor fuit Bartholo. Veronen.in suo egregio tracta. de serui.in rub.de iure pascu.in xiij.col. ¶ Ideo consilium fuit uoti, ꝙ dicta uniuersitas condemneť pro dicta turbatione, & molestatione ad interesse passum propter dictā
7 turbationē & molestationē, † prout de natura talis iudicij : vt in l.si duo. §.fina.ff.uti possi.& in l.j.§.hæc uerba.ff.ne uis fiat. & Bart. in l.j.§.hoc interdictum.ff.uti posside.& habetur in l.j.C.eo.ti.& Are. in §.quadrupli. ultima char.institu.de actio.liquidandum ex eodem ꝓcessu. & sic posteà lata fuit sententia sub noīe Regio in sacro consilio.

ADDITIO.

Petrus de Ancha. hic allegatur in consilijs consil.clvij. sed est consilio clviij. incip. ex narratis in facto. ubi concludit,ꝙ quatenus locuples facta est uniuersitas tenetur, & non ultrà, & uide Oldra.consil.lxv.

DECISIO CCCLXXVII.

De moratoria debitoribus per principem ob causam data, & de debitori probanda paupertate.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium principis debitoribus solutiones protrahens propter bellum & paupertatem an requirat paupertatis probationem, & cui incumbat probatio.

2 Paupertatis donatario incumbit onus probandi aduersus donatorem, item & marito,sed leuius. 3.

4 Paupertatē allegans,illam ꝓbeť. 6.

5 Diuitiæ sunt ex accidenti.

7 Intentionis fundamentum,etiā super negatiua probandum.

PRINCEPS concessit uniuersi-
1 tati,† & hoībus terræ Baroli ꝓp onera,q̄ portauit ī ista guerra ꝓxima pterita inter exercitū Regis Franciæ & exercitū c.maiestatis moratoriā seu dilationē triennalem, ut ciues Baroli debitores à quibusuis creditoribus, qui non sint de Barulo,nō possint cōueniri, dūmodò dicti debitores sint pauperiores suis creditoribus : & ꝙ in fine cuiuslibet anni soluant tertiā partē eius qđ debent. Euenit,ꝙ Nicolaus de Andria egit coram capitaneo dictæ terræ Baroli contra Antonium Quartū de Barulo petendo ab eo certā pecuniæ quantitatē uigore publici instri : comparet & duo allegat,uidelicet ꝙ non est debitor tātæ quantitatis, ꝓut contineť in instro, & ꝙ non pōt cōueniri stāte dicta moratoria.per curiā dicti capitanei pronuntiať dictum Antoniū debere gaudere dicta moratoria. ¶ Pro parte dicti creditoris appellať ad sacrum cōsiliū, & præsentato ꝓcessu fuit dubitatum,ex quo non reperiť ꝓbatum,an creditor sit ditior debitore,uel debitor pauperior creditore, iuxta formā dictæ moratoriæ. si dictus debitor in dubio dēat gaudere cōmodo dictæ moratoriæ. ¶ Et uidebatur aliquibus dñis.ꝙ dictus Antonius debeat gaudere dicta dilatione:& sic ꝙ fuit bene iudicatū : licet nō sit ꝓbatum,ꝙ iste
2 sit pauperior creditore : † quia dixit gl.in l.cū de lege falcidia.ff.de ꝓba. ꝙ asserendo dictus Antonius, ꝙ non habet tantū in bonis, & sic est pauperior, creditor, debet ꝓbare, qđ habet plus. alle.l.fi.§.licētia.C.de iure delibe.& illā glo.sequiť ibi Bart.bene ꝓista gl. facit alia gl.in l.j.§.cum dicit.ff.si cui plusquam per l.falci.in

uerbo,probent.& per d.glo.in d.l.cũ de lege.dixerũt Ang. & Io. de Imo. in l.cũ ex causa.ff.de re iudi. ꝙ si donator dicit se non hr̃e, nisi domũ & fundũ,ex qbus percipit alimenta. & donatarius dicit oppositum,certè donatario incũbit onus ꝓbandi, & istã glo.tenet Pau.de ca.in l.maritum.ff.
3 solu.matri.† ꝙ sufficit,ꝙ maritus dicat se non hr̃e in bonis,vt possit gaudere, ut non possit conueniri nisi in quantũ facere pót, & qui dicit eũ diuitem debet ꝓbare,per glo.in.d.l.cũ de lege. & sup hoc Ias.in d §.licentiã.allegat multa consilia Alex. & cõsil.Fran.de Are.& alia facientia:ut ibi per eũ.¶ Sed in ɔ̃rium ego qui fuerã cõmissarius causæ,dicebã ꝙ iste Antonius nihil dixit, ꝙ non habebat nisi tantũ nisi ꝙ dixit se debere gaudere dicta moratoria: & illa moratoria tunc fuit ɔcessã debitoribus, qñ sunt pauperiores creditorib⁹.Et ideò ipse Antonius debitor debebat dicere, aut se non hr̃e,nisi x.in bonis, p glo. in d.l.cũ de lege. Aut ꝓbare se pau-
4 periorem creditore: †quia ille,q̃ fundat se super paupertate,uel super diuitijs aduersarij: quia hoc est fundamentũ intentionis suæ,debet hoc ꝓbare,per regulã l.ei,qui dicit.ff.de ꝓba.¶ Nec obstat,ꝙ in dubio quilibet præsumit̃ idoneus:ut in l.cũ quidam ff.de lega.ij. Quia rñdetur, ꝙ uerum est, quò ad mores: quia qualitas animi ex præterito ꝓbatur in præsens: ut dicit Alex. in ij.uol.cõsil.cij.in v.
5 col.secus quo ad facultates.†quia diuitiæ sunt ex accidenti,cũ homo nascatur nudus & sine diuitijs. xlvij.distinc.c.hoĩes. & Cato dixit: Infantẽ nudũ cũ te natura crearit&c.Et ideò ille qui allegat se pauperẽ uel aliquẽ esse diuitẽ, debet hoc ꝓbare:vt ꝓbatur in.l.si creditores.de priui.cred.& ff.de lib.agno.l.fi. ¶ Et pro ista parte semp solet allegari glo.singula.in l.si uerò.§.qui ꝓ rei qualitate.ff.qui sa-
6 tisda.cogã. quæ dicit, †ꝙ qui allegat paupertatem,debet ꝓbare. & sic qui allegat diuitias,debet ꝓbare.per quã glo.dicit Ange.ibi, ꝙ ubicunq; diuitiæ aut paupertas sunt causa & fundamentũ intentionis allegantis, ei incũbit onus probandi etiam in negante,& idem dicũt ibi Pau.de cast. Alexan.& Ias.& Bal.in l.iiij.C.qñ fiscus uel priua.& Bal. in c.fi.j.col.de præsump.& Calde.in consilijs,in titu.de probatio.ɔsil.x.Ang.in consil.cclxx. incip.Bonifacius.ulti.col.Alex.in ij. uolu.consil.cxviij.in iiij.col.incip.in
7 causa & lite.† Semp enim quis astringitur probare illud,quod est fundamentũ suæ intentionis,ẽt si talis intẽtio sit fundata super negatiua: ut dicit Abb.in c.bonæ.de electio. & bene probat Alex.in j.vol.ɔsil. cccxcij. in eodẽ uol.consi.lxxxiij. in j.col. & in ij.uol.consi.clxxv.in fi.& in v.uolu.consi.lxxij.j.col.& consi. cix.j.colum.circa fi. ¶ Quare fuit uotatũ, ꝙ malè fuit iudicatũ per dictum capitaneum: quia debuit dictus Antonius debitor probare se fuisse pauperiorẽ creditore, iuxta dictã qualitatẽ adiectam in rescripto,& ideò eã non probando non debet gaudere dicta moratoria, & sic fuit iudicatum per sacrum consilium.

DECISIO CCCLXXVIII.

De cessione bonorũ post quinquennale non fienda.

SVMMARIVM.

1 Quinquennalis dilatio solutionis, ut ualeat,quæ requirantur.
2 Cedere bonis,an possit,qui dilationem quinquennalem impetrauit.
3 Rescriptum est inefficax, quod effectum suum non operatur.
4 Forma quæ dat esse rei,quæ sit.
5 Fauori tacitè renuntiatur.
6 Exceptio discussionis conuento fa-

notabilis non impedit iudicium, si non opponatur.

1 Qvidam debitor† supplicauit Vi ceregi, ut concederet sibi dilationē quinquennalē ad soluendū suis creditoribus, quod fieri pōt: vt in l. quoties. C. de præcib. impe. offe. & creditores non petierūt, ꝙ dictus debitor præstaret fideiussores de soluēdo in termino. iuxta uniuersa. C. eo. tit. & sic in effectu non ualeret quantū ad utilitatē & cōmodū impetrantis, ſm Bal. in d. l. uniuersa. & si præstet fideiussio, ualet effectualiter, & confirmatur per satisfactionē subsequentē: & ista est cōis opi. ſm Bal. ibi, in cōtingentia facti sunt elapsi illi quinq; anni, qbus elapsis creditores cōueniūt illū debitorē ad soluendū. ille paratus est cedere bonis, & iuxta morem impetrauit literas cessionis bonorū qua pñtata creditores dicūt, ꝙ non

2 pōt cedere bonis: † quia dicit gl. notabilis in l. cum solito. in fi. C. qui bonis cede. pos. ꝙ debitor, q habuit dilationē quinquennalē non pōt cedere bonis. quā glo. cōiter oēs doct. sequunē ibi. & in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. & Vitalis in clausulis suis, char cxciij. & Cy. & Bar. & Ange. in d. l. fi. præterquā in eo, qđ dicit, ꝙ tunc debitor daē creditoribus lacerādus: nā in hoc ultimo gl. illa damnaē. ¶ Quęritur, an sit talis debitor admittendus ad beneficiū cessionis bonorū. dubiū facit: qa forma talis rescripti non fuit obseruata, quia non fuit

3 præstita dicta fideiussio. & sic nō † habet effectū: vt dictū fuit: si nō hēt effectū, perinde est, ac si nō fuisset cōcessum, ſm Bar. & Bal. in d. l. uniuersa. facit qđ not. Cardi. in Cle. j. §. j. x. q. de reb. eccle. nō aliena. in tantū, ꝙ per rescriptū, talis fideiussio nō pōt omitti: quia est de forma post rescriptū: vt dicit Bal. ibi. nisi dicaē, nō obstāte tali lege, &c. ¶ Hac rōne dubitādi nō obstāte fuit decisum in cōsilio, ꝙ iste debitor, qui habuit dilationē q̄nquēnalē rescripto principis nō pōt posteà cedere bonis, & sic pt carcerari.

4 ¶ † Nec ob. rō dubitādi: qa dicit Bal. in l. si eū inter te. C. qn ,puo. nō est ne. in ij. col. ꝙ illa est forma, q̄ tēdit ad eē rei, & adueniat rei in potētia, & dat primū & prīcipale eē rei, ac cidētalis aut formæ, sunt q̄dā obseruātiæ, q̄ posteà supueniūt, & lex appellat eas īterdū monitiones, ea q̄ requirunē ante factū uel ī ipso facto est de forma, & nisi īteruentiat ipso iure, nō ualet: vt p Bal. in l. j. in ver. extrà quęro, quid si unū statutum dicit, ꝙ snīa &c. C. ne lic. tertiò ,puo. secus in his, quę requirunē post factū. & sic ēt sentit Bald. in d. l. uniuersa. & expssè firmat Bal. in rub. C. de rescin. uē. & sic cū fideiussio debeat pstari post rescriptū, & hoc tēdit in fauorē credi-

5 torū, † potuerūt creditores huic fauori tacitè renūtiare, per l. si quis in cōscribē do. C. de pac. cū ꝯcor. Inde dicimus ex dictis per Bal. in l. quicūq;. C. de bo. q̄ libe. ꝙ ubicunq; in aliquo actu seu dispōne debet īteruenire aliqua solēnitas habito respectu ad certū finē, ꝙ habito fine & effectu, per quē introducię solēnitas, illa licet in actu īteruentiat. nihilominus actus ualebit, & sufficit, ꝙ ex postfacto interueniat: quia iura nō uolūt nisi in effectū & finē rei. & ad hoc bñ faciūt no. p Abb. Sicu. in c. cām quæ. pen. colū. vers. ultimò quęro: de iudi. ubi multa p hoc allegat, quę omitto breuitatis causa, quātò magis, qñ solēnitas post rescriptū nō dependet à ptāte publica, sed ab interesse ipsorū creditorū.

6 † Et p hoc facit, ꝙ si exceptio discussionis, quæ est in fauorē cōuenti, nō opponaē, procedit iudicium, ut dicit Bar. in l. si mancipium. C. de euict. & id quod dicit Bart. in l. ij. C. de cano. fruc. vr. Romę. lib. xj. ꝙ si pńceps ali-

quid concedit. & ꝙ aliquid debeat fieri per partem, intelligitur, si oppo natur: ergo si non opponatur, ualet rescriptum & idem firmat Bar. in l. cū lex. ff. de fideiuſ. in ℣. ſed iuxta ꝑdicta quæro, quid ſi ſtatutum dicit. ibi, dū dicit, ſed paraſ exceptio: quaſi dicat nō valet in effectu. l. vniuerſa &c.

DECISIO CCCLXXIX.

Quis bonis cedere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 Debitor pauper à creditore conuētus negans debitum an poſſit uti beneficio ceſſionis bonorum inuito creditore.

2 Creditor optionem habet admittēdi debitorem ad ceſſionem ante recognitionem debiti, uel poſt.

3 Ceſſio bonorum inuito creditore, an & quando fieri poſſit.

4 Debitor negans quando poſſit bonis cedere poſt ſententiam.

5 Bonis cedere uolens ante debiti liquidationem non auditur.

In quadam cauſa vnius paupe-
1 ris fuit dubitatum: †Si pauper cōuentus à creditore, negat debitū in partem, & lite pendente impetrat à Regia cancellaria reſcriptum in forma, ut poſſit bonis cedere, & eo pñtato dicit creditor, ꝙ nō pōt eo uti: quia debitum negauit: ut in l. penul. ff. qui bo. cedere pnt. & not. gl. in l. j. C. eo. & not. in §. fi. Inſti. de actio. dicit ille pauper debitor, ego fui primò inductus ad negandū partem debiti ex iuſta cā, eò quia eram hæres debitoris, & ei ſucceſſi abſq; beneficio inuentarij, & qui in ius alterius ſuccedit, habet iuſtam cām ignorantiæ, ut in regula, cū quis in ius ſuccedit. lib. vj. & Bal. & alij dicunt in d. l. j. C. q. bo-
2 nis cedere poſſunt. ¶ †Fuit ergo pariter uotatum in conſilio, ꝙꝗñ debitor habet iuſtā cām negandi, & ante ſententiam pœnituit, & cōfeſſus fuit debitum, dicendo ſe ciuiliter & naturaliter teneri, & pōt cedeř bonis, & creditor non pōt ꝯdicere, ſm Bal. in d. l. j. Sed ſi non confiteř debitū, nō debet admitti ad ceſſionē bonorū inuito creditore: nam iura uolunt, ꝙ ſit in electiōe creditoris, an uelit admittere debitorem ad ceſſionem ante recognitionem debiti, uel poſt, & ſic in uito creditore nō pōt admitti ad ceſſionem antequàm recognoſcat debitum, & eſt rō, prout dicit Io. de Im. in c. Odoardus. in uerſi. in eadem gl.
3 ibi, audiri non debet. de ſolutio. †q̄a eſt intereſſe creditoris, ne antè fiat ceſſio rōne probationū fiendarū de debito, quas hodie habet, et forſitan illas probationes poſtea in futurū habere non poſſet, ideò fuit conueniēs, ꝙ inuito creditore nō admittatur ad ceſſionem: ergo ſi debitor, qui primò negauit, et creditor probauit debitū et lata eſt ſñia ꝯ debitorem, poſt ſententiam debitor poterit cedere bonis, ſm Sali. in d. l. j. verſic. iuxta hoc moueo aliqua dubia. Bal. in d. l. j. dicit, ꝙ hoc eſt uerum, de debito ex ipſa ſñia per actionem in factum: quia hoc antè non negauit, quia non erat in rerum nā. Aret. in d. §. fi. dicit Sali. dicere uerum, ſi à ſñia fuit appellatū,
4 † nam tūc poterit poſteà cedere bonis: ergo ſecus ſi nō appellaſſet à ſñia et ſic ſecutus fuit opinionē gl. in uerbo, iudicari. in d. l. j. ꝙ poſt ſñiam debitor detrudiř in carcerem, ſi non appellauit. Sed Ang. in l. dicit iſta uerba formalia, beneficium ceſſionis bonorum non dař neganti debitū, ſed confitenti, & ante ſñiam, & poſt. licet in hoc ſint opiniones. ¶ Tñ ſacrum conſi'ium inclinauit in illā opi. ꝙ ēt poſt ſñiam admittiř cōdēnatus ad bñficiū ceſſionis bonorū, & ī hac opi. vř etiā eſſe Bar. in d. l. pen. & Ang. ibi qui ſic
5 dicit, †ante debitū liquidatū nō auditur uolens cedere bonis, ſed liqui-

dato per agnitionem factam in iudicio uel extra, uel per sniam. hoc dicit cũ gl. & idem dicit Cy. in d.l.j. ibi. tu dic, ꝙ pôt cedere bonis, qñ ꝯferetur in iudicio, & qñ debitum agnoscit, & qñ est cõdemnatus: ut in l. pen. ff. eo. & l.j. l. proxima. & not. ꝑ Azo. in sum. & sic gl. quæ est hic, ſm oẽs malè dicit & idem dicit Alberi. de Ro. in d.l. j. dicens, ꝙ dicta gl. in d.l.j. per oẽs re probat, quę omnia tanquã quotidiana, sunt bene menti tenenda.

DECISIO CCCLXXX.

De executione sniarũ in præiudicium proprietarii ad præstandam super emphyteutico prædio seruitutem latarũ suspẽdẽda, & de exceptiõe declinatoriæ iudicis secularis inter ecclesiasticas personas de re ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 Executio sniæ latæ in proprietarij dãnũ super emphyteutici ꝑdij seruitute, an suspẽdi debeat, & qualiter. 7
2 Emphyteuta an possit ĩponere seruitutẽ inscio dño directo, uel ignorante in re emphyteutica.
3 Emphyteusis finiens seruitutẽ per emphyteutam impositã extinguit.
4 Emphyteuta naturaliter possidet, & dñs directus ciuiliter.
Snĩa lata contra nãliter possidentẽ non nocet ciuiliter possidenti.
5 Snĩa lata simpliciter aduersus emphyteutam super seruitute dño directo scienti & tacenti præiudicat.
6 Dñs directus cõparẽs in sniæ executione contra emphyteutã super seruitute imponenda impedit executionem ratione sui iuris.
8 Clerici sup re ecclesiastica an & qñ possint coram seculari agere.
9 Matthæus de Afflicto malè ꝯtẽtus de cõi Senatorũ snĩa contra suam.

VINCENTIVS Malfitanus emphyteuta hospitalis S. Ioãnis de Mare de Neap. ordinis Hierosolymitani pro certis domib⁹, quæ tenet ad emphyteusim à dicto hospitali, cõuentus fuit à uenerabili monasterio S. Petri ad Arã ordinis canonicorum regulariũ sup certis aperturis & dossitijs claudendis, & habuit in magna curia Vicariæ duas relationes conformes, pes quas declarat, ꝙ decẽ aperturæ claudantur, quæ iuxta obseruãtiam d. curiæ hñt executionẽ.
1 ¶ † Et, ꝑ parte monasterij instat importunè ꝙ exequantur, licet pendeat appellatio pro parte Vincentij ꝑdicti in sac. consilio. cõparet in consilio prior d. hospitalis cum quadam supplicatione, dicendo ꝙ dictæ relationes non pñt exequi ꝯ suum emphyteutam, ꝓ eo, quia dicta executio pareret ꝑiudicium directo dño dictarũ domorum dicti hospitalis, & quia in ꝓcessu dictarum relationum ipse directus dñs non fuit citatus, nec notitiam habuit dictæ litis. ideò petitur, ꝙ nõ exequatur. ¶ Quæritur, quid iuris. Ego fui cõmissarius dictæ causæ, & uidebat mihi, ꝙ dñs directus uiuente ipso Vincentio, qui habuit duas relationes ꝯ, ut dictæ aperturæ claudant, nõ potest impedire earum executionem nam Bal. in l. iij. C. de serui. & aqua. ubi tãgit qõnẽ,
2 † An emphyteuta possit imponere seruitutem in rem emphyteuticã dño proprietario ignorante uel contradicente, arguit pro & ꝯ. & finaliter ꝯcludit post Guliel. de Cug. ibi, ꝙ emphyteuta pôt imponere seruitutẽ in re emphyteutica sine requisitione ꝯsensus dñi. sed durabit seruitus pro tpe, quo durabit ius emphyteuticum, & nõ ultrà. arg. l. is cui. §. fin. ff. quemadmo. serui. ami. & l. lex vectigali fundo. ff. de pig. & c.j. §. quid ergo. de inuesti. de re ali. facta. & sic ualebit talis impositio seruitutis in ꝑiudi

eium emphyteutę, non autẽ in præ-
iudicium domini directi. & in hoc ẽt
residet Iason in l.iij.col.lxxvij. C.de
3 iure emphyteu. † Et ideò finita em-
phyteusi finietur illa cõstitutio serui
tutis facta per emphyteutam. & hãc
conclusionem firmant Pau.de Castr.
in d.l.iij.& Bar.ĩ l.j.§.fi. ff.de superfi
cie.Dy.in §.æquè.v.q.Institu.de act.
& Bal. in d.§.quid ergo.Bartho.Ve-
ronensis in tracta.de serui.sub rubri-
ca,quis possit constituere seruitutes
reales.Si ergo emphyteuta donec du
rat emphyteusis, põt cõstituere ser-
uitutem in feudo emphyteutico per
ↄtractũ, uel in ultima uoluntate sine
consensu dñi,ergo põt ipsam consti
tuere patiẽdo ꝯ se ferri dictas relatio-
nes,& durabit seruitus,quousq;apud
eũ durat emphyteusis, qua finita nõ
nocebit domino directo. ¶In ꝯrium
4 facit,†quia emphyteuta dr̃ possidere
naturaliter, & dñs directus ciuiliter:
ut tenet gl.ĩ l.iij.§.ex ꝯrio.ff.de acq.
pos.& ibi doct.& idem tenet gl. in l.
si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.
cõmo.& ĩ l.j.C.uti pos. & dicit Bar.
in l. sæpe.in uersi.iiij.quæro, quid si
conuenitur hñs nãlẽ pos. sñia lata ꝯ
eum nõ debet p̃iudicare ciuiliter pos
sidenti,per l.Põpo.§.si is qui p̃cariò.
ff.de acq.pos.& in l.si pariter.ff. de li
be.cau.& dicit idẽ in emphyteuta &
ꝓprietario.ergo istę sñiæ latæ cõtra
ꝓprietarium, non præiudicant dño
ꝓprietario.& firmat Alex.in d.l.sæ-
pe.in lxxv.col. cũ seq. de re iudi. Et
sic infertur,ꝙ aliud est quærere,utrũ
emphyteuta possit constituere serui
tutem in fundo emphyteutico,aliud
5 est quærere,† utrũ si ꝑ sñiam ↄdẽnet
emphyteuta ad p̃standũ seruitutem
ĩ p̃dio emphyteutico,talis sñia ꝯdicẽ-
te proprietario, qui non fuit citatus,
nec notitiã habuit, possit exequi in
p̃iudicium directi dñi.& tãtò magis,
qñ actor egit simpliciter ꝯ emphy-
teutam,ut claudat aperturas sisten-
tes in domo emphyteutica: & simpli
citer latæ sunt relationes,ꝙ claudan-
tur:tũc uidetur lata sñia ꝯtra emphy
teutã,& p̃iudicaret dño directo sciẽ-
ti & tacenti ut uoluit gl.sing.quæ nõ
est alibi in l ij. C.ubi in rem actio. &
ibi Cy.& Iac.But & Bar.& Spe.in ti
tu.de j.& ij. decreto.§. restat.℣. sed
nunquid est idem, in his, qui ius hñt
6 in re.& Imo.in d.l.sæpe.†ergo si do
minus proprietarius cõparet in exe-
cutione sñiæ latæ ꝯ emphyteutã,per
quam imponitur seruitus in rem em
phy.& dicit,ꝙ non habuit sciam di-
ctæ litis,nec fuit citatus, nõ p̃iudica-
bit dicta sñia,nec mandabitur execu-
tioni:quia faceret sibi p̃iudicium, ex
quo obscuratur domus,cuius est pro
prietarius, & ideò impedit executio
nem rõne sui iuris,ſm Bar.in l. à di-
uo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.
& in l. si finita. §. si de uectigalibus
de dã.infec. & habetur in c. ueniens.
lo ij.de testibus.Secus esset dicendũ,
qñ dictũ monasterium egisset solũ ra
tione possessionis ipsius Vincentij:
tunc dñs directus non potuisset impe
dire executionem,per id,quod dicũt
doct.in d.l.sæpe.& in d.§.si super. &
in d.§.si de uectigalibus.et in d.c.ue-
7 niens.cũ concordan.¶† Quare fuit ꝑ
consi.decretum, ꝙ dictæ relationes
in p̃iudicium dicti prioris ꝓprietarij
dictarũ domorum,qui non fuit cita-
tus,nec sciẽtiam dictæ litis habuit,ꝙ
executio dictarũ relationum maneat
in suspenso.Et dũ fuisset instatũ pro
parte monasterij.ꝙ ꝓcederet ꝯ dictũ
priorem se opponentẽ ꝓ suo interes
se,et citaretur,opposuit de incõpetẽ
tia iurisdictiõis, ex quo sacrũ cõsiliũ
est iudex laicus, et incõpetens inter
dictũ monasterium et priorem p̃di-
ctũ super confessoria et negatoria re
rũ ecclesiæ,per not. in c. si diligenti.
8 de foro cõpe. ¶†Fuit dictum, ꝙ ex

quo dictus prior ꝓprietarius uolun tariè cōparuit in sacro consilio petēdo, ꝙ declaretur, ꝙ dictæ duæ relationes, non habeant p̄iudicare ꝓprietati dicti prioratus, nec exequātur ꝑ ei⁹ euidens p̄iudiciū, et sic fuit actor, et clericus pōt agere coram iudice seculari, ut dicit Inno. in c. cum P. in uerbo, clericus. de accus. et habetur per Anto. de But. et Imo. in c. quod clericus. de fo. cōpe. ¶ Et sic cū sacrū cōsilium cœpit cognoscere super reuocatione dictarū relationū, et sic de isto ꝑparāte pōt cognoscere de ꝑparato; ut dicit Bal. ī l. ordinarij. C. de reivē. ¶ Item ne continentia causæ diuidat: ut no. in l. nulli prorsus. C. de iud. Itē per tit. ff. de quibus rebus ad eundem

9 iud. eatur. ¶ † Quare fuit conclusū m per maiorem partem consilij, ꝙ dictus prior qui adiuit sacrū cōsiliū suꝑ reuocatione dictarum relationū ꝑꝑ interesse hospitalis ignorantis dictā litem, est actor, & ideo non pōt declinare forum sacri consilij. hanc declarationem scripsit notarius Vincētius Saponus die ultimo Maij, viij. Ind. M.cccccv. in qua declaratione nō cōsensi: quia cā est inter duas personas ecclesiasticas de re eccle. & si prior ē actor, monasterium est reus: & si monasterium est actor, prior est reus: & esto ꝙ monasterium consentiret in iurisdictionem sacri consilij, porrò non esset competens: ideò dicta decisio fecit me malè contentum, quantum ad non admissionem dictæ exceptionis declinatoriæ.

DECISIO CCCLXXXI.

De cōpensatione aduersus instrumentum liquidum & iuratum non opponenda. Et de expensis liquidè non probatis.

SVMMARIVM.

1 Exceptio compensationis an possit ꝯ instrm̄ liquidū & iuratū opponi.

2 Iurm̄ in specifica forma seruandū.
Bartoli opinio ꝯ gl. tenentis dānata.

3 Canonistis in iuramenti materia standum.

4 Perseuerantia animi præsumitur.
Expensæ quando non ueniant in debiti compensatione.

5 Renuntiari iuri de futuro ex pacto potest.

6 Compensatio liquidi ad non liquidum uana.

7 Testes de eorum credulitate & iudicio deponentes, non probant.

8 Iuramentum quomodo censeatur in hæredes transire.

9 Hæres defuncti iuramentum nō obseruans, ad quam pœnam accusari possit.

4 ¶ † Sed in ꝯrium videbat mihi dicendū in Regno. Primò per gl. in consti Regni, quæ incipit, si dubitatio. in uerbo, infra, quæ dicit, ꝙ ubi agitur de iure rerū regaliū, quarū cōcessio dr fuisse à Regibus cōcessa, nō pōt ꝓbari per testes, sed requirit scriptura, sicut in quolibet mādato principis: ut in l. j. C. de manda. prin. quo casu requirit etiam subscriptio quæstoris, ut not. in authē. ut diuinæ iussi. col. viij. in gl. quæ incipit, priuilegiū. subdēs glo. in dicta cōsti. ꝙ ubicunq; in iure fit mētio de liberalitate principis, subiunget ibi de priuilegio sacris lrīs, uel apicibus. i. scripturis: quia per scripturā talia debent cōstare: ut in iuribus ibi alleg. per gl. & per Io. An. in procem. sexti in nouel.
5 † assensus. n. Regis in obligatione uel alienatione bonorū feudaliū, est gratia, qa princeps nō tenet assentire. nisi in certis casibus de qbꝰ per And. in con stit. Regni, si quis post litē. & omnis gratia principis est priuilegium. ſm
6 Bal. in præludijs feudo. † & priuilegium principis requirit scripturā, ſm Bal. in d. l. gesta. C. de re iudi. Oīs. n. gratia principis, vr fieri hoc acto, ꝙ inde conficiat scriptura, ſm Bal. in c. i. ij. col. per quos fiat inuestitura, Idē Domi. de sancto Gemi. in ꝓhœmio sexti libri. & Feli. in rub. extrà de cōstitu. Semꝑ n. in omni actu vr tacitè actum, ꝙ fiant ea, quæ sunt de cōsuetudine, ut no. in l. fi. C. de fideiusso. & in l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Ideò dicebat Guliel. de Cu. in l. nec quicquā. §. ubi decretum. ff.
7 de offi. proconsul. † quod mandatum Regis cōtinens iustitiam pōt probari per testes. Sed si cōtinet grām, debet ꝓbari per scripturā. ¶ Secundò, allegabā c. regni, Regis Caroli secūdi, qđ incipit, itē statuimus. nu. 116. per quod ꝑmittitur feudatarijs ꝯhere matrimoniū de filiabus, sororibꝰ, & neptibus sine Regio consensu, dūmodo inter fideles ꝯhatur. ¶ Itē, dūmodo non detur in dotem feudum, vel aliqua eius pars sine assensu curiæ: & si uolūt feudū dare in dotem, ꝓcurare hñt assensum ī scriptis. hoc idem probatur in alio c. Regis Caroli primi, quod incipit, ad maiestatis, nostræ. nu. 31. de quo c. facit mētionem Andr. in l. imperialē. in additio-
8 ne. de prohi. feu. alie. per Fede. † ubi dicitur, ꝙ si non ostēditur litera Re-

gia, ꝙ possit feudũ dari in dotẽ, feudum datũ in dotẽ debet puenire in posse Regiæ curiæ. ¶ Tertiò allegabã id, quod dicit Bal. in iij. vol. cõsi. ccc. inci. in bonis feudalibus vlti. co. vbi dicit, ꝙ feudũ principis nõ ꝓbatur ꝑ testes, sed per scripturã, vt in l. bene à Zenone. C. de quadri. ꝓscrip. sed inferiora bene probanẽ ꝑ testes. ¶ Dicebat d. Antoni⁹ de Ianuario, ll. Doctor, vir prudẽs & Viceprotonotarius & ꝓsidens in Cõsilio catholicę Maiestatis, ꝙ de hoc dubio ipse nunquã fuit anceps ꝑp authoritatẽ pallegatã do. Anto. de Iser. in spẽ.

9 ¶ † Et ideò oẽs dñi de Cõsilio fuerũt in uoto, ꝙ assensus Regis sup obligatione uel alienatione feudi põt ꝓbari per testes, freti authoritate dñi And. & illa capitula Regni loquuntur in casu suo. Et ego per silentiũ annui dictæ decisioni: q̃a And. de Iser. est magnæ authoritatis in decisionibus causarũ in Regno isto, & eius opiniones seruantur in Regno præ cæteris doctoribus, & maximè in materia feudali.

DECISIO CCCXCIX.

De ꝑiculo & cõmodo rei vẽditæ, & de tara vini nõ faciẽda.

SVMMARIVM.

1 Tara an facienda de rebus semel ꝑmutatis, & quando. 4.
2 Contractus ꝑmutationis, similitudinem habet cũ cõtractu emptionis. Venditor non prestans rem bonam tenetur emptori ad interesse.
4 Actio ex pacto nudo inter mercatores oritur.
4 Venditio ad mensuram, dicitur conditionalis.
5 Vendere ad mensurã q̃n dicatur. 6.
6 Contractus sub conditione de præterito, licet de conditionis existentia sit in certum, est perfectus.
7 Quantitas designata ad certũ locũ, quando dicatur species.
8 Periculum uini uenditi contractu perfecto, licet uinum sit traditum, spectat ad emptorem.
9 Venditor frumenti cõstituiẽ in dolo ꝑ nõ expressionẽ futura ordinatiõis, quã sciebat sup utilitate ꝑtij.
10 Vini degustatio transfert periculũ in emptorem.
11 Periculũ deteriorationis uini, post emptoris morã ad emptorẽ trãsit.
12 Mora ubi non est dies & pœna, non cõmittitur sine interpellatione.
13 Testes singulares an bene probent. Hæres promittens legata soluere, intelligitur saluo legis beneficio.
14 Promissio de tota dote restituenda qualiter intelligenda.

Fvit latum laudum per honorabilem mercatorem Franciscũ Surrẽtinum, ut arbitrũ & arbitratorem super differentia.

1 ¶ † Vtrũ sit facienda tara per honorabiles Paulum de Baccio de Terracina, & fratres de Vegetibus uini Græci cclxxx. permutatis cum certis pãnis cuiusdã mercatoris Liuij de Vest. istitoris certorũ nobiliũ de Mascaronibus, ꝑ quod laudũ ꝓnuntiatũ & laudatũ fuit dictũ Paulum nõ teneri ad faciendã aliquã taram pro dictis uegetibus uini Græci ꝑmutatis cũ dictis pãnis. Ab isto laudo dictus Liuius reclamauit ad sacrũ Consiliũ. & ad oñdendũ, ꝙ dicta tara debet fieri, Dicebaẽ, ꝙ dicta uina Græca nõ erant bona in colore & sapore, & ideò si recepit, debet sibi fieri tara.

2 ¶ † Nã ꝯctus ꝑmutationis habet similitudinẽ cũ ꝯctu emptionis: ut dicit tex. in l. fi. ff. de rerũ permu. Sed si uenditor nõ ꝓstat rem bonam, tenetur emptori ad interesse, & sic ad dictã tarã, per tex. in l. si seruũ. in princ. & l. ex empto. §. redhibitionẽ. & §. aĩalium. & sequẽti. & l. Iulianus. in princ. & §. j ff. de actio. empt. ergo idẽ dicendũ est in ꝑmutatione. ¶ Secũdò dicebaẽ, ꝙ dict⁹ Paulus tẽ

poré mensurationis dictarũ uegetũ vini Græci ꝓmisit facere tarã: qa dicta vina Græca erãt mutata in colore arbitrio Alberici, & sic uirtute pa
3 cti tenet facere tarã,†cũ inter mercatores ex pacto nudo oriat actio:ut dixit Bar.in l.Quintus. & in l.si fideiussor.§.qdam.ff.manda.& Bal.in l.si ꝑ ea.C.eo. & in c.j.pen.col.de pact. & in c.si pro debilitate.de offi.deleg.& Alex.in l.iurisgentiũ.§.sed cum nulla.ff.de pac.¶Tertiò dicebatur, ꝙ dictæ uegetes uini Græci debebãt mensurari,& donec non sunt mensuratæ dictæ uegetes, omne periculum est dñi uendentis seu ꝑmutantis: ut est tex.in l.si per emptorẽ.ff.de peric. & cõmo.rei uendi. & in l. qđ sæpe.§.in his.& l.si quis uina.ff.de ꝯhend. em
4 ptio.†quia dicit, ista uenditio conditionalis,qñ uenditur ad mensurã, ut in d.§.in his.& firmat Bar.in l.Iulianus.§.si Titius.ff.de actio.emptio. & in suo consil.xlvij.incip. Petrus uendidit.¶In ꝯriũ dr,ꝙ bene fuit laudatum per dictum arbitratorem.s.ꝙ nulla tara debeat fieri: quia attento tenore dicti ꝯctus permutationis dictæ uegetes uini Græci non fuerunt permutatæ ad mensuram, sed in specie fuerunt permutatę:nam ꝟm tenorẽ dictæ cõuentionis redactæ in scripturam priuatã, eorũ manibus dicit, quòd ipse Paulus in contra le supra dictę robæ le daturtili sui Græchi de sancto Cæsaro,& ad complimẽto de buttæ cclxxx.quile de Neapoli sistẽtia in suis magaczenis ad rõnem ducatorum sex pro qualibet uegete. & pro hoc allegabatur decisio Bal.in l.
5 sicut.C.de actio.emp. ubi dicit,† qd si dixi tibi uendo tibi uinũ totũ, qđ est in ista uegete ad rõnẽ decem solidorum pro qualibet salma: nunquid dr tunc uenditum ad mensurã? dicit ipse,uidet,ꝙ sic:quia pretij declaratio pendet ex mensura, & sic sequit, ꝙ ante mensurationem, qñ uenditũ est Græcum ad mensurã, si Græcum deterioretur,periculum erit uenditoris,& sic interesse deteriorationis erit uenditoris.i.ip sius Pauli permutantis,per text.& glo. in.l.j.in prin. & in l.necessariò.ff.de peri. & cõmo. rei uend.& in l.ij.C.eo.titu.& firmat Bar. in l.uinum.ff.si cer.pet. & patet
6 in allegata l.qđ sæpe.§.in his. ¶†In ꝯrium uidetur ꝟm Bald. in d.l.sicut. quia tunc uenditur ad mensuram,qñ sic dico,uendo tibi tot salmas ex tali uegete uel ex tali cellario: tũc enim uenditur sub forma mensuræ, & sic antequã mensuretur,est emptio imperfecta,quia est facta quasi conditionaliter.Sed si in priore exemplo, videlicet,qñ uendo tibi totum uinum, quod est in isto cellario ad rõnẽ decem solidorum pro qualibet salma, mensura non uenit ad substantiam, sed ad declarationem solus pretij, & sic ꝯctus est ꝑfectus inspecta ueritate,sicut quando ꝯhitur sub cõditione de præteritò,licet de existẽtia talis cõditionis incerti simus.l.itaq;.ff. si cert.peta.& dicit,ita teneo. & pro hoc bene facit quod dicit Bar. in l.talis scriptura.in prin.ff.de leg.j.ubi di
7 cit, † ꝙ quando disponitur de quantitate habito respectu ad certum locum,talis quantitas designata ad certum locum dicitur species,per illam l.j.in princ.& l.plane.§.sed hoc.& l. sed si certos ff.de legatis primo. & idem dixit Bald. in l.incendium.C.si cert.peta.Et qñ non est Græcum permutatum existens in certo loco,species saltem esset rõne certi loci permutatum Græcum in genere subalterno:ut not.Bar.in l.legato generaliter.ff.de lega.j. & bene hoc declarat Pau.de cast.in l.ij.C.de pericu.& cõmo. rei vend. & tãtum est,sicut in specie fuisset permutatum: vt dicit Pau.de cast.in d.l.ij. bene facit quod

dicit Alex.in l.ninum.ij.col.ff. si cert. pet.ꝙ si promisi tibi dare decẽ amphoras uini de Vincentia, nõ dicitur ꝓmissio facta in genere, sed in specie
8 de Vincentia. & † ideò dicebat Alex. de Imo.in v.uol.consi. cxxj. uisis & ponderatis.circa fi.ꝙ ad hoc, ut periculum uini uenditi spectet ad emptorem, sufficit, ꝙ contractus sit pfectus, licet res nõ sit tradita & firmãt Bal. & Salic.& Pau.de Cast.in l.j.C.de peri.& cõmo.rei uendi.& Bal.in l.ij.C. qñ liceat ab empt.disce.& gl. in rub. Insti.de empt. fallit in illis quatuor casibus.¶ Primò, uidelicet qñ uenditor recepit in se omne periculum: ut in l.j.ff.de pericu.& cõmo.rei uendi. ¶ Secundò, qñ per uenditorem stetit, quominus emptor degustaret: ut in l. si quis vina.ff.eo.tit.¶ Tertiò, cũ asseuerauit bonitatem uini duraturã, vt in l.si vina, quę in dolijs.ff.eod.titul. ¶ Quartò, qñ uenditor sciebat bonitatem uini non duraturam, ut in d.l.si
9 vina.§.palnè † Idem dicit Bal. in d.l. ij.si uenditor frumenti, sciebat ordinationem futuram de frumento uilius uendendo, & non ꝓmonuit emptorem, dicit̃ in dolo, si nõ expressit. Idem dicit Gulicl.in l.fraus. & in l.ꝯ legem.ff.de legibus.& Bart.in l.quæro.ff.de actio empt. Constat autem ꝑ testes, ꝙ tam tpe cõtractus prædicti, q̃ post, dicta uina Græca fuisse bona in odore, colore, & sapore, & receptibilia, ergo periculum contingens postea in dictis Græcis in colore, sapore, & odore, est ipsius Liuij.¶ Secũdò, adducitur, quia tpe contractus dictus Liuius degustauit dicta uina Græca, & ꝑp degustationem sibi placuerũt.
10 † & qñ uenditur uinum in specie, ꝓut erat casus, de quo agit, quia ꝑmutatũ fuit uinum Græcum existens in certis locis, & non fuit ad mensuram permutatum, sufficit sola degustatio absq; mensuratione, ut transferat periculum in emptorẽ, ut declarat Paul. de Cast.in d.l.sicut.C.de actio emp. ubi dicit, ꝙ qñ uenditur in specie uinum, non ad mensuram, sufficit sola degustatio absq; mensuratione, ut periculum pertineat ad emptorem. In casibus autem, ubi periculum pertinet ad uenditorem, dicit ipse Paulus, ꝙ fallit, nisi emptor susceperit in se periculum, uel fuit in mora mensurãdi, uel degustandi, in quibus casibus indistinctè pertinet periculũ ad emptorem, etiam si non fuit facta traditio, nec degustatio, nec mensuratio, & ita dicit, ꝙ firmat glos. licet in hoc
11 fuerunt diuersæ opiniones.¶ † Tertiò adducitur mora ipsius Liuij in recipiendo dictũ uinum Græcũ, nam dictæ partes cõuenerunt de consignatione dictæ quantitatis uini Græci in anno M. cccccij. de mense Iulij seu ante ad requisitionem dicti Liuij. Et tñ ꝑ illud tps non uenit Liuius ad recipiendũ dictũ Græcũ, sed post & sic periculum deteriorationis Græcorũ in colore, uel sapore, & odore, post morã emptoris pertinet ad emptorẽ: ut s.dictũ est, per not.in d.l.ij. C. de peri.& cõmo.rei uendi.& est tex. in l.si per emptorẽ.ff.eo.tit.& bene no.
12 hoc Sali.in d.l.ij.† Et licet, ubi non est dies, & pœna, non cõmittit̃ mora sine interpellatione: ut not. in l. magnã.C.de ꝯhẽ.& cõmit.stipul.tñ apparet de ꝓtestatione ipsius Pauli ꝯ Liuiũ, ꝙ in tpe ꝯuento nõ uenit ad recipiẽdũ græcũ exñs in magazenis. ¶ Fuit tãdem ꝑ sacrum consiliũ nemine discrepãte uotatũ, ꝙ laudũ latum per dictum arbitrũ & arbitratorẽ, in quãtũ pronuntiauit nullã tarã esse faciẽdã per dictũ Paulum fuisse bene latũ, & ideò Paulum esse absoluendum ab impetitione dicti Liuij super dicta tara petita.¶ Non obstat primũ motiuum, quia per interemptionem facti non obstat, ex quo dicta ui-

na Græca, ꝓbatum est, ꝙ tpe contra ctus & tpe degustationis erant bona & receptabilia, & post moram Liuij mutauerunt eorum bonitaté, prout solita est fieri mutatio in mense Augusti: ut fuit bene probatum in ꝓcess
13 su. ¶ † Nec obstat ſm motiuũ, quia non legitimè fuit probatum de promissione facta per Paulum de faciendo tarã post morã dicti Liuij. Ex quo testes sunt singulares, & qñ bene fuisset probata talis promissio, intelligi debet si de iure fieri debet talis tara, ut in simili dicit Bal. in l. fi. C. ad leg. Falcidiam. dicens, ꝙ si hæres ꝓmittit soluere omnia legata, intelligitur eatenus, quatenus tenet saluo legis beneficio. & idem dicit ibi Ang. & Pau. de Cast. post Cy. ibi, pro quo allegat l. j. §. sub conditionem. ff. ut leg. noĩe cauea. & l. si prior. cum ibi notatis. ff. sol. mat. & l. eũ qui. §. si mulier. ff. sol.
14 mat. † ¶ Accedant ad hoc iura allegata per Alex. in apostillis in d. l. fi. bene facit ultra eum, quod dicit Bald in l. Neratius. ff. de reli. & sump. funerũ. ubi promissio de tota dote restituenda, intelligit in casu, in quo tota dos debet restitui, & si aliter intelligeret, posset condici tanquam indebita, per l. is qui. ff. de condi. indebiti cũ ꝯcor. ¶ Nec ob. tertium motiuũ, quia iam ex ꝓdictis patet responsio, quia dictũ uinum Græcũ non fuit uenditum ad mensurã, sed in specie: ut s. dictũ est in primo motiuo pro ista parte, & sic posteà lata fuit sententia absolutoria sacri consilij.

DECISIO CCCC.

De probatione testium uniuersitatis in fauorem illorum.

SVMMARIVM.

1 Testes de vniuersitate deponentes super cõmodo vniuersitatis eorũ, an rectè probent, & ualeat ꝓbõ. nu. 4.
2 Debitum vniuersitatis non est debitum singulorum.
Monachus est idoneus testis pro monasterio.
3 Legatarius potest esse testis in testamento, in quo sibi legatur.
5 Laici maiorem habent affectionem ad vniuersitatẽ, q̃ clerici ad collegiũ.
6 Actus quando dicatur concernere singulos de vniuersitate.
7 Testimonium in causa propria ferre nemini licet.
8 Testibus contra testes vniuersitatis deponẽtibus, qñ magis standum.
9 Testes super negatiua, quo casu probent.
10 Seruitus originalis nulla, nisi ex accidenti.
Victoriam reportat, cuius possessio à iure communi fouetur.
11 Probare melius dicitur, cuius intentio rationi magis congruit.
12 Gabellæ exigendæ possessio nõ probat sciã & patiẽtia dñi non ꝓbata.

NOBILIS Pet. Ioan. Spinellus de sedili nidi habet litẽ cum vniuersitate & hominibus terre Baroli in sacro consilio super quodam iure gabellæ piscium, qui capiunt in lacu seu pantano Sarpæ, ꝙ ex concessione Regis Federici facta ipsi Petro Ioanni, tenet. Et fuit de ista antiqua qõne
1 sciscitatum uidelicet, † vtrum testes dictæ vniuersitatis deponentes, ꝙ gabelloti Barolitani exegerunt certam gabellam de piscibus, qui capiunt in dicto pantano, & aliqui deponunt à tpe ducis Andriæ & eius filij: alij ab annis xxx alij ab an xx. alij ab an. x. ꝓbẽt dictã vniuersitatẽ fuisse in quasi possessione exigendi dictam gabellã, Ista qõ diffusè tangitur per Bar. in l. in tm. § vniuersitatis. ff. de rerũ diui. ubi post argumenta pro & cõtrà cõcludit, ꝙ si quidem sumus in causa cui[illegible] prout est ista, de qua agitur. ¶ Dicen[illegible] est, ꝙ quædã sunt, quæ nõ possunt probari, nisi per illos de colle-

gio, ut electiones, quæ fiunt in secreto. & isto casu ille, q est de collegio, est idoneus testis. argumẽto legis, cõ sensu. C. de repudijs. & C. de naufragijs. l. quoties. lib. xij. & de iureiur. c. & si Christus. in fi. Abb. in c. iij. loco, de probationibus. gl. in c. ueniens. el ij. de testibu. gl. in c. cùm dilecti filij. de electio. in uerbo, & si tres. ¶Quædam sunt, quæ possunt de sui natura ꝓbari per alios, quã per illos de collegio uel uniuersitate. Et tunc distinguitur, aut illud negotiũ, super quo deponunt testes de uniuersitate, est negotium, quod principaliter spectat ad uniuersitatem, quantum ad honorem & commodum, & tunc quilibet de uniuersitate est idoneus testis,
2 †quia debitum uniuersitatis non est debitum singulorum, lege, sicut. §. j. ff. quod cuiusque uniuersitatis nomine. & in dicto §. uniuersitatis. & not. glo. in l. j. ff. de collegijs illicitis, circa finem gl. magnæ. Et ideò monachus est idoneus testis pro monasterio, secundùm glo. in authentico, de monachis. §. cogitandum. & glo. in l. idonei. ff. de testibus. et idem si illud negotium non principaliter spectat ad uniuersitatem, sed in consequentiam, ut est uidere exemplum in lega
3 tarium; † qui potest esse testis in testamento, in quo aliquid sibi est legatum: ut in lege, qui testamento. in principio. ff. de testamentis. & not. in lege, si quis ita. ff. de edendo. dicit tamen Albericus in dicto §. uniuersitatis. quòd minor fides semper adhibetur, quando testis de uniuersitate admittitur ad testificandum pro uniuersitate allegat glo. in dicto §. cogitandum, quæ hoc dicit. Et hoc dicebat etiam Albericus Galeoti in dicta l. sicut. §. j. secundum Ioannem Andræam in additionibus Speculato in titulo de testibus. §. j. versicu. sed nũquid in causa uniuersitatis. in addi-

tione quæ incipit, idem Albericus
4 dicit. & Alexander † dicit quòd testis de vniuersitate, ubi potest esse testis, non est integer testis, in quarto uolumine, consilio quadragesimo tertio, incipiente, uisis & ponderatis. in sexta columna. allegat Archidiaconum duodecima, quæstione secunda, in summa. et Antonium de Butrio in capitulo, cùm nuntius. de testibus. & Abbas in capitulo, insuper. eodem titulo. Idem dicunt Baldus & Angelus in lege, si quis ex argentarijs. paragrapho primo, Digestis de edendo. Tamen Baldus in primo uolumine consilio trigesimo incipiente, casus homines & commune &c. dicit, quòd quanta sit fides adhibenda testibus de uniuersitate pro uniuersitate ex coniecturis, iudicis arbitrio cõmittitur per legem tertiam, Digestis, de testibus. & ideò Antonius de Butrio in dicto capitu. cùm nuntius. de testibus. dicit, quòd testes uniuersitatis secularis non sunt integri testes pro uniuersitate secu-
5 lari: † quia isti laici habent maiorem affectionem ad vniuersitatem, quàm personæ ecclesiasticæ de collegio ecclesiastico. & idem uidetur tenere Cardinalis Florentinus in consilio centesimo secundo, incipiente, super facto testamenti. in fine. Sed istam differentiam non approbat Ioannes de Imo. dicto capitulo, cùm nuntius. nec etiam Felinus in dicto capitulo, insuper, secũda columna, de testibus. ¶Aut illud negotium, de quo agitur, non tangit nec nomen nec honorem vniuersitatis, sed causat commodum singulorum de uninersitate: et tunc testes de uniuersitate non sunt idonei testes: quia ista uidetur causa propria, ex quo principaliter quilibet de uniuersitate assequitur commodum. argumẽto legis primæ. §. in propria. ff. quando appellandum sit, ut est ui-

dere exemplum quando uniuersitas habet pascua,et non habet animalia, quæ ibi pascantur:sed singuli de uniuersitate mittunt animalia sua ad pasculandum.in hoc negotio, quod taugit singulos ut singulos testes de uniuersitate non sunt idonei testes. & pro hoc lex,serui electione.§.j. ff. de lega.j.et uoluit Innoc. in capitulo,cùm omnes. de constitutionibus. & tenet Bartol.in lege, sed si hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius uocando.Idem si uniuersitas haberet ius incidendi ligna, secundùm Albericum in dicto.§. uniuersitatis. & Ioannes Andreæ in dicto capitulo, cùm nuntius.& probatur decimaquarta,quæstione secunda, capitulo, super prudentia.& habetur in dicto capit. insuper.

6 † Quando autem actus dicitur concernere singulos de uniuersitate, & quando ipsam uniuersitatem, plenè per doctores & Felinum in capitulo,eā te.de rescriptis.Et ista distinctio in effectu originaliter fuit Cyni in l.parentes.C.de testibus.quam sequuntur ibi Bal.Ang.& Sali.&Albe. in dicto §.uniuersitatis. Idem in effectu concludit Ioan.Andreæ in nouella,in capitulo,cùm nuntius, de testibus. ¶Et ideò dicebat Bal.in capi.tertio loco. de probationibus. ꝙ siquidē illi de uniuersitate,qui producuntur in testes pro uniuersitate in causa,in qua si uniuersitas succumberet, oporteret mittere manum ad marsupium singulorū:quia oporteret submittere collectam, & tunc illi de uniuersitate nō sunt idonei testes. hoc et firmat Bal.in iij.uo.consi.cccxxxix.incipiente, apparet publicū instrumentum.& Ludouicus in consi lviij. incipiente,præsens consultatio.in fi. Aut non oportet mittere manum ad marsupium: quia uniuersitas est soluendo; uel est quæstio de nemore, cuius fructus uēduntur pro ipsa uniuersitate,& tunc admittitur testis de uniuersitate.Fallit,nisi omnes de uniuersitate deponerent pro uniuersitate,ut puta omnes de collegio deponerent pro collegio, tunc omnes illi de uniuersitate, qui faciunt uniuersitatem,sunt testes in facto proprio,et ideò non probarent, secundùm Bal. in d.c.tertio loco. Hanc eandem distinctionē,quam suprà, firmauit Bal. in prællegato consi.xxxj.in j.uol.& in iij.uol.cōsi.ccclij.incipiēte, uerba principis.in iij.co.uersi.item non potest negari.& in eo.uo.consi. ccclxx. incipiente, præmittendum &c. circa finem.¶His præmissis dicebam ego, quòd Rex Ferdinandus primus ad releuandos subditos grauatos solutione iurium fiscalium, promisit ciuitatibus & terris volētibus sibi imponere aliquas gabellas super fructibus et alijs testibus,& mercantijs,quòd possint imponere eas,& conuertantur in solutionem iurium fiscalium,ad quæ singuli tenentur pro eorū ratis.Si ergo uniuersitas terræ Baroli imposuisset dictas gabellas pro piscibus, qui capiuntur in dicto lacu virtute dictæ Regiæ permissionis, & maximè illā de granis x.pro qualibet pisa pisciū, prout est probatum, nulli dubiū est, ꝙ isti testes de uniuersitate Baroli non sunt idonei testes pro ipsa vniuersitate,ad probandū exactionē dictarum gabellarum: quia cōmodum dictarum gabellarū principaliter spectat ad singulos ut singulos:

7 † & sic essent testes in causa propria,qđ non est licitū: vt in l.nullus.ff. de testi. & in l.omnibus.C.eo.titu. Et tantò magis:quia permissio Regis Ferdinandi primi de imponendis gabellis pro dictis iuribus fiscalibus soluendis per vniuersitates,loquitur, ut imponantur in eorū territorijs,non autem extra eorum territorium,& pro hoc bene facit quod no.Alex. in apostillis,

in l.j.C.de mulie. & in quo loco. & dictus lacus est territorium de per se separatum à territorio Barolitano. ¶ Secundariò dicebant, ꝙ vera est illa allegatio aduocati Petri Ioannis,
8 † ꝙ quādo testes de uniuersitate deponunt in fauorem uniuersitatis, & altera pars probat per testes idoneos contrarium eius, quod deponunt testes de uniuersitate, magis standū est testibus deponentibus cōtra testes vniuersitatis, quàm ipsis testibus vniuersitatis: ut firmat Abb. Sicu. in d. c. insuper. in iij. col. de testibus. quē sequitur Feli. ibi, in uersi. fallit secūdò. ¶ Et ego dicebam, ꝙ istud fuit originale dictū Odof. in l. j. in pen. col. C. vti possid. in uersi. sed denuò quęro hic &c. Sed testes Petri Ioannis deponunt, ꝙ semper dictus lacus possessus fuit à dñis prędecessoribus ipsius Petri Ioannis francus, & liber sine solutione alicuius gabellæ soluēdæ vniuersitati Baroli. Igitur eis magis credi debet. ¶ Nec obstat, ꝙ isti testes uidentur deponere sup negatiua: quia talis negatiua est coarctata loco & tēpore, & habet in se affirmatiuam expressam, uidelicet, quia dictus lacus possessus, fuit francus & immunis;
9 † quo casu probāt testes sup negatiua, vt dicit notanter Bald. in c. si quis per xxx. si de feudo fuerit contro. inter dñm & agna. & firmat Feli. in c. in nostra. in ij. co. de testib. & idē tenet Abb. Sicu. in ca. cùm ecclesia Sutrina. vj. col. de cā pos. & proprie. Et tanto magis: quia testes Petri Ioānis tenuerunt dictū lacum locatū ꝓ tēporibus præteritis immunē à dictis gabellis, & sic habent plenā notitiā, ꝙ nō fuit exacta aliqua gabella pro piscibus in dicto loco noīe vniuersitatis. quo casu dicit Bal. in l. si quis diuturno. ff. si serui. vendi. ꝙ testes deponentes sup negatiua, quæ habet iuris præsumptionem pro se, ut est, quia qualibet res præsumitur libera, si testes dicāt, ꝙ non habet seruitutē, creditur sibi:
10 † quia nulla seruitus, est originalis, nisi ex accidēti. ¶ Inde dicit Bal. in c. si diligēti. vlt. co. de præscri. ꝙ si duo litigātes adinuicē probāt se possedisse, ille reportat palmā victoriæ, cuius possessio fouetur à iure cōmuni: quia habet iuris adminiculū. allegat Inn. ī c. auditis. eo. tit. ¶ Ideò dicebat Bal. in l. qui accusare. in fi. C. de edēdo, ꝙ
11 ille melius probare dř, † cuius intentio magis cōsonat rōni: ut si unus ꝓbet possessionē & titulū, alius possess. nudā. potior est possessio titulata. de quo in c. licet causam. cū materia sua, de probatio. & sic cū sint testes ꝓ parte Petri Ioannis deponentes ea, quę sunt consona iuri cōmuni contra testes vniuersitatis, nō est credendū testib. de uniuersitate ꝓ uniuersitate. ¶ Accedāt ad hoc ea, quæ no. per scribentes in c. in nostra de testib. Et tātò magis non est standū dictis testiū de uniuersitate prædicta. ex quo nō probať de scientia & patientia dñorū
12 dicti lacus, † quo casu nō ꝓbať quasi possessio exigēdi gabellā pro piscibus, qui in dicto lacu piscantur, iuxta notulā Bal. ī l. ij. C. de serui. & aqua. & Bart. in l. j. ff. de itine. actuq; priua. & plenè per Ant. de Bu. in cap. fin. de causa pos. & propri. & Bar. in l. si publicanus §. in vectigalib. ff. de publica. cū concor. ¶ Quare fuit votatū per me & magnificum do. Ant. de Ianuario Viceprotonotariū & alios dños, ꝙ stantibus prædictis non est legitimè faciēda vis de testibus dictæ vniuersitatis, sed potius de dictis testiū productorum pro parte dicti Petri Ioannis deponentium contrarium.

DECISIO CCCCI.

Locati, & de donante salua habitatione in uita qui locauit.

SVMMARIVM.

1 Donator domus salua habitatione ĩ uita, an possit alteri locare inuito donatario. 6.
2 Locator alteri locare nisi æquè idoneo non potest.
Personæ qualitas præstat intellectũ dispositioni.
3 Intellectus ad l. si quis binas ædes. ff. de usufructu.
4 Habitationem concedere in ultima uoluntate, uel inter uiuos, differt.
5 Exorbitantia, strictè intelligenda.
7 Intellectus l. cũ antiquitas. C. de usufructu.
8 Locare põt, qui habitationẽ habet
Vsusfructus, usus, & habitatio differunt.
9 Casus à contractu exceptus an identitate rationis extenditur.
10 Habitare dr̃, qui ꝑ inq̃linũ habitat.
Habitare quis dicat̃, uide remissiuè.

QVIDAM donauit cuidã seruitrici quandã domũ publico instr̃o mediãte reseruata sibi habitatione dictæ domus ĩ uita sua durãte, iste, q. donauit, nõ uult habitare, sed uult ipsã domũ alteri locar̃. dicit illa donataria
1 ꝙ nõ p̃t locare, sed solũ habitare: † q̃a qui hẽt vsum rei, nõ p̃t alteri rem illã locare ut dicit tex. in §. Instit. de usu & habi. sed ista reseruatio habitationis facta fuit inter dominum & seruitricem. & sic videt̃ electa industria ꝑsonæ ipsius dñi in ipsa reseruatione habitationis, quæ nõ erit molesta seruitrici, sicut alia persona extranea. Et ideo gl. in l. nemo ꝓhibetur. C. loca. dicit, ꝙ habens habitationẽ locatam nõ alteri locabit, nisi æquè idoneo, & sic in isto casu non habitabit per aliũ
2 locatariũ: † quia nõ est æquã idoneus sicut dominus, per ea quæ not. Bal. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. & per ea, quæ habentur in c. q̃m Abbas. de offi. deleg. Vnde personæ qualitas præstat intellectũ dispositioni: vt tractat Feli. in c. causam. col. xj. versic. quinta declaratio. de rescrip. ¶ Tertiò, pro hac parte allegat̃ tex. in l. si q̃s binas ædes. ff. de usufru. ubi ualet istud pactũ adiectũ in traditione fundi, uidelicet, reseruo mihi habitationem meã vsq; ad mortem. nã vi-
3 detur vsus exceptus. † & ita intelligit dictum Albe. de Rosa. in suo alphabeto, in uerbo, habitatio. & quãdo usus est exceptus, tunc non licet alteri locare, ꝑ tex. in d. §. j. Institu. de usu & habi. ¶ Nec obstat. q̃d dr̃. in l. cũ antiquitas. C. de usufru. ubi dicitur, ꝙ si legetur ususfructus habitationis, legatarius poterit alteri locare. Idem, si legetur habitatio: nã poterit alteri locare. Et idẽ, si inter viuos constituat̃ habitatio, quia poterit etiã alteri locare, per tex. in d. l. cũ antiquitas. in fi. ¶ Nam ad hoc rñde-
4 bat̃, † ꝙ aliud est cõcedere habitationẽ in ultima uoluntate, uel inter uiuos. Et tũc si cõcedit̃, poterit alteri locare, ꝑ d. l. cũ antiquitas. Aliud est quando tibi inter uiuos dono domũ reseruata mihi habitatiõe, tũc vsum tm̃ uideor reseruasse, per tex. in d. l. si quis binas ædes. ubi est text. de hoc quo casu non poterit alteri locare, per text. in d. §. j. & l. cæterum. ff. de usu & habita. ¶ Ista solutio est noua, & non tangitur per doctores. & tamen non cauillando dictam l. si quis binas. hæc solutio bene ibi probatur. Sed bonum esset inuestigare, si posset ratio diuersitatis assignari. Et fuit hæc ratio reddita: quia, quando per donaut⁹ sibi reseruat habitatio-
5 nẽ, debet restringi: † quia talis reseruatio est exceptio exorbitãs ab ipso contractu translationis dominij: & ideo strictè debet intelligi. arg. l. ius singulare. ff. de legibus. sicut dicimus in reseruatione beneficiorum: ut in c. præsenti, in princip. de offi. legati, lib. vj. ut usum tãtũ videatur reser-

uare habit.respectu ad qualitatem p̄sonæ facientis reseruationem habitationis:ut intelligatur de uera habitatione per seipsum,& non per fictionem per aliũ:ut probatur in l.Stati⁹.§.Cornelio.ff.de iure fi.& in l.ex ea.§.in insulã.ff.de uerb.obl.& no. Bal. in l.Gallus,§.& quid si tantũ.ff de libe.& posth.Ioã.de Imo.in l.j.§. lex Fal.ff.ad l.Fal & per hoc allegat cõ. Barth.Socin.cxxix.p̄stantissimi iuris interpretis &c.ulti.colũ.uers.ij.dicta capitula.†Sed qñ in ultima uoluntate,vel per ꝯtractum cõceditur habitatio nõ per viã reseruationis, tũc nõ vsus simplex,sed habitatio est cõcessa, & sic poterit alteri locare, p text.in §. sed si cui habitatio legata sit.Institu. de vsu & habi.¶Et ista fuerunt motiua magnæ curiæ Vicariæ ad pronunciandũ,ꝙ dictus donans virtute dictæ reseruationis non potest locare.¶Ab ista declaratoria fuit appellatum pro parte dicti donantis ad sacrũ Consil. Et per totũ sacrũ consiliũ dicta declaratoria fuit reuocata, & bene: † quia dispositio d.l.cũ antiquitas habet locũ,quomodocunque concessa sit habitatio,siue per viã vltimæ voluntatis,siue quibuscũque modis facta sit: vt dicit ibi tex.quam decisionem locũ hr̃e censemus in omnibus modis, quibus habitatio constitui põt: & p̄ consequens cõpræhendit, etiã si constituatur habitatio per viã exceptionis,siue reseruationis. ¶Nec obst.d. lex,si quis binas ædes,allegata in cõtrarium,quia ibi gl.exponit illud verbũ vsus.s.quantũ ad commodũ, non tamen est vsus.allegat tex.in d.§.sed si cui. †vbi ille, qui habet habitationem,potest locare,& sic non obst.d. l.si quis binas ædes, & hoc etiam tenet Cy.in rub.C. de vsufruct. ¶Nec ob.§.j.Institu.de vsu & habi.quia vsusfru.& vsus,& habitatio sunt diuersa:vt not.doc.in d.l. cũ antiquitas,& Cyn.in d.rubr.C.de vsufruct.& scribentes in d.§.sed si cui, vt ibidem p eos.Nec est verum,ꝙ facta est reseruatio respectu qualitatis personæ: quia hoc non apparet de mente ꝯhentiũ, ꝙ sic voluerunt partes in ꝯtractu donationis:ut dicit text.in d.l.cũ antiquitas,vbi legatũ habitationis non importat,ꝙ sit legata ꝓprietas, nisi aliter appareat de mente ipsius legantis,&c.¶Nec est verũ,ꝙ illa reseruatio siue exceptio est exorbitans:& iõ debet strictè intelligi, †quia casus exceptus à ꝯtractu extendit ex identitate rõnis:vt dicit Abb.Sic.in c. cum dilecta.de confir.vtili uel inutili.& idem Bar.in l.serui.ff.de vsuc.no. Ale.in l. certi condictio.§.si nũmos.ff. si cert. pet.& Alex.in quarto vol. cõs.cxxx. in iij.col.¶Et sic fuit decretũ per sacrũ consiliũ,ꝙ dictus donans virtute dictæ reseruationis poterit locare dictam domũ donatã salua sibi habitatione vita sua durãte,per dictã decisionẽ Iustiniani transmissam Iuliano Papæ in d.l.cũ antiquitas,†nã & habitare dr̃,qui p inquilinũ habitat, vt ibi p Bar.&facit l.habitatores.ff.loc. & quis dicat habitare,vide p Fel. ĩ c. qm̃,de offic.ord.& Bart.in l.cũ delationis.§.Sabinus.ff.de fund. instruc.

6 (margin) · 7 (margin) · 8 (margin) · 9 (margin) · 10 (margin)

DECISIO CCCCII.

De dote assecuranda nõ obstãte debito ante confessionem dotis receptę.Et de exceptione non numeratæ dotis.

SVMMARIVM.

1 Dos promissa marito,qui post promissionem obligauit omnia bona, postmodum confessus est se illã recepisse.an assecuranda in creditoris præludicium 4.14.

2 Confessio de dote recepta per virũ constãte matrimonio, an noceat anterioribus creditoribus.

3 Exceptio dotis nõ numeratę qñ nõ

possit per maritum opponi. 10. 13.
5 Pacta debitorum non possunt tollere iura creditorum.
Ius tertij intelligitur à iuramento semper exceptum.
Dispositio nulla, ita intelligenda, vt possit absurdum sequi.
6 Confessio cedentis qñ non praeiudicet tertio, contra quem ceditur.
7 Solutionis actus & actus confitendi differunt.
8 Confessio nocens marito, non nocet tertio possidenti.
9 Intellectus l. j. ff. qui po. in pig. hab. & nu. 14.
11 Imperiti imperitè loquuntur.
12 Dos confessata quo casu hẽat omnia priuilegia sicut dos numerata.
13 Iura de dotis numeratione disponẽtia extenduntur ad dotẽ cõfessatam.
Mariti fraus creditoribus nocere nõ debet.

1 AGITVR causa in sacro Consilio inter nobilẽ Dominicũ Carrafam ex vna, & dñam Dianoram Gietanã uxorem nobilis Marini de Accia de Capua super dotibus assecurãdis, in qua
1 fuit dubitatum, † Vtrum stante promissione dotis facta marito per fratrẽ suae vxoris de soluenda dote infra certa tpa cum pacto, ꝙ maritus teneatur ponere penes aliquem fidum banchũ ducatos septingentos de dictis dotibus in ciuitate Capuę, donec ipse Marinus emerit de eisdem ducatis dcc. bona stabilia &c. Et postea Marinus obligauit se & bona sua omnia &c. suo creditori pro certo debito ᵱdcto. ¶ Deinde dictus Marinus in publico confitetur constante matrimonio, se totam dictam integrã dotem recepisse à dicto fratre suae uxoris, & non fuit factum dictum depositum iuxta legem conuentionis. Et quia dictus Marinus dicto Dominico suo creditori non obseruauit promissa per eũ; dictus Dominicus egit contra dictum Marinũ in magna curia Vicariae actione personali pro debito consequendo: & quia fuit dictus debitor contumax, fuit dictus creditor ex primo decreto & postea ex secundo inductus in possessionẽ cuiusdam terrae ipsius Marini, & illã possidet. Post haec uxor ᵱdicta egit in sacro consilio petendo sup dicta terra sibi hypothecata pro dotibus se assecurari confessatis per maritũ, ex quo eius maritus vergit ad inopiã. ¶ Dicit creditor, ꝙ dicta vxor non potest agere: quia instrm cõfessionis dotiũ factae per maritũ constante matrimonio non praeiudicat creditori anteriori dictae cõfessionis. ¶ Dicit vxor, ꝙ licet debitũ mariti sit ᵱctum cũ dicto Dominico ante cõfessionẽ dotis factam per maritũ, tñ instrm capitulorum promissionis dotis factae per fratrem vxoris mariti ipsi marito fuit facta antequã fuisset ᵱctum debitum ꝑ dictum Mariuũ cum dicto Dominico creditore, & sic debet cõsiderari tẽpus promissionis dotis, & non tẽpus dotis confessatae, & quis istorum ius foueat. ¶ Tota difficultas huius dubij causatur ex instro capitulorũ matrimonij, in quibus frater pro sorore ꝓmisit dotẽ marito. Quia si dictum instrumentum dictae promissionis dotis nõ praecessisset debitum Dominici,
2 essemus in casu claro, † ꝙ si maritus constante matrimonio confitetur se dotem recepisse talis cõfessio nõ nocet anterioribus creditoribus, ꝑ not. per Bar. & doc. in aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. qui text. non loquitur, qñ praecessit promissio dotis, sed vbi praecessit promissio dotis à principio: & postea constante matrimonio maritus confitetur se dotẽ recepisse, tunc statim dicta confessio ꝑiudicat marito: & nõ põt opponi exceptio nõ numeratae pecuniae dotalis, ut dicit tex. in l. in ᵱdctib. §. j. versi.

illis etiam securitatibus.C. de nõ nu me.pecu.ẜm Cy.& Bal.post Petrum de belia per.Idẽ tenet Sal.& Paul. de ca.ibi. Et est ratio ẜm Cyn. ibi, quia maritus,qui habet fratrẽ uxoris obligatum per instrũ ad dotem soluendam,iam habet obligationẽ pro dote cõsequenda,& habet uxorẽ,quam affectabat:& ideò qñ cõfitetur cõstãte matrimonio se dotẽ recepisse,non est positus in necessitate confitendi.

3 †Propterea si confitetur dotem promissam per instrũ sibi solutam esse, dicet, ꝙ est uerisimile .s. ꝙ verè sibi soluta est dos:& ideò non põt opponere exceptionem non numeratæ dotis.hoc idẽ firmat Ioan.And. in addi. Spec.in tit.de dona inter virũ & vx. in fi.vbi format quæstionẽ de viro,ꝗ in publico instrõ confessus fuit recepisse libras centũ ab vxore pro dote, & sic iurauit.deinde moriens in testõ dixit,se nihil recepisse . mulier agit ꝯ hæredẽ mariti repetendo dotem, hæres mariti excepit illã nõ numeratã. Io.Andr.ibi arguit ad partes, postea soluit,& dicit,ꝙ qñ cõfessio uiri fuit ante ꝯtum matrimoniũ , mulier hẽt probare numerationẽ.hoc verum, nisi secundum instrũ confessionis dotis factũ fuisset post prima dotalia instrumenta,post promissionem dotis: quia tunc cessat exceptio non nu. dotis,per d.l.in ꝯtibus.§.j. versic.in illis.hoc idem dicit Lud.Ro.in l.si con stante,in penul char.ff.solu.mat.& in cõsil.ccccxlv. Et idem dicit præpositus sancti Ambrosij nunc Card. Alexand.in c.j.in quarta col.vers. no.tamen.de donat.inter virum & vxo.

¶Ego dicebam , ꝙ supradicti doctores non tangunt in specie istud dubium.

4 ¶†Vtrum stante instrõ ꝓmissionis dotis , & posteà maritus ꝯxit debita,& obligauit oĩa bona sua. Et post hæc confessus est recepisse dotẽ ab eo,qui eam sibi ꝓmisit. Si hæc cõfessio præiudicet creditoribus , sicut præiudicat marito & eius hæredibus ita vt nõ possit opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ. ¶Et prima facie videbatur dicendum,ꝙ talis cõfessio mariti nõ præiudicat creditorib. hypothecarijs ante dictam cõfessionem per text in l.si cui.C.de nõ nu. pecu. &per gl.in l.si quis posthac.C.de bonis proscrip.bene facit tex. in l. debitorum.C.de pac.vbi dicit text.ꝙ pacta

5 † debitorũ nõ possunt tollere nec mutare iura creditorũ . & sic confessio mariti nõ potest nocere creditoribus anterioribus,ut not.Bart.in l.si prolusorio.§.j.ij.colũ.vers.qro,si ille primus.ff.de app.semper.n. ius tertij intelligitur exceptũ à iuro,ẜm Bald. in l.nec patronus.uers.sed quæritur. C.de oper.liber.per ca. venientes,de iureiur. ¶Accedat ad hoc totus titulus,res inter alios acta &c.& l.j.C. q. res.iu.nõ noc.et l.nemo ex socijs .ff. pro socio . et l.portionẽ.C. de co.re. alie.cum cõcordã. ¶Item,quia nulla dispositio debet largè intelligi, ut possit sequi absurdum , vel præiudicium tertio nõ citato:ut no.in ca.dudum.de præb.lib.vj. et Bald.in l.conuenticula.C.de epi.et cle.no.Alex.in ij.uol.cõsi.xxxiij.in v.colũ.et allegat etiam cõs.Pet.de anch.cclxix. incip.

6 j.dub.&c.¶†Et ideò dicebat Bart.in l.per diuersas.ij.col.C. manda. quòd si instrumento cedens confitetur sibi solutum,et aliter nõ appareat de numeratione, illa confessio non præiudicat tertio , cõtra quem fit talis cessio,sed bene nocet cedenti. Idem dicunt moder.Pap.in §.fuerat. Inst.de acti. ¶Et ꝓ ista parte bene facit id , quod dicit domi. Signorollus in cõs. cclv.incipien. in facto quæstionis dominæ Guidæ, &c.ubi præcedebat instrumentum promissionis dotis ab extraneo , deinde maritus confitetur dotem recepisse ab illo extraneo ,

qui promisit, dicitur ibi, ꝙ talis confessio mariti non præiudicat uxori, quæ debebat habere dictas dotes q̃a dispositio loquens in uera dote, non
7 habet locũ in dote confessata:† quia actus solutionis & actus confitendi sunt diuersi. l. si ex cautione. C. de nõ numera. pecu. ¶ Item pro ista parte alleg. Felinũ in cap. si cautio. de fid. instrumento. versi. fa. lit ultimò. ubi dicit, ꝙ illud, quod dictum est, certa tempora obstare excep. non numer. pec. &c. non habet locũ, quãdo vxor uel eius hæres ageret hypothecaria cõtra tertium possidentem bona mariti, ex beneficio l. assiduis. C. qui po. in pigno. habe. quia contra maritum uel eius hæredẽ decursa essent tempora, tamen aduersus illum tertium non sunt decursa: imò ipsa uxor tenetur probare numerationem dotis, cuius uigore ad bona mariti recursum habet per iura & doctor. quos
8 & quæ ipse ibi allegat,† & sic cõfessio nocens marito non nocet tertio possidenti. hanc opinio. firmat modernus doctor Dñs Bartholemæus Succina in l. prima. penulti. charta. ff. solu. matrimo. ubi allegat pro hoc text. in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. habe. ubi si apparet debitum instrumẽtariũ. item aliud debitum per apocham sine subscriptione testium: & illa apocha est ante instrumẽtum, certè præfertur debitũ instrumentariũ, quod est posterius. Et hoc ideò est, quia illa apocha priuata, est sicut confessio, quæ non potest tertio præiudicare. Et si secus diceremꝰ, sequeretur unum incõueniens, ꝙ maritus cui promissa fuit dos magna, posset à diuersis mutuo recipere magnam quãtitatem pecuniæ, & obligare bona sua & postea confiteri se dotem recepisse, & per scripturam priuatam promittentis dotem habere cautelã, ꝙ dos non est soluta, ut uxor posset assequi dotem in bonis uiri, & excludere creditores prædictos: vt probat textus in authentica de æqua. dotiũ. §. aliud quoq; ibi, ꝙ autem machinatum est contra creditores, hoc ipso introducit meditationem: & lædi homines ex dato à nobis dotibus priuilegio nullo modo nolumus. ¶ † Et ꝓ
9 hoc ego etiam considerabam dispositionem legis primæ. ff. qui pot. in pigno. habe. quæ dicit, ꝙ si præcessit instrumentũ promissionis dotis, & posteà uir cõtraxit debitum, & obligauit omnia bona sua, deinde maritus uerè & realiter dictã dotem promissam recepit, uxor præfertur habenti hypothecam ante numerationẽ dotis, quasi uelit ille tex. ꝙ aliud sit, qñ dos nõ fuit numerata, sed cõfessata. ¶ Sed in contrarium uidebatur dicendum, ꝙ stante dicta promissione dotis per instrumentũ in cauta forma: & posteà sequitur per instrumentũ confessio dictæ dotis receptæ per uirũ, nec maritus nec creditor potest allegare exceptionem non numera. pecu. & hoc per tex. in l. fi. C. de non numera. pecun. in dicta l in contractibus. versic. illis etiam securitatibus. ¶ Secundò, ad idem allegatur Pau. de Castro in lege prima, in fine. ff. solu-
10 to matrimonio. ubi dicit, † ꝙ si maritus confitetur se dotẽ recepisse cõstante matrimonio, sed præcessit ꝓmissio de danda dote, tunc nõ præsumitur facta in fraudẽ: nec habet locũ exceptio non nume. dotis: vt est casus in d. l. in contractibus. & in l. fin. C. de dote cau. & non nu. & Io. And. in loco prælle. & licet possit dici, ꝙ Pau. non dixit expresè, ꝙ præiudicat dicta confessio creditoribus. tamen sat est, ꝙ dicit, ꝙ nõ potest opponi exceptio non nu. dotis. ¶ Item vera cõclusio docto. est pro cõi opi. quod si lapsa sunt tempora opponẽdi exceptionem non nu. dotis, tantũ

operatur confessio mariti de dotis receptione,non solũ in p̃iudicium mariti,sed etiã in p̃iudiciũ quoruncũq; creditorum,quantum operat̃ uera et realis solutio dotis, quæ p̃iudicat marito et omnibus creditoribus: ut firmat And.de Iser.in consti.regni,causas.in j.lib.ubi dicit, ꝙ imperitè loquuntur,dicentes,ꝙ speciale est in fisco,ꝙ dotis confessio non nocet fisco,per d.l.si quis posthac. nam dicit ipse ꝙ d.l.intelligitur,q̃n sumus ĩ.tẽpora opponendi exceptionẽ non nu. dotis.Secus, q̃n est elapsum dictũ tẽpus:ut in l.j.et in auth.quod locũ.C. de dote cau.et non numera.et in corpore vnde sumitur.hoc firmat Alex. in ij.consi.xxvj.ij.col.et melius in.v. uol.consi. cxlij. et idem tenet idem And.in §.diffidamus.in tit.de statu.ꝯ lib.eccle.edi.in usi. feu.Idem firmat Cy.in l.asseueratio.C. de non nu.pe. et Sali.ĩ d.l.si quis post hac. et Odo. in d.l.si ex cautione.Bart.et Ange.in d.l.assiduis.et Bal.in d.l.ij.pe.col. ff. de iureiur.et Ang.in consi.cvj. Moder.Papi.in l.qui pecuniam.ff.si cert.
12 pet.doc.cõiter in l.j.ff.solu.mat.†et isto casu dos confessata hẽt oĩa priuilegia sicut dos numerata, s̃m Bal.in l.Deo nobis.C.de epi.et cler.ij. col. et in l.j.C.q̃n lice.ab emp. di.sed q̃n p̃cessit instrumẽtum ꝓmissionis dotium tp̃e,quo ꝯhebat̃ matrimonium et posteà sequatur confessio dotis ꝓmissæ receptæ,nullo mõ põt opponi exceptio non nu.dotis etiam ĩ. tp̃a opponendi : ut in d.l.in ꝯtibus. §.j. uersi.illis. qui generaliter loquit̃, et intelligit̃ ad effectũ transferẽdi onus ꝓbãdi numerationẽ in aduersarium. Sed bene ille qui opponit non fuisse ueram confessionem : quia non fuit soluta dos, põt assumere in se onus probandi omni tp̃e,s̃m Sali.in l. asseueratio.C.de non nu.pec.et in l.si inter.eo.tit.et in l.si ex cautione.in iij. char.uer.quæro secundò.et ibi etiam Cy.et Bal.in gl.in d.l.in ꝯtibus. in princ.et gl. Insti.de lite.ob.§.j.in verbo,scriptura.et Bal.in l.si non singu-li.in fi.C.si cer.pet.et Bal.in l. pecuniæ.C.de sol.et in l.fi.C.de iu.et fac. igno. Dyn.in reg. locupletari. in vj. nosti.Ioan.And.et Imo.in c.si de solu.Fel.in d.c.si cautio.Ergo idem dicẽdum est in creditoribus mariti, ut non possint opponere exceptionem non nu.dotis, si p̃cessit instrumentũ promissionis dotium,et postea sequi
13 tur confessio dotis receptæ.†& sicut maritus,stantibus p̃dictis,non põt dictã exceptionem opponere, ut in d. uersi.illis.ita nec creditores mariti facti post ꝓmissionem dotis,per gl. in uerbo,creditores. ĩ d.l.si cui.facit gl. in uerbo,suum robur.in l.scripturas. C.qui pot. in pig.habe.ubi confessio dotis in cã pignoris nocet alijs creditoribus,si facta fuit talis confessio in instrumẽto uel scriptura priuatã sub scripta à testibus.ut not.hoc Alexã. in l.j.ff.sol.mat. ¶Quare fuit uotatũ per totum consilium ꝙ dicta uxor vigore instrumenti confessionis dotiũ & instrumenti confessionis dotis factæ per maritum assecuretur in d.terra recepta per dictum Dominicũ creditorem mariti ex primo & secundo decre.magnæ curiæ Vicariæ, ex quo uxor est prior creditrix,q̃ ipse Dominicus respectu instrumenti capituli, ubi fuerunt promissæ dotes viro pro muliere:& uir obligauit omnia bona sua in casu restitutionis, licet ꝯfessio
14 dotis sit facta † per maritũ, postquã obligauit bona sua dicto creditori.& ita tenet quidam doctor singularis,videlicet Ang.de Perilia in l.j. ff. solu. mat.& dicit, ꝙ ita fuit consultum ꝑ solennes doct.fretos authorita.Ioan. And.in d.addi. Spe.de dona.inter vi. & uxo.& Cy.in d.l.in contractibus. & firmat hoc Bald. Nouellus in suo tra.

dotium,in decima parte,char.76. ibi autẽ quærimus,an talis confessio excludit exceptionẽ non nu. dotis &c. & idem Lud.Rom.in l.si constãte.in iiij.q.iiij.partis.ff.solu.mat. ¶Et sic postea fuit per Regiã sñam diffinitũ. ¶Nec ob.in ꝯrium allegata: quia illa iura loquunĩ,quando non præcessit tpe ꝯcti matrimonij instrm dotis promissæ:tũc uendicat sibi locum dispositio.l.j.ff.qui pot.in pig.ha. quæ licet loquatur in numeratione, tamẽ idem est, si maritus cõfessus fuit sibi
15 fuisse dotem uerè solutam:†quia iura loquentia, de numeratione dotis, habet locum etiã in dote confessata elapsis tpibus opponendi exceptionem,non num.dotis,ſm quod supra ꝓximè dictum fuit. ¶Nec ob.illud de fraude: quia ꝓcederet,qñ de fraude mariti constaret.nam fraus mariti non debet nocere creditoribus.l.j.§. si culpam.ff.si quid in frau.pa. & no. in d.auth.sed iam necesse. sed in casu de quo agitur nihil constat legitimè de fraude prædicta.igiĩ &c. Quæ oĩa sunt multum menti tenenda pro intellectu iurium præallegatorum.

DECISIO CCCCIII.

De capitulo pacis super restitutionibus faciendis rebellibus reuersis nõ extendendo ad inuasores turbatores & dolosos possessores.

SVMMARIVM.

1 Capitula inter regem Christianissimum dominum nostrum & Regem catholicum.
2 Neapolitani Regni diuisio.
3 Officiales duo creati utriusq; partis in terra contentiosa.
4 Incogitata non compræhenduntur in capitulis pacis.
Iniusta & uitiosa non præsumuntur cogitata, sic nec dicta.
5 Obligatio nulla trahẽda ex limites. Veneti dicũt, cùm nõ cantet instrumentum,nec ego cantabo.
6 Statutum in fauorem possessorum, qualiter intelligendum.
Possessor uetus & titulatus est manu tenendus.
7 Possessionem propria authoritate capere an quis possit.
8 Ratio nãlis cuncta rectè disponit.
Dol⁹ ĩ capitulis pacis cessare debet.
9 Pax non est ubi latent insidiæ.
Dolus ĩ scripturis principũ abest.
10 Pax fauẽs dolosis possessoribus est diabolica.
11 Dolus oĩs est contra ius diuinum.
12 Verba principis generalia,an & qualiter distinguantur.
Inuadere rem alienã est contra ius naturale.
13 Teneo & possideo differunt.
14 suus,a,um. ꝓnomen quid ĩportet.
15 Lex possessores nominans quos inteligat,item & possessionem.
16 Relatiuum quis uel qui sine copula positum qualiter stet.
17 Statutũ excludens omnes exceptiones, an excludat illas,quæ oriuntur ex eadem scriptura.
18 Spolium ultimum purgandum.
19 Exceptio,dolo facis &c. quando locum habeat,& quibus obstet,& q̃d de exceptione dominij.
20 Tutor pupillorum spoliãs qualiter puniatur,& idem de curatore.
21 Possessione ui eiectus fingitur semper possidere.
22 Fructus ratione possessionis nullus suos facit, ꝑter ciuiliter possidentẽ.

1 CATHOLICA † maiestas Regis nostri primò fecit legẽ seu pragmaticã sanctionẽ, ut illi qui hñt causam à Rege Ferdinan.primo de feudis & bonis per eum erectis & captis & cõcessis per eũ & possident, sint tuti & securi, & nõ possint molestari in iudicio, ꝓut latius ĩ dicta Regia pragmatica continetur,deinde inter chri-

ſtianiſimum Ludouicũ Regem Francorum, ex una, & catholicam maieſtatem facta ſunt capitula pacis, & inter alia capitula conuentum eſt. ¶ Quòd reponantur & reſtituant̃ integrè in poſſeſſione & fruitione terrarum dominiorũ & bonorũ ſuorum ſtabiliũ, quas ipſi poſſidebant in initio belli apud terrã Tripaldi, quod fuit in anno Dñi M. Dij. Etiam ſi ſint alienata per dictam catholicam maieſtatẽ uel eius locum tenentẽ, prout latius in d.c. pacis continet̃, ad quod habeatur relatio. Euenit, ꝙ nobilis Alphõſus Torellus iure ſucceſſionis, per inueſtituram factã per Regem Ferdinandũ primum magnifico quõdam Franciſco Torello de Mediolano, patri ſuo de caſtro Rignani ꝓ dotibus dñæ Margaretæ de Vrſinis uxoris dicti quondã Franciſci Torelli ducato-
1 rum duorũ millium, ꝓut apparet autheticum priuilegiũ dicti Regis Ferdinandi primi, tenuit & poſſedit annis xl. & ultra, cum confirmationibus aliorũ Regũ de Aragonia huius re-
2 gni. † Et eſt ſciendum, ꝓut eſt notorium, ꝙ diuiſum fuit hoc Regnũ exiſtente Rege Federico in Regno inter dictum chriſtianiſſimum Regem Francorũ, & catholicam Maieſtatẽ: nam ciuitas Neapolis, & tota terra laboris, & ꝓuincia principatus, & prouincia Apucij ſit in portione chriſtianiſſimi Regis: & ꝓuincia Apuliæ & ꝓuincia Calabriæ ſit in portione catholi. Maieſta. & dicti reges miſerunt in hoc regnum eorũ locum tenentes & exercitus magnos. ¶ Et orta fuit cõtentio inter dictos eorũ locumtenentes de ꝓuincia Capitanatæ, an ſit de ꝓuincia principatus, uel de ꝓuincia Apuliæ, ubi coram eis fa-
3 ctæ fuerunt ꝟriæ allegationes. † tandem inter eos conuentum fuit, ꝙ donec aliter ꝓuideretur terræ dictæ ꝓuinciæ Capitanatæ ſtent cum duobus uexillis, ſcilicet Regis Frãciæ & Regis Hiſpaniæ, Aragoniæ, & Siciliæ, &c. & regantur per duos officiales, ſcilicet Frãciæ & Hiſpaniæ, & re ſic exiſtente, quia dictum caſtrũ Rignani eſt ſitum in ꝓuincia Capitanatæ, contigit, ꝙ quidam nobiles uidelicet Alex. & Lionectus de Richardis de ꝓuincia Aprucij prætendentes ſe hr̃e ius in dicto caſtro Regnani abſq; iuſſu Regio uel alicuius Regij officialis intrauerunt dictum caſtrũ Rignani abſente dño Alphonſo exiſtẽte in exercitu Regis catholici, & ceperunt poſſeſſionẽ dicti caſtri, qbus nobilibus intrantibus ſic de facto in poſſeſſionẽ dicti caſtri: Mandatũ fuit per locũtenentem dictorũ Regum, ꝙ non turbent dictum Alphõſum in ſua poſſeſſione dicti caſtri. Maximè quia dictus Alphõſus poſſidebat certũ territoriũ dicti caſtri: de quo percipiebat iura doanę. & ſic partim poſſidebat ciuiliter & naturaliter, & partim ciuiliter. ¶ Poſt hæc ſecuta fuit uictoria exercitus catholicæ Maieſt. & cum licentia Viceregis catholicæ Maieſtatis, dictus Alphõſus cùm primum potuit continuauit poſſeſſionẽ dicti caſtri Rignani, quod impreſentiarum tenet, & poſſidet. Nunc dicti nobiles de Richardis petunt à catholica maieſtate, quò d eis reſtituat̃ poſſeſſio dicti caſtri uigore ſupradicti capituli pacis, ex quo tp̃e rupturæ Atripaldi illud caſtrum poſſederunt, & poſteà fuerunt expoliati à dicto Alphonſo, & cauſa cõmiſſa dño Ioanni Longo Regio auditori, & citato dicto Alphonſo, pro eius parte allegatur, ꝙ dicti nobiles de Richardis non poſſunt agere poſſeſſorio recuperãdæ poſſeſſionis dicti caſtri uigore dicti capituli pacis, ex quo eis obſtat diſpoſitio Regiæ pragmaticæ prædictæ. ¶ Quæritur modo, an dictis actoribus ſit facienda reſtitutio di-

& æ possessionis dicti castri. Et antequam ad examinationē prædicti dubij deueniatur, est præmittendū unū uerbum necessarium, ꝙ per istam cōtrouersiam iudicialem inter istas priuatas personas litigantes: quia vna pars dicit ꝙ debet fieri restō possessionis castri uigore capituli pacis, † altera pars dicit, ꝙ non debet fieri restitutio possessionis uigore nouellæ regiæ pragmaticū, ut suprà: si ꝓnunciaretur in fauorem rei, ꝙ absolueretur à dicta impetitione, nō ꝓpterea diceerentur rupta capitula pacis. argumen. l. ueditores. ff. de verb. oblig. hęc uoluit in specie Bal. in cōsi. lviij. in j. uolu. incip. laudare uos & commendare &c. ¶ Hoc præmisso fuit dictum, ꝙ siue cōsideremus obligationis formam in dictis capitulis pacis, siue obligationis substantiam, habemus apertè, ꝙ in dictis capitulis pacis non dr̄, nec cogitata fuit hæc iniustitia, ꝙ illi, qui uitio spolij intrauerūt dicto tpe guerræ castra, quæ diu à longissimis temporibus iustè sunt possessa & recuperata, ꝙ reponantur in possessione, meritò si hoc non fuit dictum nec cogitatum, non uenit cōpræhensum in capitulis pacis: ut in l. quicquid astrin. de uerbo. oblig. & l. cum Aquiliano. ff. de transac. & ff. de contrahen. empti. l. ij. & l. rutilia. c. j. de eo qui īterfe. fratrem dñi sui. hoc uoluit not. Bald. in d. consilio lviij.

5 † Et ideò dicebat Bald. in respon. de feudo guardiæ, quòd id, quod non ordinatur in contractu, pro nullo habetur. Et alibi dicit Bald. quòd si mente non cogitauit, non uidetur dixisse in l. non dubium. iij. col. C. de legi. Et idem Bald. In c. uenerabilem. vj. col. de elect. dicit, ꝙ nulla obligatio debet trahi extra suos terminos reales uel uerbales. ff. locati. l. si cùm Hermes. & l. si in lege. in princ. ff. de fideiuss. l. stipulatus es. & l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio Romulo. vnde cùm non cantet instrumentum, nec ego cātabo, more Venetorum. ſm Bal. ff. de legat. ij. l. cùm pater. §. dulcissimis. quia quod non apparet, non dicitur esse. de consecra. distin. j. c. solenniter. ſm Lapum allega. lxxxix. ¶ Nec intellectualiter potest dici, ꝙ ī dictis capitulis pacis cōtinetur iste casus, scilicet. quòd inuasoribus possidentibus tempore guerræ fiat restitutio possessionis per ueros dominos & antiquos possessores titulatos, ut dicit not. Bal. in iiij. uolū. consilio cccclxiij. incipiente, statu-
6 tum &c. † ubi dicit, quòd statutum loquens in fauorem possessorū, non intelligitur de possessore alienæ possessionis uel de turbatore possessionis, sed tantū de legitimo possessore. allegat. ff. cōmu. diui. l. cōmuni. & l. æquissimum. ff. de vsu. & l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de offi. presi. ¶ Quia offenderetur ueritas & iustitia, cum veritas & iustitia uult, ꝙ dolosis & uiolētis possessoribus nō fiat restitutio possessionis ab eo, qui fuit uerus & iustus possessor titulatus, & turbatus in sua possessione ab actore: ut patet in c. licet causam. de proba & in l. si duo. ff. vti possid. per Bart. maximè qñ cū iudicis authoritate eijcit illos turbatores sine ui: ut dicit not. Bal. in dispu. sua incipiente, accusatus de ui turbatiua. in v. char. uersi. nūc incidit aliud dubiū. Et primò &c. ¶ Bene facit id, quod dicit Bal. in iij. uol. cōsil.
7 ccclxxj. in fi. † ꝙ ille qui continuat suam possessionem, quam penes alium reperit, propria authoritate iure licito facit, ut ibi per eum: quia habet ciuilem possessionē. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. pos. & in l. si de eo. §. si fortè. eo. titu. & Bar. in l. j. §. interdū. uti pos. & in l. j. C. unde ui. & uoluit Alex. in iij. vol. consi. vj. in iiij. colum. versic. non

obstat. Bene facit ad hoc id, quod dicit Bald. in l. si à non domino. C. de his, qui à non domino ma. & itē Bal. in c. j. de treuga. & pa. ꝙ qñ est in uasa terra ab aliquo, ille qui possedit, potest incontinenti recuperare, uel ex interuallo, si non habet superiorem, qui recuperet. & allegat gl. j. dist. ca. ius nãle. de cuius intellectu per Lud. in d. §. si fortè. & per Ioannē de Im. in l. j. §. qui pñs. ff. de uerb. obli. And. Barb. in consi. xlj. in vij. col. Et qñ per leges hoc non esset prouisum, rō naturalis hoc dictat: † q ratio nãlis cuncta rectè disponit, & conscientiam illico remordet, quoties fit ꝯ rōnē: ut dicit not. Bal. in conf. xxxviij. incip. dominus Thomas &c. in iij. uolu. & idem Bal. in ij. uol. consi. ccxxxiij. incipiente, dominus Papa. uers. in ꝯtrarium dicit &c. ꝙ rō naturalis magis debet attēdi, quàm cortex uerborū. Et tanto magis, quia ista capitula pacis facta sunt inter tantos Reges, quorum vnus est catholicus, alter Christianissimus, qui non præsumunē uelle fauere iniustis & dolosis possessoribus. Ideò dicebat Bal. in c. j. in prin. de pace iuramen. firman. ꝙ in capitulis pacis debet cessare omnis dolus: quia ubi latent insidiæ, non est pax. allegat beatum Augustinū de ciuitate Dei, & ideò dicit beatus Thomas de Aquino super Euāgelio Matthæi, c. x. & super euangelio Ioānis, xiiij. c.

9 † ꝙ pax, quæ est causa peccati, dicitē simulata & imperfecta pax. bene facit id, quod dicit Bal in consi. ccclxxj. incipiente, uisis cousilijs meis in tertio uolu. ꝙ non est bona pax, ex qua resultat iniustitia euidens & cum magno detrimento. Et ideò dicēdū est, ꝙ dicta capitula pacis non fauent dolosis possessoribus & turbatoribus: quia in scripturis principū præsumitē omnis dolus abesse, secundùm gloss. in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xij. Hinc est, ꝙ dicit beatus Ambro. tertio de officijs, hæc enim est regula iustitiæ, à qua non decet principē declinare, ut non afficiat quemquam damno iniusto, nec doli aliquid annectere, fraudisve componere: quia decet principem omnem fallentiæ materiam remouere: ut C. de ponderi. & auri. illa. l. quoties. per Lucam de Pēna. & de meta. l. oēs. in uerbo, fraudare. lib. ij.

10 † Diceretur enim ista pax Diabolica, si faueret possessoribus dolosis, ex quo offenderetē ueritas & iustitia. ut dicit beatus Bernardus ī quadam epistola, quā refert Luc. de Pē. in l. j. in uerbo, pacis. iiij. col. C. publicæ læti. li. xij. & allegat etiam ad hoc Egesippum de bello Iudaico. ubi dicit ipse, ꝙ in pace formanda, præsumendū est, ꝙ principes ueritatē examinaueruut: quia in pace formanda ueritatis examinatio debet interueni re, & ideò non ꝑsumitur in eis dolus

11 commissus, † quia omnis dolus, est contra ius diuinū: ut dicit Bal. in c. ij. in ij. col. in fi. de arbitris. Et ideò dicebat Bal. in l. j. ff. de constitu. princi. ꝙ non præsumitur aliquid placere principi, nisi iustum & uerum, & omnis actus suus regulatur à iustitia poli & fori. ¶ Et licet dictum capitulum pacis, uelit, ꝙ restituantur in possessione bonorum suorum quorumcunq;, quæ ipsi possidebant. Et sic generaliter loquatur, & per consequens comprædendit possessores etiam uiolentos secundùm corticem uerborum: quia uerba principis generalia non recipiunt restrictionem de habilitate, ut dicit Iason doctor Modernus in l. j. C. de sacro san. eccle. tñ ipsemet dicit, ꝙ hoc uerum est habilitate iuris

12 positiui. Sed † bene restringuntur uerba principis de habilitate iuris naturalis uel diuini. accedant no. per eundem in l. j. § nuntiatio. ff. de ope. no. nun. Sed cōtra ius nãle & diuinū

esset, si faueretur per capitula pacis, talibus dolosis possessoribus. Ergo intelligitur capitulum de possessoribus non dolosis, quibus non est facienda restitutio per principes, ut dicit Im. in c. super hoc. in v. col. de renun. & Ange. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliã de vi. quia regula est, ꝙ fraus & dolus non debet alicui patrocinari: ut dicit tex. c. ex tenore. pe rescrip. & ibi cõcor. inuadere enim rem alienam, est contra ius naturale: ut no. gl. dũ tractat de milite & rustico in l. si qs in tantam. C. vnde vi. Maximè cũ clarè constat ipsos dolosos possessores esse turbatores & molestatores eorum, qui à longissimis tpibus possederunt. ¶ Nec prædictis obst. quod dicit Ang. ĩ l. si quos. C. de ca. & post limi. reuer. ubi dicit, & quia text. hic dicit, ꝙ ante tenuerunt ꝙ uerbum uerificatur in cõmodatario, & colono, & alijs hñtibus detentationẽ asininã. Et istud est utile pro eiectis, qui tpe pacis reuertuntur cum pactis, ꝙ eis restituantur quæcunque tenebant tẽpore eiectionis eorum: nam recuperabunt mobilia & immobilia, quorum habebant dominium uel possessionẽ, aut simplicem possessionem asininã. ¶ Quia ad hoc fuit responsum, ꝙ capitula pacis dictorum Regum non dicunt, ꝙ restituaẽ possessio illis, qui tenuerunt: sed dicit, ꝙ restituanẽ in pos-

13 sessione bonorum suorum, †& inter dicta uerba uidelicet tenere, & uerbũ possidere maxima est differentia: ut not. in l. stipulatio ista habere licere. §. hoc quoq;. ff. de uerb. obli. & Insti. de actio. in princi. & tanto magis, qa capitulum pacis dicit, restituantur in possessione bonorum suorum: & sic præsupponit, quod ill, quibus debet fieri restitutio fuerint possessores & domini, ƒm Bar. in l. cũ res. ij. col. uer sicul. quid dicemus, &c. C. si alie. res pigno. data sit. & pro hoc tex. in l. so lum. §. meum. ff. de rei uendic. & in l. pluribus §. ulti. ff. de uerb. oblig. ƒm Card. Flo. in Cle. j. in prin. de procu. facit bonus tex. in l. is qui suis nũmis ff. de manumissio. ubi seruus conniuentibus oculis domini habebat pecuniam, licet propriè non potuit illa pecunia dici sua respectu dominij,

14 †licet interdum ƒm subiectam materiam uerbum suis, non importat dominium: ut est uidere exemplum, qñ famulus dicit iumentum meum, & scriptor, qñ dicit quinternũ quem scripsit esse suum: ut dicit glos. in l. ij. uerbo, Papyrius. ff. de origine iuris. & not. Bart. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. & Bart. in l. cũ suæ. ff. de lega. iij. & in casu, de quo loquimur, attento, ꝙ in contractu pacis inter istos Reges actum est, ꝙ restitutio possessionis fiat possidentibus tẽpore dictæ guerræ, iste contractus habetur pro lege, ƒm Bal. in l. j. in uerbo, pactiones. de pace constan. & probatur in l. Cæsar. ff. de pub. & no. Bar. in l. donationes. ff. de do. inter uir. & uxo. & Bal. in l. j. C. de hære. uel actio. uendi. Abbas in c. j. de proba. Bartol. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & Barto. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & Bal. in l. bene à Zenone. C. de qua. præscri

15 ptio. †& ubi in l. fit mentio de possessoribus, intelligitur de illis, qui iustè possederunt, non de inuasoribus. secundùm Bal. in l. j. C. de usuca. ubi quando uerbum possessio, profertur à lege, intelligitur de ciuili possessione, secus si profertur à testibus: ut dicit Ioannes de Imol. in l. tertia. §. ex contrario. in uerbo, Trebatius. ff. de acquirend. possessio. ubi accipitur ciuilis possessio pro iusta, ut ibi per Alexand. & hoc tenent Modern. scribentes in capitul. causam quinta columna de præscriptio. pro hoc faciunt omnia illa, quæ allegaui in capitulo primo, in principio per quos

fiat inuestitura, quòd ei qui spoliauit violenter alium non potest cõfirmari possessio, & princeps cõfirmando possessionem intelligitur de iusta possessione, quæ omitto cã breuitatis, remittendo me ad ibi dicta p me & Lud. in l. iustè possidet. ff. de acq. r. pos. ¶ Itẽ in dictis capitulis pacis est expressè cautũ, q restitutio possessiones fiat illis possessoribus, qui possidebant tẽpore guerræ qui partem Christianissimi Regis Francorũ 9 catholicũ Regẽ tenuerunt, & sunt secuti. Et per 9ñs nõ omnibus possessoribus possidẽtibus in initio belli apud Tripaldam debet fieri restitutio pos
16 sessionis. † Quia illud relatiuũ qui partem &c. restringit illud verbum, possessoribus, ex quo positũ est sine copula: vt in l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. iij. no. Bart. in l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure. & in l. j. C. de summa Trini. Et ista est regula, quæ habet aliquas limitationes, de quibus per Iaso. in d. l. j. C. de summa trinitate. nec dicti nobiles de Richardis probauerunt illo tempore secutos fuisse partẽ Regis Franciæ: imò constat, q tunc tẽporis dicti Alex. & Lionectus fuerunt in ciuitate Ferrariæ: & sic nõ possunt gaudere dicto capitulo pacis. Et pro hoc facit illud quod dicit
17 † q qñ qualitas requisita in persona vnius, nõ est in persona alterius, aliter dicendum est, quã de illis, vbi est dicta qualitas: vt firmat Alexan. in v. vol. cõsi. cxxxix. circa finẽ. ¶ Itẽ facit illud quod dicit, q ubi sunt exclusæ exceptiones oẽs per statutũ, tñ non sunt exclusæ exceptiones, quæ oriuntur ex eadẽ scriptura. Et sic exceptio quæ oritur ex lectura capituli pacis, quod requirit qualitatẽ prædictam, ſm Bart. in l. j. §. parui. ff. quod vi aut clam. & Bal. & Sali. in l. ita pudor. C. de adulterijs. & not. Abb Sic. in c. ex parte. lo secundo. de offi. de lega. nec aliæ exceptiones rationabiles, ſm Archidia. in c. lator. ij. qõ. vij. & Geminia. in c. qm. xviij. dist. ¶ Et si diceretur, q postquã dicti nobiles de Richardis nõ possunt petere, q eis fiat restitutio possessionis vigore capituli pacis: quia non fuerunt secuti partes Regis Franciæ in dicto bello, & quia indebitè priuauerunt Alphonsum sua naturali possessione dicti castri, qui ciuiliter possidebat: vt supra dictũ est, saltim debet eis restitutio
18 possessionis dicti castri fieri, † quia vltimũ spoliũ est purgandũ. & sic cũ ipsi vltimo loco sunt spoliati ab Alphonso, debet eis fieri restitutio dicti castri: vt in l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iuliam de vi. cũ concor. ¶ Ad hoc fuit rñsum multis modis. ¶ Et primò, q ipsi de Richardis non fuerunt possessores, sed turbatores, vt suprà dictum est. Itẽ, quia si fuissent possessores, fuissent dolosi possessores. & licet illa exceptio, dolo facis petere quod restituturus es, nõ habet locũ qñ agitur possessorio recuperãdæ: quia spoliatus ante omnia est restituendus: vt d. l. si quis ad se fundũ. & in c. olim. de restitutio. spoliatorũ cũ simi. & Dyn. in regula. dolo facit. lib. vj. & l. in cõdẽnatione. in fine. ff. de regu. iuris. & no. in c. cũ dilectus. de cã posses. & proprietatis. & Ioan.
19 And. in c. pastoralis. eo. titu. † tñ qñ agitur possessorio recuperandæ vigore capituli pacis, tunc dicta exceptio dolo facis, obstat agenti possessorio vigore capituli pacis. Istud fuit mirabile dictũ Bal. in c. j. in uerbo, possessiones. de pace Cõstantiæ. Et si diceret, q Bar. & Ange. in l. meminerint. C. vnde vi. expressè dicũt, q qñ in lege dicit, q spoliato illico fiat restitutio: tunc nõ habet locũ exceptio dominij, nec exceptio, dolo facis. Et in dicto c. pacis. expressè dr, q illico dictis possessoribus fiat restitutio, ergo

non obstat exceptio dñij, vel exceptio, dolo facis &c. & Bald. in d. verbo, possessiones, non facit mentionẽ de verbo, illico. ¶ Ad hoc fuit responsum, ꝙ Bart. & Ang. in d. l. meminerint, loquuntur, qñ agitur possessorio recuperandæ ex condictione d. l. meminerint: quæ loquitur qñ tutor vel curator impetrat rescriptũ vel interlocutoriam, vt ei liceat ingredi possessionẽ alicuius rei stabilis absq; citatione partis, in qua pupillus erat in possessione, quod quidẽ rescriptũ est
20 ipso iure nullũ. † Si ipse tutor uel curator sit, nulliter spoliauerunt pupillum eius possessione, factũ istorũ tutorum nõ debet nocere pupillo vel adulto: imò ipse tutor vel curator illico debet condẽnari ad restituendũ possessionẽ, & non obstat illa exceptio, dolo facis &c. nec exceptio dominij, qa ipse tutor vel curator fuit in manifesto geminato dolo videlicet in impetrando nulliter rescriptũ ꝯ suũ pupillum, quod est sibi de iure ꝓhibitũ, vt in d. l. meminerint. ¶ Secundò, quia eũ spoliauit de facto, & ꝓpterea illico pupillo debet fieri restitutio possessionis, & nõ obstat exceptio, dolo facis &c. Imò punitur tutor uel curator pœna deportationis cum publicatione bonorũ. ¶ Et si diceretur, ista rñsio non militat, qñ simpliciter peteretur restitutio possessionis. ¶ Ad hoc fuit rñsum, ꝙ cõmissarij deputati super restitutione possessionis, non habent cognoscere nisi de illis spoliatus, qui cõprehendũtur ex d. c. pacis. unde corã eis nõ potest fieri dicta petitio restitutionis possessionis ex remedio d. l. si q̃s ad se fundũ. cũ cõcordantijs. ¶ Secũdo modo fuit rñsum, ꝙ qñ bene potuissent dicti cõmissarij cognoscere de restitutione possessionis de iure cõmuni, nõ potuissent ꝓcedere virtute regię pragmaticæ catholicæ maiestatis factæ, qua cauetur, ꝙ capta & erecta per regẽ Alphonsum primũ, vel Regẽ Ferdinandũ primum, data, vendita, uel cõcessa alijs sic teneri iubet sine aliqua innouatione, ne lis vel qõ aliqua iure uel iniuria moueri possit in iudicio uel extra, & cùm iste Alphonsus & eius pater habuerũt inuestiturã de dicto castro à Rege Ferdinãdo primo, & possederunt ꝑ annos xl. & vltra. Ideò non põt inquietari: nec capitulũ pacis tanq̃ vltimò factũ, corrigit hãc pragmaticã in hoc casu, in quo nõ cõcurrunt dictæ duæ qualitates in persona dictorum nobiliũ de Richardis. ¶ Primò, quia sunt inuasores & turbatores. ¶ Secundò, quia nõ sunt secuti partes Regis
21 Franciæ. Et tantò magis, † quia dicit tex. in l. si quis vi. in princip. ff. de acqui. poss. si quis vide possessione eiectus fuerit, perinde haberi debet, ac si possederit, cũ ex interdicto vnde ui recuperãdæ possessionis facultatem habet. & alius tex. in l. nõ uidetur, eo. titu. dicit, non videtur possessionem adeptus, qui ita nactus sit, vt eam retinere nõ possit. Cũ igitur isti de Richardis ꝓpter dictã possessionem captam de dicto castro absente dicto Alphonso propria authoritate non possunt dici possessores ciuiliter possidentes dictum castrum, sed potius inuasores: nam dicit notan. Bal. in c. j. in princi. in xj. colũ. de his, qui feu. dare pos. vbi dicit ista uerba formalia: † scias ꝙ præter ciuiliter pos-
22 sidentem nullus lucratur fructus ratione possessionis, sed ratione iuris quod habet in re. i. rõne utilis rei vẽdicationis uel utilis Publicianæ, qa ciuilis acquisitio est fieri dominũ fructuum, vt in glo. in d. §. ex ꝯrio. ¶ Itẽ scias ꝙ nullus habet ciuilem, nisi ei correspondeat dñium uel quasi, uel res à nullo possideatur, secũdũ And. de Iser. & nõ dicit ubi, imò veri tur-

batores ꝓpter ciuilem possessionē, quā retinebat dictus Alphonsus, & vigore ciuilis possessionis dicti castri fuit sibi licita recuperatio possessionis nālis, per ea, quę supradicta sunt, maximè autore ꝑtore, vt s. dictū est. ¶Quare post longā discussionē dñorum auditorū S.C.M. & aliquorum cōsiliariorum deputatorū, ad dictas restitutiones faciendas iuxta d.c.pacis fuit cōclusum & deliberatū, ꝙ dictis de Richardis non fiat restitutio possessionis dicti castri. Et sic ipse Alphonsus fuit absolutus ab eorū petitione: & qa hæ discussiōes visæ mihi fuerunt pulchræ, ideò hic inseruit.

DECISIO CCCCIIII.

De falsario feudatario, qui rasurā cōmitti mandauit, & de pęna cōmittentium falsum.

SVMMARIVM.

1 Inuestitus de feudo qui rasuram & falsum in rescripto confirmationis mandauit facere, qua ueniat puniēdus pœna. 19.
2 Abrasio facta in rescripto gratiæ uel iustitiæ differt.
3 Inuestitura ueteris feudi dicitur confirmatio.
4 Confirmatio non tribuit ius sine confirmabili inesse posito.
5 Abrasionem facere in narratiua vel in dispositiua differentia est.
6 Constitutio Regni, quod ius sit.
Statutum loquens de delinquente, an comprehendat mandantem.
7 Interpretatio ficta in statutis locū non habet.
8 Tria ad esse falsitatis requiruntur.
9 Falsum cuius qualitatis oporteat ꝙ sit, antequā quis de illo puniatur.
10 Rescriptum Papæ falsificans qualiter puniatur.
Intellect⁹ c.ex lr̄is.de fide instrõꝵ.
11 Manum impunè ad rescripta apponere, quis possit.
Rasura ꝑ impetrantē facta quātuncunq; modica etiam in nō suspecto loco facit radentem falsarium.
12 Rasum in literis iustitiæ in dubio ab officiali præsumitur.
13 Falsum cōmittens sine tertij interesse, arbitrariè punitur.
14 Pœna capitalis, quō intelligatur.
Publicatio omnium bonorum pro morte ciuili est sublata. 22.
15 Pœna falsificantis Regiū rescriptū, nu. 18. 20.
Pœnæ duæ pro crimine falsi.
16 Seueritas in inquirendo exceptionem falsitatis rescripti opposita.
17 Pœnalia per identitatē uel maioritatē rationis, non extendenda.
Regula, quòd pœna falsi non est vltimi supplicij.
18 Fabricare uel fabricari procurare, differunt inter se.
21 Intellectus Panormitani c.ad falsariorum, de crimine falsi.
22 Deportatio facit cessare omniū bonorum publicationem.
Remissio criminum generalis crimen falsi non includit.
23 Nobilitas nō excusat i crimīe falsi.
Falsi crimen detestabilius est ueneficio, & homicidio, & hominem ad nihilum reducit.
24 Falsarius an priuandus feudo.
25 Repudium potest fieri cū falsario.
Dubia causarum dissoluere nescimus, propter peccata.

FVIT per illustrē magnū capitaneū & Viceregē catholicæ Maiestatis mihi & tribus alijs doctoribus Regijs Cōsiliarijs iniunctum, vt uotaremus, quid iuris nobis vr̄ de infrascripto dubio, videlicet: † vtrū inuestit⁹ de feudo à Rege Ferdinando scd̄o, à quo non fuit tradita possessio dicti feudi, & defuncto dicto Rege & ei succedente Rege Federico suo patruo: à quo inuestitus prædictus obtinuit cōfirmationē dicti feudi cū clau

sula, quatenus in possessione existit, quæ cõfirmatio Regis Federici fuit cõpleta & sigillata. Et licet ipse inuestitus obtinuisset literas opportunas, tã à Rege Ferdinando secundo, quã à Rege Federico, ꝙ sibi traderet cor poralis possessio illius feudi, illam cõsequi non potuit: quia fuerat promissum, vt asseritur hominibus dicti feudi & castri, ꝙ semper esset dictũ feudum & castrũ in domanio dñi Regis Tamen ipse inuestitus habens dictã cõfirmationẽ in suis manibus repertũ est, ꝙ in illo loco, vbi dicebat, quatenus in possessione existit. fuit totũ hoc deletũ & abrasum eius mãdato, & fuit immutatũ & scriptũ per aliã scripturã ex longo interuallo, postq̃ dicta confirmatio & priuilegiũ fuit expeditũ & sigillatũ eo sciente & vidẽte ĩ. scripta verba, uidelicet ſm tenorẽ sui priuilegij. Et istud priuilegiũ fuit exhibitũ instante præfato illustri uicere ge per dictum inuestitũ. Qui protestatus fuit, ꝙ non vult eo vti, nec vsus fuit. Si propterea iste inuestitus sit puniendus pœna cõstitu. Regni, qui literas, vel qua pœna veniat puniendus de iure. ¶ Et redditur istud dubium difficile propter quali tales, & circunstantias, quæ sunt in dicto dubio. ¶ Et prima difficultas est: quia ista abrasio & immutatio facta in dicto Regio priuilegio ꝯfirmationis, nõ est facta super inuestitura feudi, quæ dr̃ gratia: sed est facta sup literis confirmationis gratiæ feudi: & 2 sic sup literis iustitiæ. † Nã dñs Rex Federicus, qui successit in Regno dicto suo nepoti, tenebatur confirmare inuestiturã dicti feudi factã dicto inuestito per Regem Ferdinãdũ primũ, per tex. in c. j. §. laici verò. q̃ succe. teneatur. la j. vbi si laici dñi inuestituram feudi alijs fecerint de feudis, eorũ hæredes omnino adimplere compelluntur. bonus est tex. in c. j. quo tempore miles. ibi, post mortẽ dñi sui debet uasallus petere inuestiturã, i. cõfirmationem. iuncto text. in 3 c. j. in prin. p quos fiat inuestit. † vbi inuestitura veteris feudi, quæ dr̃ con firmatio, quæ fit de iusta possessione, põt ẽt fieri per minorẽ: quasi in hoc fit debitor ipsi vasallo eã petenti. bonus est tex. in c. j. in prin. de c. Corra. vbi si vasallus per annũ & diẽ stetit ꝙ post mortẽ dñi sui inuestituram. j. cõfirmationẽ nõ petierit, cadit à feudo &c. concor. text. in l. Imperialẽ. §. præterea. de ꝓhi. feu. ali. per Federi. Cũ igiẽ dicta confirmatio Regis Feder. fuit de iustitia, † quia cõfirmatio nõ tribuit ius, nisi reperiaẽ confirma bile, & id ponaẽ in esse: vt ff. de libe. lega. l. Aurelius. ſm Bal. in c. ex literis. ij. col. de fide instru. & in d. §. præterea. ¶ Tunc sic cõmunis conclusio est, quòd qñ abrasio est facta in literis confirmatorijs, seu literis de iusti tia, tunc ista rasura iudicatur, sicut de rasura alicuius instrumenti: ut dicit Inno. in d. capit. ex literis, & ibidem Ioan. Andræ. & Sal. in l. maiorem. C. ad leg. Cor. de fal. per c. accedens. de cri. falsi. quem refert Ioan. de Ana. in ca. ad falsariorum. viij. col. eo. titu. & sic constitutio illa, qui literas. nõ habet locum, quãdo abrasio esset facta in literis iustitiæ uel confirmationis, sed in literis gratiosis uel instrumen 5 tis. ¶ † Sed ad hoc posset responderi, ꝙ hoc habet locum, quando rasura in rescripto iustitiæ esset in narratione facti, secus in dispositiuis à principe, prout erat in casu, de quo agiẽ, & per consequens non vendicat sibi locum dispositio dicti capi. ex literis. iuncto d. capit. accedens. ¶ Item posset aliter responderi, quòd in dicto c. ex literis. & in d. c. accedens. nõ cõstabat quis fecerat dictam rasuram in dicto rescripto iustitiæ, ideò dicta rasura non nocet. Sed vbi constat, quis

fecit rasuram in rescripto iustitiæ, nō est dubiū, ꝙ incidit in pœnā l. Corn. de fal. Et ideo concludendum est, ꝙ qn̄ constabat, ꝙ pars post perfectum rescriptum fecit ibi rasurā & immutauit, debet habere locum pœna dictæ constitutionis Regni. ¶ Secunda difficultas est: quia nō habemus in ꝓcessu, quod dictus inuestitus raserit dictū Regium priuilegium, sed bene habemus, ꝙ ipse fecit fieri dictam rasuram & immutationē, quam dicit fecisse per ignorantiam. Et dicta constitutio Regni loquit̄ in persona eius,
6 qui immutauit. † Et constitutio Regni, est ius municipale Regni, & non vniuersale ius: quia unaquaque prouincia suo sensu abundat. xxv. distin. capi. fin. totum istud Regnum habetur pro una prouincia ut dicit Andr. in consti. Regni, consuetudinem. de præscrip. Et sic constitutio Regni vocatur ius ciuile huius Regni: ut in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Et per consequens secundum veram conclusionem statutum pœnale loquens in persona delinquentis, non compræhendit mandantē ex propria verborū significatione, sed ex interpretatione: ut dicit not. Bart. in l. hæc verba. ff. de adulterijs. & in l. si quis id quod. §. fi. ff. de iurisdictio. omnium iudicum & ille, qui mādat nō dicitur verè facere, sed interpretatiuè: ut in l. j. §. deiecisse. in glo. ff. de vi & vi ar-
7 ma. † quæ interpretatio, cum sit fictionis, non habet locum in statutis: vt in l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. & in l. constitutionibus. ff. ad muni. no. Bar. in l. j. ff. de fonte. & not. in l. si verò. § de viro. ff. solut. matr. & in hoc multa possent allegari, quæ allegat Alexand. in iiij. uolu. consil. lxv. incipien. visa quadam constitutione. & Iason in dicta l. si quis id, quod. quæ omitto breuitatis causa, & sic dicta constitutio non habet locum in mandante. ¶ Tertia difficultas est, quia dicit Pet. de Anch. in cōsi. xxiij. incipiente, visa inquisitione &c. † ꝙ 8
tria requiruntur ad esse falsitatis, uidelicet dolus. Itē mutatio veritatis, & ꝙ alteri noceat, in dicto inuestito videtur, ꝙ fuit dolus, quia fabricauit radendo & mutando, vt suprà. ¶ Et propterea dicebat Bal. in d. c. ex literis. quòd radere, dolus & falsitas est, non error. C. de testamē. l. erroris. C. de magistra. conuen. l. fi. Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iu. Mutatio veritatis est notoria. An autē talis mutatio nocuit alteri, in hoc stat difficultas: nā prætendit dictus inuestitus, ꝙ dicta immutatio nō nocuit alteri, [a] ex
a quo sunt tot & tātæ literę Regis Ferdinan. secundi, & Regis Federici sup traditione possessionis dicti castri, q̄ tandem habuit non virtute dicti rescripti rasi, & confirmationis. & illa rasura nemini est nociua, & ꝓptereà succedit doctrina glo. & Bar. in l. damus. C. ad legem Cornel. de fal. quæ
9 vult, † ꝙ ad hoc, vt quis possit puniri de falso, est necesse, ꝙ illud falsum sit tale, quod noceat alicui, & quod dolosè fuit factum. & ad hoc multa allegauerunt aduocati dicti inuestiti, de quibus per Alex. in j. uo. consi. lxx. in vj. colu. quod incipit, viso processu. ¶ Sed huic difficultati posset responderi, quia prædicta habent locum in falsificante instrumentum nemini nociuum, uel in utente instrumento falso nociuo, secus in radente & immutante Regium rescriptum sigillatum nam ratione fabricationis rasuræ, & immutationis, non reperio aliquem doctorem dicentem, ꝙ si illa rasura & immutatio nemini nocet, quòd nō sit pœna l. Corneliæ de fal. nam text. in l. si falsos. C. de falsis, expressè tenet, quòd si falsificans ratione fabricationis etiā sine vsu punitur pœna falsi, nec distinguitur, an sit nociua,

necne. Et ideò gl. in c. licet. versi. quin
10 ta fallitas. de cri. fal. dicit, † ꝙ quicũque radit uel immutat rescriptum domi. Papæ sibi assignatum, excommunicatus est, & falsarius: ut dixi suprà proximè, & in hoc nulla distinctio adhibetur per Docto. an immutatio sit nociua, necne, licet sit argumentum in contrarium in c. ex literis. de fi. instru. ¶ Sed potest respondere, ꝙ illa rasura in d. c. ex literis. fuit facta per illũ qui literas ipsas subscripsit, non per illum, qui illis vtebatur, & cum ista intelligentia pertransit ibi Ioan. Andr. & post eum alij scribentes. sufficit ergo, ꝙ rasura fuit facta per partem in rescripto principis: quia non distinguitur, an in loco suspecto uel non facta sit rasura: ut dicit etiam Inno. in d. c. ex literis. & idẽ Bal. ibi. qui dicit referendo Innoce.
11 † ꝙ nullus potest apponere manum ad rescripta uel priuilegia nisi cancellarius uel officialis curię. & si alius apponat manus, est falsarius etiam si in loco non suspecto, etiam si in sylla ba vel puncto. secundum Inno. & sic non distinguitur, an noceat uel non. Nec debemus dicere, ꝙ glo. prædicta dicit nõ per illũ, qui utitur: quia illud verbum utitur, capitur pro eo, qui fecit rasurã, nã ille, qui fabricat falsum, ideò fecit, ut uteref, dicit Alb. de Ro. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. & fabricans falsum sine usu punit, ut in d. l. si falsos. & idẽ dicit Ioã. And. in d. c. ex literis. & gl. in c. in memoriã. xix. dist. dum dicit, ipso facto dicitur falsarius, vt si charta apparet rasa uel immutata, &c. & Abb. Sicu. in c. fi. de cri. fal. dicens, ꝙ si facta est rasura per impetrantẽ, quantuncũq; esset modica, falsarius iudicatur, etiam quando
12 est in loco non suspecto: † in dubio aũt præsumit rasum ab officiali in literis iustitię. Et ideò dicit Vincẽ. quẽ refert Hostien. in sum. de cri. fal. in §. porrò. ꝙ si in rescripto est rasura, & constat, ꝙ ab impetrante rescriptum facta est. obst. de rescri. c. significãte. & c. Rodulphus. si dubitet, nõ obest. & sic intellexit dictã decretalẽ, ex literis. Et ꝓptereà dicebat Ang. in lectura ad pœnam. in l. qui veluti. C. de falsis. nõ prodest scriptura falsa scribẽti, quia tenetur l. Cornelia de fal. no. bene istã legẽ, qa quotidiana est. multi. n. sunt qui scribunt schedulas & apochas manu propria, & in eorũ fauorẽ. nã licet dictæ apochæ & scripturæ non prosint scribenti tñ si probari potest, ꝙ hæc scriptura sit falsa, qui scripsit eã, teneẽ de falso, & sic illa scriptura non prodest, nec nocet, & tñ in fabricante cõmittit falsitas.
13 † Ego credo ꝙ Ange. dicat veritatẽ, ut cõmittat falsum, sed non punitur l. Cornelia de fal. sed arbitrariè. bene ad hoc facit quod dicit Bal. in d. l. si falsos. quòd ex fabricatione falsi irremediabiliter tenetur de falso. nec est in cõsideratione, quòd nemini dedit damnum: quia sufficit, ꝙ potuit dãnum dare, licet non dedit. ideo uidetur posse dici, quòd dispositio dictæ constitutionis Regni, non recepit limitationem ex glo. in d. l. damus. sed bene recepit limitationem: ꝙ nõ habet locum in mandante fieri rasuram & immutationem, sed tantum in radente & mutante per se, per ea quæ sunt suprà allegata. ¶ Quarta diffi-
14 cultas est, † quia dicta cõstitutio Regni dicit, capitali feriatur sententia, quæ verba possunt intelligi de sententia capitali ciuili, & non de morte naturali, ut dicit glo. sing. in l. j. C. ne manci. Christianum Iudæus uel hæreti. & c. quam glo. ad hoc pro singullari alleg. Ioa. de Imo. in l. ij. ff. de publi. iud. & firmat Ioan. Andr. in ca. quanto. de iureiur. & ista pœna ciuilis mortis est absque publicatione omnium bonorum, quæ publicatio

omnium bonorū ꝓ morte ciuili est sublata, ꝑ tex. in aut. vt nulli iud. §. fi. ſm gl. in d. l. j. §. fi. ff. ad l. Cor. de fal. & firmat hoc Raph. Fulg. in ꝯſ. cxxxviij. inc. hoc maximè ꝓſuppoſitū, &c. ante fi. ¶ Quid ergo dicā ego, in tanta difficultate ueſtræ Illu. dñationi? dico, ꝙ ſtantibus ꝓdictis dictus inueſtitus nō pōt puniri pœna dictæ cōſti-
15 tut. Regni. † Ideo q̄ro, qua pœna ſit de iure cōi plectēdus ille, qui radit et immutat reſcriptū Regis de iuſtitia, uel cōfirmatione Regia. ¶ Rñdeo, ꝙ Sal. in l. maiorē. C. de fal. dicit, ꝙ lex illa maiorē. dicit, ꝙ qui cōmittit falſum in reſcripto principis debet pati maiorē pœnā, & conſiſtit iſta maior pœna in pœna mortis naturalis. hoc dicit uoluiſſe gl. in l. ubi, in uerb. cōmiſſi. C. de falſis, quia duæ pœnæ reperiunē impoſitę ꝓ crimine falſi. ſ. de portationis, q̄ dr̄ mors ciuilis & mors naturalis. ut ī l. j. §. fi. ff. de fal. Ex quo illa lex dicit maiorē pœnā, intelligiē de maiori pœna illarū duarum pœnarū, quæ ſunt in d. l. j. §. fin. & ſic ēt refert Sal. Io. de Ana. in c. ad falſariorū, de crim. fed. ſed Ang. de Peru. in lect. ad pœnā, ī d. l. maiorē. aliter dicit, vc; ſi opponiē exceptio falſitatis reſcri-
16 pti, † maior ſeueritas in inquirendo exigitur, q̄ in alia falſitate, & falſo cō parato debet falſari⁹ carcerari, & pœna ꝯdigna puniri: nā iſtud uerbū, maior pęna, nō eſt cōparatiuū huius poſitiui pœnā: ſed iſtius poſitiui ſeueritate. i. ꝙ inueſtigando hanc falſitatē, maior ſeueritas requiritur, quā ſi dicaē falſum aliud inſtrm. ¶ Nec ob. gl. in d. l. ubi in uerbo, cōmiſſi, quia illa gl. dicit, ꝙ qui ſciens vſus eſt falſis reſcriptis, debet decapitari: ut in l. maio
17 rē. Quia rñdeē duobus modis. ¶ † Primò, quia pœnalia ꝑ identitatē rōnis, uel ꝑ maioritatem rōnis non extendūtur: ita dicit gl. in c. ſæpe cōtingit, de tēp. ord. li. vj. quā gl. & alia iura ad hoc propoſitum alleg. Alex. in ij. vol. cōſ. cxiij. inci. uiſo inſtrō, in ij. co. uerſi. & poſito, ꝙ maior eſſet rō, & in e. uol. cōſ. ccij. inci. in j. col. Nec in caſu de quo agit, pōt ꝯſiderari fauor reip. cū iſta Regia cōfirmatio nullū parit ꝓiudicium, nec alicui poterit nocere, nec ea dictus inueſtitus fuit uſus. Et ſic illa gl. quæ loquitur in utēte ſciēter falſo reſcripto non pōt adaptari ad eū, qui raſit Regiū reſcriptū, & in eo immutauit, & nō fuit uſus, & talis raſura & immutatio nemini nocuit, uel ꝓfuit. ¶ Scdò rñdeē, ꝓut dicit Ange. in lect. ad ſtampā, in d. l. ubi. nota hic caſum, in quo ꝓ falſo puniē pœna capitali. ſ. qñ falſum eſt ualde graue, exemplū pōt poni in eo, q̄ multa acta cōbuſſit in perniciē reip. ut ueritas apparere nō poſſet. ¶ Itē in eo, q̄ partum ſuppoſuit: ut in l. j. s̄. eo. regulariter aūt non eſt pœna ultimi ſupplicij. Et ſic ꝑ iſta ruit totaliter dictū Sal. & gl. in d. l. ubi, quæ loquiē de iſtis falſitatibus grauibus, ꝓut dicit
18 Ang. vt s̄. dictū eſt. ¶ † Tertiò mō pt rñderi, ꝓut dicit Io. Fab. in §. itē lex Iulia. Inſti. de publ. iud. ubi dicit quę rēdo, quę ſit pęna cōmittētis falſum. Et dicit, ꝙ ſi in reſcripto fuit cōmiſſa falſitas, ſi quidē reſcriptum eſt gratioſum, & eſt laic⁹, puniē ultimo ſupplicio, ut in d. l. maiorē. Et ſi eſt clericus, degradaē & curiæ ſeculari tradiē: ut in c. ad falſariorū, de crimi. fal. Si uerò reſcriptū ſit ad cās, nō vr̄ imponenda hæc pœna, cū nō ſit tm̄ præiudiciū: ut in c. accedēs, eo. tit. Et poſt diſtinctionem ſuam dicit, unde pōt dici gñaliter, ꝙ hęc pœna ſit arbitraria, & imponatur maior, qñ maius eſt delictū & minor, qñ minus, ff. e. l. diuus, & l. qui falſam. §. fi. & C. e. l. ubi. in fi. Et ulterius dicit idē doc. ꝙ utens tm̄ falſa ſcriptura, nō debet tantū puniri ſicut fabricans uel fabricari ꝓcurās: ita pōt intelligi, qđ not. in §. ijſdem

pœnis,in auth.de nõ alien. Nec obst. dicit ipse d.l.maiorẽ,qa debet intelligi,qñ quis fabricauit, uel procurauit falsum rescriptú,& eo usus fuit, non aút qñ simpliciter fabricauit falsum
19 rescriptú,& eo nõ fuit usus.¶†Quare cõcluditur,qđ in casu, de quo loquimur,ex quo rasura & mutatio in rescripto facta de mãdato dicti inuestiti nõ facit p̄iudiciũ,nec ꝓdest alicui, nec eo usus est, pœna est arbitraria.
¶Bene tñ aduertendũ est,ꝙ Cy.in d. l.ubi dicit istaverba formalia,ultimò
not.ꝙ ꝓ falso imponĩ pœna capitis naturalis ad literã, qñq; imponĩ pœna capitis ciuilis:ut hic, & dixi in l.j.s̃.e.ibi Cy.d.ista uerba, tertio oppono,dr̃ hic ꝙ crimẽ falsi est capitale.Contrà, ꝙ imò in libero hoĩe est pœna deportationis:ut in l.j.§.fin.ff. eo.ti.¶Solutio, deportatio est pœna capitalis:ergo &c.uel hic acrius punitur in partu supposito & falso : ut sit sp̃ale.dicit ipse,primã teneo:sed de ista authoritate Cy.ñ facio uim.Quia tex.in d.l.ubi.dicit capitali post ꝓbationẽ supplicio,si id exigat magnitudo criminis cõmissi,uel deportatiõe, & sic tex.dicit, ꝙ interdũ punĩ pœna capitis naturalis,interdũ pœna capitis ciuilis,ꝓut ẽt dicit tex. in l.j.§. fi.ff.de fal.& sic ẽt dicit gl.in d.l.ubi. nã seruo imponĩ ꝓ falso pœna mortis naturalis , & libero, qñ fabricauit falsum rescriptũ,& eo usus est,ut s̃. dictũ est,qđ nõ est in casu, de quo a-
20 git.¶†Et licet fuisset ꝯ dictũ inuestitũ allegatũ quoddã capitulũ Regis Caroli primi,qđ incip.ut quæ ab excellentia nostra ꝓcedunt, &c. chart. cv.s̃m ordi.Neap.ubi dr̃ , ꝙ falsificatores sigilli Regis & aliorũ Regũ p̄decessorũ legitimorũ dñorum & ipsis utentibus puniunĩ ultimo supplicio cũ publicatione bonorũ omniũ: cũ maius delictũ sit falsificare sigillũ Regis,q̃ cudere falsam monetam.Et

idem dicendũ est in radente lr̃as Regis sigillatas.Tñ per me dicebatur in discussione p̄sentis negotij , ꝙ dictũ capitulum loquiĩ in casu suo: nec est extendendũ ad aliũ casum ẽt, ubi est identitatis rõ,uel maior rõ,ꝑ ea,quæ s̃.allegaui circa hoc.¶Allegabaĩ etiã in ꝯriũ id,qđ dicit Ab.Sic.in c. ad falsariorũ.de cri.fal.ubi dicit ꝑ illũ tex. ꝙ falsificãs rescriptũ principis puniĩ ultimo supplicio.i.pœna mortis. Et hoc est sp̃ale in ista sp̃ẽ falsitatis , tñ
21 huic obiectioni.¶†Ego rñdebã, ꝓut dicebat Inn.ibi,ꝙ d.c. ad falsariorũ, & illatio dñi Abbatis nõ habet locũ nisi in falsificãte rescriptũ Papæ , secus in alijs:qđ patet:quia clericus , q falsificauit sigillũ Regis Frãciæ non fuit punitus pœna mortis,sed alia pœna:ut in c.ad audientiã,de crim. fals. Sic firmat Præpositus S. Ambrosij nũc Card.Alex.in d.c.in memoriam, xix.dist.¶Nec ob.tex.in l.Paulus, §. fi.ff.de fal.ubi dr̃, ꝙ ille qui mutauit & deleuit,ut uerũ nõ appareat,pœna l.Corneliæ affici solet : dubiũ nõ est: quia intelligiĩ in fabricãte falsum,& utente,& illa falsitas sit nociua, ut s̃. dictũ est.¶Sum igiĩ in uoto,ꝙ dictus inuestitus nõ uenit plectẽdus,nec pęna mortis naturalis,nec pęna mortis ciuilis,nec pœna publicationis bono-
22 rũ omniũ:ex quo †pœna ista publicationis,ubi imponĩ pœna deportationis,est hodie sublata,ut dicit gl.in d.l.j.§.fi.ff.de fal.ꝑ tex.in aut. ut nulli iudicũ, &c.§.fi.& firmat Raph.Ful. in cõs.cxxxviij.sed solũ de iure venit puniẽdus pœna arbitraria . ¶Nec põt dictus inuestitus allegare gñale indultũ Regis.¶Quia tale indultũ non cõ-
b præhẽdit crimẽ falsi: [b] ut in l. Luci⁹. ff.ad Turpil.s̃m Albe.de Ros.in rub.
23 C.de cri.fal.¶†Nec alleuiat pœnam eiusdẽ inuestiti nobilitas in hoc crimine,ꝑ gl.in c.singul.lxxxix.distinc. imò dicit Ang.in aut. de nupt.§.mi-

notē.ꝙ crimen falſi eſt deteſtabilius bñficio & homicidio,& dicit Cy.in l. trāſigere.C.de trāſa.ꝙ ꝑ maculā falſitatis hō deuenit ad nihilū īter hoies qa dr̄ hō ſine fide,& ſine ↄſcīa, & oē qđ nō eſt ex ↄſcīa,peccatū eſt,nō tñ eſt infamis ipſo facto , qa nullo iure hoc reperit̄,ſm Arch.in d.c. ī memoria,ſm Inn.q ita not.in c.niſi cū pridē,de renū.imò dicit Lu. de Pē.in l. mulieres,iij.co.C.de di.li.xij.ꝙ priuilegiū nobilitatis ꝑdit̄ ex ꝑiurio & falſo teſtimonio:ut ibi ꝑ eū.& iſtud eſt uotū meū qđ in his ſcriptis mitto V. illu.dñationi.Quo ſtāte nō eſt q̄rendū qd de feudis hmōi īueſtiti,an poſſit ex dicto delicto priuari per ſnīam feudis:quia ſic nō incidit in pœnā l. Cor.de fal.ſed ſolūmō arbitrariè ue

24 nit puniēdus.†Bñ fateor,ꝙ ſi eēmus in caſu,in quo ueniret puniēdus pœna l.Cor.de fal.tūc crederē, ꝙ poſſet feudis priuari, quia nō poſſet ſtare in curia Regia ſiue dedecore:ut ī c.j. an ille,qui īter.fratrē dñi ſui. ¶Itē in c. a j.§.ꝑdictis,q̄ ſit prima cā bñ.amit.ex preſsè dr̄,nō ex oī cā,ex qua opin.ua ſalli grauat̄,bñficiū amittit̄.Nā & ſæpe deierat,ſed bñficiū nihilominꝰ retinet.& tex.in c.j.§. ſi quis.n.dixerit. ex q.cau.bññ.amit.in iij.li.dicit,Nō .n. ad hoc ſufficit oīs occaſio , ꝑ quā fidelis accepti bñficij uideat̄ ingratꝰ, ſed ſunt quædā , ut ita dixerim egregiæ ingratitudinis cāæ,quib. bñficiū ſm mores curiarū amitti ſolet . Et q̄ ſunt iſtæ egregiæ ingratitudinis cāę, dicit tex.in d.§.ꝑdictis,ꝙ ſunt illæ,q̄ ſunt enumeratę in §.cās.in aut.ut cū de app.cog.& q̄ enumerant̄ in l.ↄſen

25 ſu.C.de repud.ſed in d.l.ↄſenſu†inter alia delicta ꝑꝑ q̄ pt̄ fieri repudiū inter ↄiuges,eſt iſtud,ſi ↄiunx crimine falſitatis ſit ↄdēnatus:ergo cōcludendū eſt de iure feud.ꝙ ꝑ crīe falſitatis uaſallus ↄdēnatus debet ꝑdere feudū,& hoc qñ incidit in talē falſitatē,ꝙ incidat in pœnā l.Corn. de falſ. talis.n.nō pōt eſſe in curia ſine dedecore : ſed iſte inueſtitus nō incidit in pœnā l.Corn.ut ſ̄.ↄcluſi.Ideò nō pt̄ feud. priuari.Solū ergo arbitrio tuę iuſtiſſimæ ptātis,poterit de tali delicto puniri.nō curo,ſi alij fortè aliter ſenſerūt:quia dicit Bal.in c.quia ꝓcurator.vj.colū. de elect. ꝙ ꝑꝑ peccata neſcimꝰ dubia cārū diſſoluere.Et ſic facio finē in iſtis Deciſion.ſacri Cōſ. Neap.editis & cōpoſitis ꝑ nobilē & inſignē I.V.D. Matthæū de Afflicto Neapol.tūc Regiū Cōſiliariū ad laudem Dei oīpotentis,& Virginis eius matris,& omnium utilitatem.

a Non nocuit alteri.Vt hēat locū pœna falſi,requirit̄,ꝙ falſitas ſit nociua. Idē tȝ Bar.ī l.j.§.q in rōnib.ff de fal. & in l.ſi quis legatū.pen.col.ff. e.gl. pe.& ibi Imo.in c.quāto. de iureiur. Ale.ↄ.74.uiſo teſtō,co.vj.j.uo. Pan. cō.151.vr̄ dicēdū.Dec.cō.175.añpe. col.uer.j.& ij.Tho.Gram.

b Crimen falſi.Crimē nō includit̄ in gñali indultu idē tȝ Bar.in d.l.Lucius Pet.de anch.in c.j.col.j.de ↄſtit. Ang.in diſpu.exorta guerra. Marſ.in ſing.ſuo 163.inci.crimē falſi.T.G.

FINIS.



VENETIIS,

Apud Dominicum Lilium.

M. D. LVII.

INDEX VERBORVM,

RERVM, AC SENTENTIARVM

maxime insignium, in Decisiones Neapolitanas D.Matthæi de Afflic.Parthenopæi,uiri utriusque iuris citra controuersiam peritissimi: tanta iam demum fide, studio, & industria collectus, ut uel ad copiam, uel uenustatem à quoquam nihil omnino iure possit desiderari.



VENETIIS,
Apud Dominicum Lilium.
M. D. LVII.

INDEX VERBORVM, RERVM, AC SENTENTIARVM INSIGNIVM, IN DECISIONES

Neapolitanas D. Matthæi de Afflictis.

A

Agens inf. Vide. fol. 326 nu. 2

B

D

Domi-

F

I

P

f

S

FINIS.